





3076404569761


UNIVERSITY OF  
TORONTO LIBRARY







PATRUM  
NOVA BIBLIOTHECA.



Digitized by the Internet Archive  
in 2009 with funding from  
University of Toronto



# NOVAE PATRUM BIBLIOTHEcae

TOMUS SECUNDUS

[CONTINENS]

## S. CYRILLI ALEXANDRINI COMMENTARIUM

IN S. LUCAE EVANGELIUM

NEC NON EIUSDEM ALIA OPUSCULA XVI

ITEM DIVERSORUM PATRUM

OPUSCULA X.

[OMNIA EX VATICANIS CODICIBUS]

CUM LATINA EDITORIS INTERPRETATIONE

PROLOGIS ET ADNOTATIONIBUS.]

ed.

Angelus Marus




144888  
14/11/88

ROMAE

TYPIS SACRI CONSILII PROPAGANDO CHRISTIANO NOMINI.

M.DCCC.XLIV.



## EDITORIS PRAEFATIO.

I. Quoties ego generalem illam sancti Cyrilli alexandrini operum editionem, ab Auberto gallo septem tomis vulgatam, manu versabam, toties me cupere memini, ut nova aliqua curaretur, quae tanto aubertina plenior esset ac melior, quanto haec minores alias et vetustiores superasse videtur. Etenim haud minimus huius editionis naevus est, quod latina graeci textus interpretatio varios habet auctores, qui viginti fere numerantur: quo fit ut Cyrilli elocutio neque consona neque uniformis latinis auribus oculisque accidat: et quidem veri etiam crassique errores interpretum latinas plagulas maculant. Necessariis insuper scholiis sive criticis sive exegeticis caret saepe Cyrus, et materia ipsa respirations capitulorum divisionesque idoneas haud raro desiderat: graecus vero contextus foedis quandoque mendis laborat: materiarum indices vel exiles sunt, vel alicubi nulli: quilibet denique editoris apparatus et isagogae, et singulorum operum veluti historia ac iudicium frustra requiritur. Quamquam igitur haud leve est Auberti meritum, modesti ceteroqui hominis et ingenui, propter hanc tomorum tot quam gravi labore suo molem instruxit; attamen optandum erat, ut maurinus aliquis monachus Cyrillum quoque consueto sodalitatis suae splendore doctrina ac studio sibi adornandum susciperet, quod ut aliquando, meliore temporum conditione fiat, piis votis deposito.

Editionum S. Cyrilli imperfectio.

II. His de Auberti editione breviter atque ut spero aquabiliter dictis, nondum tamen eius praecipuum memoravi incommodum, tot videlicet Cyrilli opusculorum defectum, quae partim graece partim latine dispersa in impressis libris extabant, et Auberti notitiam diligentiamque fugerunt. Haec scilicet accurate recenset Fabricius B. G. lib. V. cap. 22. n. 8. ed. nov. T. IX. p. 487. seq. quae nimurum a novo editore sedule colligenda sunt. Neque heic sistendum, sed in conciliorum actibus, praesertim ephesini, in antiquis apologeticis, panopliis, scriptorum enarratoribus seu bibliographis, apprimeque in Photio, nec non antiquis auctoribus Mario Mercatore, puta, Facundo, Liberato, Anastasio, Leontio, et reliquis praecipue adversus Euthychis, Nestorii, Dioscori, Severi, aliasque sectas huiusmodi pugnatoribus, scripta Cyrilli rimanda sunt. Quid de graecis dicam ad utrumque testamentum catenis, quae tot Cyrilli divitias ostentant? Me certe coacervandi cum maioribus scriptis minores etiam minimasve Cyrilli ad unum corpus reliquias cupido incesserat, totumque Cyrillum decem circiter tomis comprehendendi: neque is iniucundus labor fuisset, si otii satis suppeteret, vel si ceteras curas meas seponere decrevissem; quod quia non placuit, nolui tamen Cyrillum, quo paene prae ceteris delector, descrere: sed omisa omni editorum eius operum sollicitudine, converti me potius ad indagandum quicquid tanti viri adhuc ineditum vaticanis codicibus contineri haud fallaci conjectura

Scriptorum Cyrilli nupera conquisitio.

vel certitudine potius compereram. Quod quum prospere ut puto egerim, et res ultra votum cesserit; facile erit deinceps futuris eruditis Cyrillum denique tum ex superioribus editionibus, tum ex his nostris additamentis cumulatum efficere: cuius mihi certe tanta ad manus venit copia, ut duobus eam voluminibus, non sine mea interpretatione exposuerim, quorum prius nunc describendum est.

Cyrillus de Trinitate.

III. Primum se mihi obtulit Cyrilli ineditum, ut reor, opusculum *de Trinitate* in vaticano perraro codice; quae lucubratio plane ab illa differt, quam pari titulo sub falso Cyrilli nomine (quum sit potius ex Damasceno aliisque excerptum, ut iamdiu demonstratum fuit) vulgavit Wegelinus, prout mox in editione dicam p. 31. Ait autem Cyrillus cap. 3. se, postquam contra blasphemias haeticorum, Arianorum scilicet, satis decertaverat (puta in thesauro, in commentario ad Iohannem, et alibi) nunc hoc opusculum pie credentibus scribere, ut divina dogmata, extra omnem controversiae aleam, didactico more exponat. Reapse autem promissum abunde facit: ea quippe perspicuitate, et theologiae peritiae altissimum Trinitatis mysterium evolvit ac tradit, quae tantum atque a Deo peculiariter edocutum magistrum deceat. Tres singillatim divinas personas propriis cuiusque argumentis illustrat atque confirmat: idque opusculum, cedro sine dubio liniendum, viginti et octo capitulis terminatur.

De incarnatione.

Sequitur, pari theologiae merito, tractatus alter ex eodem codice sumptus, *de Domini incarnatione*, triginta quinque capitulis comprehensus, et a Cyrilli ceteris de hoc arguento scriptis prorsus diversus. Atque in hoc refutationem haeticorum non negligit, quorum neminem recentiorem Eunomio nominat. Illa vero calumnia a posterioribus Monophysitis Cyrillo imposita de unica Christi natura ab eo adserita, tam evidenter hoc scripto προληπτικῶς dissolvitur, ut nemo iam contra hiscere ausurus sit. Quamquam vero polemicam in hac lucubratione partem naviter tractat Cyrillus, attamen in exponenda Dei erga homines benignitate, quam incarnationis opus demonstrat, plurimus est; ut christianum populum Dei vicissim amore inflammet, atque in fide confirmet, quam egregie definit pium esse erga Deum ac revelationem obsequium, controversia omni curiosoque etiam examine omissa, cui certe indagini neque plebs neque maxima hominum pars idonea est.

De Deipara.

Tertiam in hoc nostro volumine sedem occupat Cyrilli copiosa ac libelli instar oratio, qua ostenditur beatam Mariam re vera esse rectissimeque dici deiparam. Extabat haec inedita oratio in vaticano codice antiquo 1431 (1) nec non in recentiore ottob. 30; denique eandem contineri scio in codice etiam barberino 253. Rem hanc non semel Cyrillus, etsi obiter, non tamen incuriose tractaverat iis in scriptis, quae p. 75. in adn. nominatim appellavi, quibus addendus est locus orationis I. de fide ad Reginas (opp. T. V. part. 2. p. 47. seq.) Sed enim praeclarum mihi obvenit, ut dixi p. 86, Iustiniani imp. in eius quam edidi epistola duplex testimonium de hac Cyrilli oratione, ita ut praeter stilum et consuetam atque sollemnen Cyrilli doctrinam, auctoritas etiam augusta accedat, quae omnem dubitationis scrupulum eximit. Et quidem ipse Cyrillus hoc se argumentum diserte tractasse, narrat in epistola ad Maximum apud Balutium nov. coll. concil. col. 915. his verbis: « primum capitulum » est quod sancta virgo sit Dei genitrix. » Nisi forte eo loco de primo suo in Nestorium sermone cogitat: etenim id dogma postea, prout nunc in invento nostro legitur, multo uberius explicuit. Luculentam hanc Cyrilli orationem commendare verbis

(1) Specimen scripturae huius codicis 1431. habes n. 6. in tabula tomii quarti huius novae Patrum bibliothecæ.

omittam, nullis enim laudibus eget; in cuius etiam clausula vehemens ad orthodoxiam retinendam adhortatio fit. Illud nequeo reticere, quod est Cyrillo nostro valde honorificum, simulque novum huic scripto suffragium adiicit. Etenim duo perillustres patres, qui Eutychem reprehenderunt, Leo papa pluribus scriptis (1), Petrus chrysologus una epistola (2), praedictae cyrillianaे orationis exordium sibi evidenter vindicaverunt. Leo quidem sermonem suum in Ballerini edit. postremum, quo Eutychem refutat, sic cum Cyrillo exorditur. « Sicut peritorum prudentiumque medicorum est, passiones infirmitatis humanae remediis praevenire, et quemadmodum saluti contraria declinetur, ostendere etc. » Reliqua etiam consentiunt, nisi quod Cyrilus Dei, Leo autem pastorum providentiam memorat. Iam Petrus, haud quidem in praedicta epistola, sed initio sermonis XLIV. (ed. Seb. Pauli) sic Cyrrillum aequem imitatur. « Peritus medicus quoties vario languore defessis plenam desiderat conferre medicinam, altas aperit morborum causas etc. quam plurima remediorum genera, herbarum vires pandit, medicamentorum loquitur qualitates. »

Quarto loco posuimus de eodem argumento dialogum Cyrilli cum Nestorio in codice vat. 790. compertum, ubi is nominatim Cyrillo auctori inscribitur: neque hic certe colloquendi mos a Cyrillo abhorret, ut eius longi cum Hermia et cum ipso Nestorio dialogi noti ostendunt. Certe fit heic perlucida Nestorii arguentis confutatio.

Cyrilli multas periisse epistolas manifestis indicis constat. Atque utinam Aubertus non tam socors in illarum editione fuisse, qui ne numerare quidem eas meminit, nedum aliquot scholiis aut historicis titulis illustrare! Nos ineditas quatuor invenimus in codice vat. 1431, et partim etiam in ottob. 1262, quas non latina solum translatione, verum etiam aliquot adnotationibus comitari voluimus.

Sequitur apud nos homilia de incarnatione Dei Verbi, quae nonnisi latine extabat; graece vero a nobis ex utroque praedicto codice deprompta fuit, novoque latinae linguae vestitu amicta. Item brevior illa quae subtextitur de Nestorio electo homilia, latine tantummodo in ephesinis actibus obvia, graece a nobis comperta fuit in vaticanicis codicibus 504. et 508., hancque item latinitate rursus donavimus. Captata vero ab his homiliis occasione, multarum aliarum Cyrilli deperditarum titulos p. 114. scripsimus: eumque deinde numerum p. 444. cumulavimus. Atque hactenus descripta Cyrilli opuscula nos superioribus annis graece tantum, et festinatis propter occupationes curis edideramus in veterum Scriptorum tomo octavo. Nunc vero retractatis diligentius graecis codicibus, facta ob publicum usum latina translatione, scholiis etiam prout opus fuit adiectis, rem adhuc pro nostra infirmitate tenuem, sacris tamen litteris paulo utiliore, fecisse confidimus.

IV. Sed ecce aliud in volumine nostro continuatur longe maioris molis Cyrilli scriptum, quod paginas 332. occupat, commentarius nempe ad Lucae evangelium, quem nos gravi sane labore impendioque temporis ex duodecim vaticanicis catenarum codicibus compilavimus: ita ut quas Cyrilli reliquias ex quatuor vix codicibus ante hos annos delibatas graece edidimus, nunc plurimum auctas et emendatas ex tot codicibus, addita etiam translatione nostra scholiisque, iusti operis instar repraesente-

(1) Leo in celebri ad Flavianum epistola cap. 5. locum quoque non adeo exiguum S. Augustini ex huius contra sermonem Arianorum libro n. 8. ipsis verbis sibi vindicavit; quae res non leve Leonis erga Augustinum obsequium fuisse demonstrat. Ballerini. ed. T. I. col. 824.

(2) Miror sermonum Petri editores, qui hanc epistolam in actibus concilii chalcedonensis obviavimus, et satis celebrem ac pretiosam, praeterisse quasi per incuriam vel potius oblivionem aut inscitiam videntur.

Dialogus.

Epistolae 4.

Homilia de incarnatione Christi.

Alia homilia.

Commentarius in Lucam.

mus. Sunt autem codices hi, quos in libri marginibus litteris A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. perpetuo denotamus. I. Codex A. vat. membraneus, maximus, in fol. saeculi fere tertii decimi, Nicetae catenam in Lucam continens cum Cyrillo plurimo (1). II. Codex B. palat. vat. bombycinus in fol. eiusdem fere ac B. aetatis, diversam tam catenam continens. Huius codicis sub initio corrupti, apographum insuper recente manu confectum inspeximus. III. Codex C. vat. chartaceus, in fol. ubi item spissa in Lucam Patrum catena. IV. Codex D. vat. membraneus in fol. saeculi ferme duodecimi, item catena. V. Codex E. vat. chartaceus in fol. continens Macarii Chrysocephali non tam sermones quam patrum, citatis accurate nominibus, catenam in Lucam. Id Macarii opus dicitur etiam alphabetum, quia totidem sunt sermones quot alphabeti litterae: ceteroqui in vat. codice non nisi sexdecim extant, id est usque ad litteram π. VI. Codex F. vat. alias chartaceus, in 4. qui non nisi mediocrem partem praedicti Chrysocephali continet. VII. Codex G. reginae sveciae vaticanus, saeculi circiter duodecimi cum catena. VIII. Codex H. vat. praenobilis, saeculi ferme undecimi, qui tamen in grandi mole, nonnisi partem nicetianae catenae complectitur. IX. Codex I. ottobonianus vat. membraneus priscus, cum insigni ad prophetas omnes catena, habens etiam paucos Cyrilli locos, qui diserte dicuntur ex eius in Lucam commentario detracti. X. XI. XII. nobis K. L. M., exiguae admodum Cyrilli in Lucam reliquias nobis suppeditarunt. Duas quoque latinas ad Lucae evangelium catenas inspeximus, unam divi Thomae aquinatis, Balthassaris Corderii alteram: quae sicuti plus aliquid cyrillianum habuerunt, hoc latine nos dedimus in adnotationibus, ut Cyrilli textus, hac saltem lingua, utcumque expleretur. Sed haec, inquam, levia oppido incrementa sunt. Corderium autem fragmentorum suorum imperitum haud raro interpretem multis locis paene inviti redarguimus.

*Idem commentarius syriacus inventus.*

Graecorum patrum ad Lucam catenam nuper, id est anno 1841, Oxonii curis viri cl. Crameri ex gallicano codice editam, sero accepi, postquam ego opus Cyrilli meum profligaveram: alioquin eius aliquot locis tempestive usus essem, si nihil aliud certe ad collationem. Iam vero hac inspecta, in Cyrilli quas refert partibus, statim agnovi nonnisi tenuem libri mei partem illuc contineri, quum illa ex unico nec copioso codice, meus autem liber ex duodecim ms. catenis, quarum aliquot copiosissimae, prodeat. Etenim ubi quaterniones nostri pleni decurrunt, ibi interdum vel nihil codex gallicanus habuit, puta in capp. I. XVI. XXIV: vel singula vix fragmenta, puta in capp. III. et XV. Huc accedit quod in libro edito Cyrillus ceteris patribus interseritur, nullaque interpretatione latina scholiisve illustratur. Quae dum historialiter narro, haud hercle quicquam praestanti oxoniensi libro detrahere volo, cui omnis a me debetur honor ac porro desertur, propter rei sacrae utilitatem, typorum splendorem, editoris strenuam sedilitatem atque peritiam. Sed ecce aliud me vehementer commovit, gaudioque adfecit, quod ab ephemeridibus publicis nunciatum fuit, Cyrilli integros ad Lucam commentarios, in syriacam linguam conversos, nuper ex Aegypto in Angliam esse perlatos: quod sane exemplar si nulla laesum lacuna sit, periteque ab interprete syro elaboratum, Cyrilli demum totum ordinatumque ac purum opus, in alieno saltem idiomate repraesentabit. Nam catenarum incommoda quae sint, nemo eruditus ignorat (quamquam et illa peculiaris harum et verissima laus est, quod meliorem cuiusque operis sucum delibare solent.) Eclogarii scilicet partes

(1) Huius codicis, nempe vat. 1411, specimen scripturae exhibuimus tom. IV. in tabula n. 1.

operum pro libito suo excerptunt, et ubi lubet collocant, et quandoque etiam interpolationibus violent. Cum autem volumen nostrum haud ex uno sed ex duodecim mss. codicibus sit conglutinatum, vix fieri potest ut partes omnes sedem propriam, post eclogariorum licentiam et discrepantium codicum, retineant; quam rem nonnisi integrum operis corpus praestabit. Si igitur graeca nostra ante syriatici libri editionem in Angliam venerint, multum credo interpretando Cyrillo proderunt: sicuti vi-  
cissim nobis magnopere fuisse commodus anglicanus liber ordinandis græcis ac perpoliendis, si (quod fieri non poterat) ad nos maturo tempore pervenisset. Rei huius persimile exemplum est Eusebii theophania, in syriaco pariter codice his annis inventa, cuius græca fragmenta a me antea vulgata, cl. Leus interpres et editor non habuit; nos autem libro eius accepto, græca nostra excussis denuo vat. codicibus multum auximus et recensuimus: qua super re in quarto bibliothecae huius volume satis diximus. Iam nemo nobis obiiciat, quod Cyrillum ex catenis, non autem ex codice proprio integroque, vulgemus: nam praeter quam quod nulla alia suppetebat rei conficienda ratio, nihil nos inusitatum egimus. Ecce enim Origenem in genesim, in proverbia, et in psalmos, nonnisi ex catenis Rueus utcumque restituit: eiusdemque item hexapla magnam partem catenæ suppeditarunt. Theodoretum et Athanasium in psalmos catenæ solae Sirmondo et Montfauconio obtulerunt. Chrysostomi satis copiosas et egregias in Hieremiam explanationes nusquam nisi apud Ghislerii catenam habemus. Eusebium in Lucam, Polychronium in Danielem, Didymum in secundam ad Corinthios nos ipsi catenarum ope adiuti in lucem extulimus. Postremo qualis quantusque percipi ex hac Cyrilli editione fructus possit, lector per se quisque sentiet, et noster etiam rerum index partim demonstrabit, praesertim in re dogmatica, circa Christi divinitatem, originale peccatum, divinam gratiam, sacramenta baptismi, poenitentiae, atque eucharistiae, de quo postremo praesertim dogmate divinus est Cyrilli locus p. 417, quem nulla umquam haeresis neque praesens neque futura labefactabit. Sed de Cyrilli in Lucam commentario satis (t). Superest ut de reliqua voluminis continentia dicamus.

V. Est inter syriacos bibliothecae vaticanae codices pervetus quidam, numero 140. notatus, saeculo octavo ut Assemiano videtur scriptus, qui Iohannis caesariensis inter quintum sextum saeculum clari apologiam continet concilii chalcedonensis aduersus contemporalem suum Severum patriarcham antiochenum, Acephalorum coryphaeum, et doctorem totius orientis pestilentissimum. Iohannes itaque ut adversarium, Cyrillo semper prout notum est abuti solitum, iisdem armis configat, multos, id est XLVI., Cyrilli locos ex operibus nunc deperditis, contra Synusiastas, et contra Diidorum tarsensem ac Theodorum mopsuestenum, nec non ex commentariis in Matth. Luc. et Paul. recitat; quos ego lubentissime in hoc volumine latine saltem

Contra Synusiastas et alios.

(t) Testimonia vetera pro Cyrilli in Lucam commentario olim nos citavimus, latinas catenas divi Aquinatis atque Corderii: item græcas vaticanas in prophetas ubi pauca fragmenta citata reperimus: deinde scholiastas aliquot vatic. Item catenas vat. in Luc., quarum nunc numerum auximus usque ad XII. Denique adest codex syriacus, de quo supra diximus. Nunc ecce haec scribens, in aliud testimonium incido Iohannis cyparissiota decad. VI. Bib. PP. Lugd. T. XXI. p. 420, qui Turriano interprete ait. *Sanctus Cy- rillus alexandrinus in explanationibus ad Lucam ait: factam esse dicimus transfigurationem (Domini) non sic quidem ut corpus humanum figuram amiserit, sed splendore quadam induitum fuerit etc. usque ad sustinere potuerunt.* Qui locus græce nunc apparuit in editione nostra Luc. IX. 29. p. 239, cum ea tantum levi variate, quam sive Cyparissiota, sive eclogarii nostri, sollemni more fecerunt. Adde Iohan- nem caesariensem in hoc volumine p. 131. adm.

exposui: praesertim quia librorum contra Synusiastas et contra Diodorum ac Theodorum sex iam ego originalia compereram graeca fragmenta, quorum postea veritatem Iohannes caesariensis confirmavit.

Notissima et universalis ss. Patrum regula est, canticum Salomonis nonnisi spirituali sensu de Christo eiusque ecclesia esse intelligendum: quamobrem gravi reprehensione digni sunt, quicumque ab hac decentissima Patrum omnium norma discedere audent. Ecce autem et Cyrillus noster in eo explanando cantico a trito sollemnis ecclesiae more non declinat: cuius ego deperditi commentarii quum ante hos annos fragmenta graece tantum ediderim in Procopii catena (AA. class. T. IX.) nunc collato rursus vat. codice, et addita latinitate, in hac Cyrilli anecdotorum congerie commode exhibeo. Neque in his desunt singulares aliquot sacri textus lectiones, praeter eximiam auctoris pietatem, et de sancti chrismatis sacramento testimonium p. 465. His ego commentarii partibus cyrilliana quinque alia diversi argumenti fragmenta subtexenda curavi.

*Homilia de  
Vineae.*

Sancti Cyrilli homiliam de evangelica vineae parabola, quam olim latine tantum Achilles Statius lusitanus ad Gregorium XIII. PP. impressam miserat, graece ego in Spicilegio rom. T. V. edideram ex ipso Statii codice in bibliotheca vallicelliana Romae superstitae. Fuit enim Statius illius bibliothecae conditor, eiusque illuc imago cum elogio ad perpetuam rei memoriam prostat. Nunc igitur ne Cyrilli homilia translatione latina careat, (etenim priscus et tenuis Statii libellus vix alicubi occurrit, et ipsi mihi ad manus non est) hoc quoque Cyrilli scriptum utraque lingua, me interprete, extare constitui. Et quoniam in Cyrilli homiliis versari cooperam, tres quoque eiusdem conciunculas de aegyptiis martyribus Cyro ac Iohanne, quas mihi S. Sophronius in sua praedictiorum, quam edidi, martyrum historia obtulit, hoc idoneo loco non sine animadversionibus aliquot ponendas curavi.

*Fragmenta mul-  
ta minora.*

Ne minora quidem Cyrilli fragmenta, quotquot inter edita a me scripta, vel in codicibus extiterunt, neglexi. Itaque primo undeviginti particulas sumpsi partim ex codice vaticano 1431, partim ex columnensi, et ex meis Leontio atque Anastasio. Deinde alias XXV. particulas ex deperditis adversus Julianum libris, a Iohanne eclogario citatas, ut in monito p. 488. dictum est. Postremum, sed insigne magni Cyrilli apud nos segmentum est *adversus eunuchos*, de quo in monito p. 494. verba fecimus; nec non de iunioris quoque specimine p. 497. Atque haec omnia latinae translationis commoditate frui voluimus. Alteram voluminis nostri partem constituent graece, latine, atque etiam aliquando syriace, diversa classicorum patrum opuscula, quorum titulos paulo post recitabimus. De quibus omnibus quum singula monita atque notitiam propriis in locis scripserim, nunc lectores diutius non morabor.

#### PARERGON DE ALIQUOT AREOPAGITAE CODICIBUS.

*Dionysii alex.  
scholia ad Areo-  
pagitanum.*

VI. Iam ut parergon aliquod praefationi huic, simulque volumini ornamentum addam, de tribus dicam breviter praestantibus Dionysii areopagitae vaticanis codicibus; quorum primus insignis et crassae molis, saeculi ferme XII, cuncta illius continent opera cum amplissimis scholiis, quibus prima in pagina praeponitur inscriptio haec: Διονυσίου Ἀλεξανδρείας σχόλια τῆς βίβλου, Dionysii Alexandriae scholia libri huius, videlicet de divinis nominibus. De alexandrino hoc Dionysis, areopagite Dionysii scholiasta, satis disputatum video in utroque corderianae edi-

tionis tomo; quae quomodolibet se habeat opinio; et quamvis Ioh. Cyparissiota decad. I. 1. et II. 2. diserte Dionysium scholiastam a Maximo distinguat; ego tamen scholia haec vaticana alexandrino Dionysio inscripta, eadem prorsus esse comperiebam, tam in hoc quam in aliis Areopagitae libris, ac illa quae sub sancti Maximi nomine in Corderii editione extant. Nihilo tamen minus codex noster propter amplitudinem suam ac vetustatem dignus adhuc est quem eruditii homines consulant, si quando de Areopagita cogitabunt.

Alter Areopagitae multo nobilior ac rarissimus codex, descriptus a me breviter fuit in Script. vet. T. VI. praef. p. 37, qui videlicet tachygraphicis notis exaratos continet libros, vel horum potius partes, de divinis nominibus et de eccl. hierarchia. Prioris libri quum amplum specimen in aerea tabula incidendum curaverim, volumini huic praeposui, quo philologi ad graecae tachygraphiae studium excitentur: etenim ne in illa quidem celebri Montfauconii palaeographia par aliquid huic nostro specimini invenient. Quia vero in codicis folio 216. b. excerpta quoque vidi tachygraphicis aequi notis scripta libri Enochii, horum item particula dedi operam ut in eadem tabula extaret. De Enochii libro, quem multi veteres ecclesiae patres cum honore laudarunt, docte scripsit Fabricius in V. T. codice pseudepigrapho. Attamen libri Enochii aethiopicum textum, de quo diu Ludolfus apud cit. Fabricium, nos ipsi superioribus annis intulimus in bibliothecam vaticanam; codicem nempe pulcherimum ex publica auctione redemptum, qui Cardinalis Antonellii fuerat; quod iam dixi in calce catalogi codicum aethiopicorum bibl. vat. Script. vet. T. V. part. 2. p. 100, ubi etiam nuperam libri eius aethiopici editionem apud Anglos curatam commemo-ravi. Nunc graeci textus, et quidem tachygraphicci, exiguum saltem particulam eru-ditionis causa vulgamus.

Areopagitae codex notis tachygraphicis scriptus.

Tertium iam memorabo vaticanum codicem, Areopagitae scriptis illustrandis idoneum. Nimirum in peramplio S. Maximi operum ms. volumine legebam ipsius Maximi in quartam Dionysii ad Caium epistolam copiosa scholia, quae in editionibus nondum apparuerunt, quia praedicto loco Corderius Pachymerac paraphrasim S. Maximi scholiis substituit. Horum, inquam, scholiorum quum se occasio aliqua obtulerit, rationem habebo. Interim, ut sit breve specimen, ad illa Dionysii verba ἐν τῆς ἀνθρώπων οὐσίας ὁ ὑπερούσιος οὐσιωμένος: *ex hominum substantia ille, qui supersubstantialis est, sumpsit substantialiam;* sic Maximus: οὐ γάρ φιλὸν μόνον ἐφάγατον ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐν εἴδει σαρκὸς διαμόρφωσιν, κατὰ τοὺς Μανιχαίους λέγοντος ἡ σάρκα συνουσιωμένην οὐράνοθεν ἑαυτῷ συγκατήγαγε, κατὰ τοὺς Ἀπολιναρίους μύθους, ἀλλ’ αὐτὸς κατ’ οὐσίαν ὅλην ἀληθῆς ἀνθρώπος γέγονε, προσλήψει δηλονότι σαρκὸς νοερᾶς ἐψυχωμένης, ἐνωθείσης αὐτῷ καθ’ ὑπόστασιν: non enim simplicem tantum ac phantasticam ostendit nobis sub carnis specie figuram, prout Manichaei nugantur: vel iam concretam carnem de caelo secum ad-venxit, quae est Apollinaris fabula; sed ipse omnino substantialiter verus homo fa-cies est, adsumendo scilicet mente praeditam atque animatam carnem, quam hy-postaticē sibi adunavit. Et multis interiectis, rursus Maximus: τίς ἔγνω πῶς σαρ-κοῦται θεός, καὶ μέγει θεός; πῶς μένων θεός ἀληθῆς, ἀνθρωπος ἐστὶν ἀληθῆς, ἀμφα δεινὺς ἑαυτὸν, ἀληθῶς ὑπάρξει φυσικῆς; κ. τ. λ. Quis novit quomodo Deus incarnetur. et Deus maneat? quomodo Deus verus manens, homo verus sit, dupli-cem semet ostendens, cum naturali vere substantia? etc.

Scholia inedita  
ad epistolam  
Areopagitae.

## VOLUMINE CONTINENTUR HAEC.

IN PARTE PRIORE

## S. CYRILLI ALEXANDRINI OPUSCULA.

- I. De sacrosancta et vivisca Trinitate capitula XXVIII. p. 1-31.
- II. De Incarnatione Domini nostri Iesu Christi capitula XXXV. p. 32-74.
- III. Quod beata Maria sit deipara, sermo vel potius tractatus p. 75-100.
- IV. Dialogus dogmaticus Cyrilli cum Nestorio p. 101-104.
- V. Epistolae quatuor Rufo, Amphilochio, et Maximo p. 105-108.
- VI. Homilia de Incarnatione Dei Verbi p. 109-112.
- VII. Homilia brevis post Nestorium eiectum p. 113-114. Subtexitur catalogus homiliarum Cyrilli deperditarum.
- VIII. Commentarius in Lucae evangelium p. 111-444.
- IX. Adversus haereticos Synusiastas fragmenta XV. p. 445-451.
- X. Adversus Diodorum et Theodorum fragmenta XXIV. p. 451-455.
- XI. In Matthaeum, Lucam, et Paulum fragmenta VII. p. 455-456.
- XII. In Canticum Salomonis partes commentarii p. 457-467.
- XIII. In proverbia, Danielem, et contra pneumatomachos fragmenta p. 467-468.
- XIV. Homilia de parabola evangelica vineae p. 469-471.
- XV. De SS. martyribus Cyro et Iohanne conciunculae tres p. 472-475.
- XVI. Excerpta varia LIV. p. 476-492. Subiunguntur fragmenta tria Athanasii, Basili, Ioh. Chrysostomi p. 493.
- XVII. Adversus Eunuchos invectio p. 494-497. Subtexuntur Cyrilli iunioris fragmenta duo p. 497-498.

IN PARTE POSTERIORE

## PATRUM ALIORUM SCRIPTA.

- XVIII. Eusebii alexandrini sermo de eleemosyna p. 501-522.
- XIX. Eiusdem sermo de astronomis p. 522-528. Additur notitia duorum Eusebii emeseni sermonum.
- XX. Alexandri patriarchae alexandrini sermo ex syriaco codice (sacculi octavi) p. 531-540.
- XXI. Timothei patriarchae alexandrini sermo et fragmenta p. 541-544.
- XXII. Martyrii patriarchae antiocheni pars sermonis de divo Chrysostomo contemporali suo, et fragmentum de animae exitu p. 545-552.
- XXIII. Gregorii patriarchae antiocheni sermo prior de Christi baptismo p. 553-556.
- XXIV. Eiusdem sermo alter de arguento codem p. 557-565.
- XXV. Athanasii magni excerpta commentarii in Lucam p. 567-584.
- XXVI. Germani I. patriarchae constantinopolitani epistola encyclica ad Armenios de de fide orthodoxa p. 585-594.
- XXVII. Panoplia dogmatica, cum insertis variis, et praesertim Gelasii I. PP. epistola encyclica p. 595-662.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΖΩΟΠΟΙΟΥ ΤΡΙΑΔΟΣ (1).

SANCTI PATRIS NOSTRI

CYRILLI

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

DE SANCTA ET VIVIFICA TRINITATE.

PROHOEMIUM.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Opferet sane omnes, qui nomine servatoris nostri Iesu Christi praefulgent, ovesque esse gloriantur pastoris, qui suam pro nobis animam posuit, pastoris vocem audire, et ab eo demonstratam herbam depascere, et evangelicae fidei terminis mandatisque insistere, simplicemque apostolorum adamare doctrinam. Sed quia multi superbia perciti, vanaeque gloriae cupidi, et suarum virium ignari, erroneae mentis suae conceptus inspiratae doctrinae anteponunt; et a recta, quae ad supernam civitatem dicit, via aversi multitudis mortiferasque semitas terunt, cuncti quidem pariter aberrantes, quamquam non eandem erroris viam aequae sectantes, sed aliis aliisque modis cogitationum suarum sequentes fallaciam; existimo decere, ut ii qui

Ἐδὴ μὲν πάντας ἐστὶ τῇ προσηγορίᾳ ὁ σωτῆρ<sup>Θ</sup> ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λαμπρυομένος, καὶ πρόβατα εἶναι σεμνυνομένος ἐπὶ τὸ ψυχὴν τεθαυκότος ποιμένος ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τὸ ποιμένος ἀκόνει φωνῆς, καὶ τὸ ὅπ' ἐκείνης διεκνυμένην νέμεσθαι ὥστα, καὶ τοῖς δὲ εὐαγγελικῆς πίστεως ὅροις καὶ νόμοις ἐμμένειν, καὶ τὸ ἀπλῆν τὸ ἀποστόλων σέργειν διδασκαλίαν· οὐδὲ πολλοὶ πληνέτες τύφῳ (2), καὶ δέξις κενῆς ἐρασθέντες, καὶ ἔσυτοὺς ἀγνοούσαντες, τὰ δὲ πεπλανημένης αὐτῶν ἄνοιας κυνήματα, καὶ θεοπνεύστης διδασκαλίας προϊμπαν, καὶ δὲ εὐθίσεις εἰς τὸ ἄνω ὄπλοιν ἀγούσης ὅδον ἀδυτραπέντες, εἰς τολυσχέδεις καὶ θανατηφόρους ἐχώρισαν ἀξεπτες, πάντες μὲν ὁμοίως πλανώμενοι, οὐδὲ τοτὶν ἃ δὲ πλάνης ὁμοίως μετίοντες ὅδον, ἀλλὰ διφέρωσι τῇ τοιούτῳ ἀκο-

(1) Hoc opusculum prorsus differt a thesauro eiusdem Cyrilli edito, in quo pariter agitur de sancta Trinitate, sed alia ratione et scopo, ut mox dicetur.

(2) Contemporaneus Cyrillo Augustinus cum illo conspirat, docens omnium haeresum matrem esse superbiam; nempe de vera relig. cap. XXV: *si superbia non esset, non essent haeretici neque schismati*. Et serm. XLVI. n. 18: *diversis locis sunt diversae haereses; sed una mater superbia omnes genuit; sicut una mater nostra Catholica omnes christianos fideles toto orbe diffusos.*

λεθοῦντες ἀσάτη, ἡγοῦμαι πρέπειαν τοῖς  
ἢ βασιλικὴν καὶ τεξιμένων ὑπὸ τῆς εὐσεβῶν  
ἔδευσιν, ἐλεῖν τε σὺν ἀλανωμένους, καὶ  
ἢ ἀσάτην γυμνοῦν, καὶ τὴν εὐσέβειαν ἰπο-  
δαινῦνται, καὶ ποδηγεῖν σὺν ἐπομένους, καὶ  
ἢ ἔκατέρωσε Ἀρχέσωντος ἀπείργειν, ἔως  
ἄν την βασιλίδα πόλιν καταλάβωσι.

## ΚΕΦΑΛΛΙΟΝ Α.

*Ὅτι περὶ αἰολοῦ αἰοιεῖται ὁ Θεὸς  
τῇ ἀνθρώπων σωτηρίᾳ.*

Τούτου δὲ χάριν καὶ ὁ τῆς ὄλων σωτήρ  
εἰς τὸ οἰκουμένων ἀπέστησε τὸ ἀποσόλων τὸ  
ἱερὸν χορὸν, ἵνα τὸ ἀκτῖον τὸ Θεογνωσίας  
σὺν ἐπὶ τῷ σκότῳ τὸ ἀγνοίας συντεθραμ-  
μένους φωτίσωσιν, ἵνα τὰ τὸ μάσκεδονέντα  
πρόβατα καὶ τοῖς λύκοις προκείμενα συν-  
αγάγωσι τε τοὺς ποιμάνων ἐμμελῶν, ἵνα τὸ  
ἀργειλαιον εἰς καλλιέλαιον τῇ τὸ πνεύματος  
μετεβάλλωσι τέχνη, ἵνα σύν καυπομένες  
τὸ βυθῷ τῆς ἀσέβειας, τῷ τῆς διδασκα-  
λίας ἀλιεύσωσι λόγῳ ἐπειδὴ τοῖν τῷ τῷ  
ποιητῇ τῇ ἀνθρώπων πάντων ἥδισον τὸ ἀν-  
θρώπων ἡ σωτηρία, καὶ τῇ φύσῃ τὸ δοκεῖ τὸ  
τῷ πέλας ἐπαφεύνειν δεομένῳ κιδεμονίᾳ,  
τὸ δοθὲν ἡμῖν ὑπὸ τῷ κυρίῳ τὸ γνώσεως τά-  
λαντον ἐπὶ σύνταξεῖτας οὐκέτι κατα-  
βάλλωμεν, ἵνα μὴ τῷ ἀργῷ συγκαταδί-  
κυσθῶμεν οἰκεῖτη· καὶ τὸ θείων δομάτων τὸ  
διδασκελίαν προθῆσομεν, τοῖς τε εἰδόσιν  
εἰς ἀνάμρησιν, καὶ τοῖς ἀνοθέσιν εἰς μάθησιν.

*β'. Τίς ὁ χαρακτὴρ τῆς ἐκκλησιαστικοῦ  
λόγου.*

Κηρυττέτω τὸ τὸ εὐαγγελικὴν ὁ λόγος  
πίστιν ἀπλοίκων οὕτω καὶ διδασκαλικῶς,  
μηδὲ μολεκτικῶς μηδὲ ἀντιλογικῶς. ἀλλ’  
ἐκκλησίας<sup>(1)</sup>, Θεοῦ προσφόρως, κατανυ-  
πτικῶς μηδὲ ὅπλικτικῶς, διδακτικῶς μηδὲ  
δικαϊκῶς, τεχνολογίας ἀπολλαγμένως,  
Θεολογίας κεχειριμένως, μηδὲ πολυπραγμο-  
νῶν τὰ ἀνέφικτα, μηδὲ ἐρευνῶν τὰ ἀστερι-  
νότα, μηδὲ τὸ λέσχω τὰ ἀχώρητα πλει-  
ζόφων, μηδὲ τεχνικαῖς τὸ ἀριστοτέχνης ὑπο-

regiae tritaeque ab orthodoxis viae insi-  
stunt, errantium misereantur, et fraudem  
iūs detegant, et sanam pietatem doceant,  
et sequacibus ducatum praestent, iūdem-  
que quominus neutram in partem exorbi-  
tent caveant, donec ad regalem denique ci-  
vitatem perveniant.

## CAPITULUM I.

*Quod Deus multum aestimet hominum  
salutem.*

Huius quippe rei causa omnium quo-  
que Servator in universum mundum misit  
apostolorum sacrum chorū, ut divinac  
notitiae radiis, eos qui in ignorantiae te-  
nebris enutriti fuerant, illuminarent; ut  
dispersas oves lupisque expositas congrega-  
rent diligenterque pascerent; ut silve-  
strem in mitem oleam spiritali arte immu-  
tarent; ut impietatis barathro mersos, ma-  
gisterii expiscarentur sermone. Quoniam  
igitur et omnium hominum creatori iu-  
cundissima est hominum salus, et ipsius  
naturae lex est ut curam proximo egenti  
impendamus, datum nobis a Domino scien-  
tiae talentum apud nummularios nos quo-  
que collocemus, ne cum inerte illo dam-  
nemur famulo: ideoque divinorum dog-  
matum doctrinam exponamus, scientibus  
quidem ad commemorationem, ignaris au-  
tem ad eruditionem.

*II. Quae sit ecclesiasticae doctrinae  
forma.*

Praedicare debet sermo noster evange-  
licam fidem simplici prorsus ac didascalico  
modo, non dialectico vel pugnace, sed  
ecclesiae Dei conveniente, ad compunctionem  
non ad ostentationem, ad instructio-  
nem non ad contentionem: artificio careat,  
theologia abundet, inaccessa non scrute-  
tur, inintelligibilia non exquirat, neque  
mente aut sermone incomprehensibilia com-  
prehendere velit, neque artificialibus su-

(1) Codex ἐκκλησίας; sed omnino scriendum videbatur ἐκκλησίας. Sic enim divus Paulus I. Cor. XI. 16: si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei.

premium artificem supponere methodis; neque omissa fide, pompam quaerat. Piscatores imitetur, coriarii vestigia premat, publicani ducatum sequatur, propheticam illuminetur lucerna, evangelico illustretur sole, nihil de suis excoitationibus admisceat, nullam nisi sanctissimi Spiritus adstruat doctrinam. Haec est enim divini magisterii definitio.

### III. Quod haec instructio orthodoxis tradatur.

Et haereticas quidem blasphemias aliis in scriptis coarguimus, singulaque seorsum persequentes, detracto fraudis velamine, nudam ostendimus impietatem. Nunc autem, Deo favente, fidei alumnis data ecclesiae divinitus dogmata exponemus: neque sermonis prolixitate satietatem studiosis inferentes, neque nimia brevitate curam debitam corruptentes, sed utriusque termini medium tenentes: ita ut neque excessu molesti auditoribus simus, et tamen perspicuum divinae scientiae institutionem tradamus. Incipiam vero a supernis, ad ipsum bonorum fontem currens.

### IV. Quaenam sint opiniones tenendae de Deo patre.

Nos Trinitatis amatores, adoratores, et praedicatores, magna voce sublimique animi conceptu, credimus in unum Deum patrem absque initio, ingenitum, qui semper pater extitit, non autem postea qualitatem hanc adsecutus est; non enim fuit tempus quo ipse non fuerit, sed et antea pater erat. Neque ipse fuit ante filius, deinde pater, ut corporum sequela postulat; sed ex quo existit, semper autem existit, pater et est et vocatur.

βάλλω μεθόδοις, μὴ τὴν τίσιν ἐών, καὶ τὸ ἀπόδεξιν ἀπαιτῶν τοῖς ἀλιεῦσιν ἑωθυνοῦται, τὸ σκυτότόμον (1) ἵχνηλατῶν, ὑπὸ τῆς τελῶντος ποδηγούμενον Θεόν, τῷ προφητικῷ κατανγαζόμενος λύχνῳ, τῷ εὐαγγελικῷ φωτιζόμενος ἥλιῳ, μηδὲν τὸ οἰκείων λογισμῷ ἀναμιγνὺς, πάντα ἡ τοῦ παναγίου πνεύματος οὐφαίνων διδάγματα· οὗτος ἡ θείας διδασκαλίας ὁ ἕρθε.

γ'. Ὡτὶ ὡς πρέστες εὐσεβεῖς ή διδασκαλία γνωσται.

Τὰς μὲν οὖν αἱρετικὰς βλασφημίας ἐν ἔτεροις ἡδη συγχέμμασιν διηλέγχαμεν (2), χωρὶς ἑκάστων διγλαβόντες, καὶ τὸ ἀπάτης λυμάνσαντες προκαλύψματος, καὶ γυμνὴν δεῖχαντες τὸ ἀσέβειαν νῦν ἢ, θεοῦ διδόντος, τοῖς ζοφίμοις ἐν πίσεως τὰ τῆς ἐκκλησίας θεόσδοτα προθίσσομεν δόγματα· μήτε τῷ μηδὲ τῷ λόγῳ κόρον τοῖς ἐκτυχάνσιν ἐπισάγοντες, μήτε τῇ βραχυλογίᾳ τὸ ἀκρίβειαν ωδηφθίστοντες, ἀλλ' ἀμφοτέρων τὸ ἄκρων τὸ μέσων αἰρούμενοι· ἵνα μήτε τῷ πλάθῳ τοῦ ἀκούντας ἀποκνισθῶμεν, καὶ σαφῇ τὸ διδασκαλίαν τὸ θεογνωσίας προσσοւσιαμεν· ἀρχόμεις ἡ ἄγνωθεν, πρὸς αὐτὴν δραμὼν τὸ ἀγαθῶν τὸ πιγνύν.

δ'. Ὄποιας δεῖ δηλανῆσαι ἔχειν περὶ τὸ θεοῦ καὶ πατέρος.

Ημεῖς οἱ (3) τῆς τριάδος ἐρασταὶ καὶ προσκυνταὶ καὶ κήρυκες μεγαλόφωνοί τε καὶ μεγαλόφρονες, τιστεύομεν εἰς ἓν θεὸν πατέρα ἀναρχον καὶ ἀγέννητον, δεῖ ὅντα πατέρα, οὐχί ὑπερον τοῦτο κτησάμενον, οὐ γὰρ ἦν ὅτε τὸν ἦν, ἀλλ' ἄνωθεν ἦν πατήρ· οὐδὲ γέγονε πρώτον νίος, εἴτα πατήρ κατὰ τὴν τῷ σωμάτων ἀκολουθίαν, ἀλλ' ἀφ' οὐδεποτέ ἐστιν, δεῖ δέ ἐστι, πατήρ καὶ ἐστι καὶ καλεῖται.

(1) Paulum intellige qui pelles tabernaculorum consuebat.

(2) Scilicet in thesauri, ut iam diximus, sermonibus editis, quibus haereticos refutavit. Nunc autem fidei simplicem spondet orthodoxis expositionem Cyrillus.

(3) Codex evidenter ὡς, quod prorsus videbatur immutandum in οἱ.

ε'. Όποια δέι περὶ τὸν νιόν φρονεῖν.

Πιστεύομεν εἰς ἓνα νιόν σωματίδιον τῷ ψυχήσαντι, οὐκ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβόντα, ἀλλὰ δὲ ὄντα, καὶ σὺν πατρὶ ὄντα· ἀφ' οὗ γὰρ πατήρ, δὲ δὲ πατήρ, ὃς ἔκεινου νιός· ἀχωρίστως ἡ ἔχει ταῦτα πρὸς ἄλληλα, τὰ τε ὄντωματα, καὶ τὰ πράγματα· εἰ οὐκ δέι δὲ ὁ νιός, ἀλλὰ ἦν δέ τε οὐκ ἦν, οὐδὲ δέι ὁ πατήρ· ἀφ' οὗ γάρ ἐγένετο, τοῦτο ἔχει τὸ ὄντομα· εἰ δὲ δέι ὁ Θεός καὶ πατήρ (βλάσφημον γάρ τῷ ὄντι, ὑπὸ χρέους ποιητῶν, καὶ χρονικοῦ μηδεστήματος ἀποφῆναι δευτέραν πᾶν ἄχεον καὶ ὑπὲρ χρόνου γέννησαν) δέι ὁ νιός, ἐκ τοῦ πατρὸς μὲν ἀρχῆτως ψυχής, μετὰ τοῦ πατέρος ἡ δέι ἦν, καὶ σὺν τῷ πατέρι γνωριζόμενος.

ς'. "Οτι τὸν νιόν τῷ πατέρι σωματίδιον διδάσκεσσιν αἱ γένατα.

\* Joh. I. 1. Ἐν ἀρχῇ \*, φησὶν, ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεός ἦν ὁ λόγος. οὐτότῳ ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· ὁ δὲ ἐν ἀρχῇ ἦν, ὥστε οὐκ ἦν; οὔτε γάρ εἶπεν, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐγένετο, ἀλλὰ ἐν ἀρχῇ ἦν· οἷον ἂν φιλονεκτόσωμον τοῖς λογισμοῖς ὑπερβῆναι τὸ ἦν, ἐπέκεντα ψύχειαν τὸν ἀρχῆν οὐκ ισχύσομεν· πάντα δευτέρα τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος, καὶ χρόνος, καὶ αἰών, καὶ εἴ τι ἀν ἔτερον χρονικὸν ἐπικονθέντι διάστημα· εἰ δὲ οὐκ δέι τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ σωτῆν ὁ νιός, ὑπέρτερον δέ ποτε προσεγένετο, ἀνάγκη χρόνον καὶ αἰώνα πατρὶ καὶ νιῷ μεστείεν· εἰ δὲ τοῦτο δοίν τις, εὐρεθήσεται τὸ ποίημα τοῦ ποιητοῦ προϋπάρχον· πάντα γὰρ, φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, διὰ τοῦ νιοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἔν δὲ τῷ πάντων ὁ αἰών ἡ ὁ χρόνος· καὶ ὁ μακάριός δὲ Παῦλος \* ἐπ' ἵσχατων, φησι, τῷ ἡμερῶν, ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν νιῷ, ὃν ἡ Θηκε κληρονόμον πάντων, διὶ οὐκ ἡδού αἰώνας ἐποίεσεν· εἰ δὲ τοῦ νιοῦ οἱ

\* Hebr. I. 2.

V. Quid de filio sentiendum sit.

Credimus in unum filium, coeternum dignitatem, qui initium existendi non habuit, sed semper, et quidem cum patre fuit. Etenim ex quo pater, semper autem fuit pater, ex ipso est filius. Namque haec invicem inseparabilia sunt, tum nomina, tum etiam res. Si autem non semper extitit filius, sed aliquando non fuit, ne pater quidem semper extitit: nam ex quo genuit, hoc habet nomen. Iam si semper Deus pater extitit (nam blasphemum revera fuerit, sub tempora redigere temporum creatorum, et temporali intervallo iu niorem adfirmare intemporelam ac supra omne tempus generationem) semper filius fuit, ex patre quidem ineffabiliter genitus, cum patre autem semper existens, et cum patre cognitus.

VI. Quod filium patri esse coeternum docent scripturae.

In principio, inquit, erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Quod ergo in principio erat, quandonam haud fuit? Neque enim dixit, in principio factum esse, sed in principio fuisse. Quantumvis nos conemur cogitatione nostra superare dictiōnēm ERAT, transcendere ultra principium non poterimus. Cumcta posteriora sunt existente in principio, nempe et tempus, et saeculum, et quodvis aliud temporale excogitari poterit intervallum. Si ergo non semper cum Deo patre extitisset filius, sed postea factus esset, necessario tempus et saeculum inter patrem ac filium interponeretur. Quod si quis concedat, invenerit factura faciente anterior. Omnia enim, ait evangelista, per filium facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Iam vero unum quid ex hac universitate saeculum quoque seu tempus reputandum est. Beatus vero Paulus ait: novissimis diebus locutus est nobis in filio, quem constituit

heredem universorum, per quem fecit et saecula. Quod si filii facturae sunt saecula, ea facientem non praecedunt. Iam saeculis non existentibus, exploratum est, ne tempus quidem fuisse, quod dies noctesque efficiunt et metiuntur: dies vero noctesque facit lucis ortus et occasus: quae quidem lux post caelum ac terram et aërem facta fuit. Haec porro omnia, et quicquid in eis est, Deus Verbum, beneplacito patris, verbo creavit.

Quum igitur tempora ac saecula cum aliis rebus omnibus a Verbo facta fuerint, nihil inter patrem et filium iacet, sed pater semper fuit Deus, semper autem cum patre filius. Quare etiam evangelista, in principio erat Verbum, clamat. Et apostolus Paulus ait: qui quum sit splendor gloriae, et figura substantiae eius. Et alibi: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Et neque Iohannes ERAT omisit; neque item Paulus CUM ESSET et CUM EXISTERET; quandoquidem semper existentem uterque praedicanter. Quapropter et paulo post evangelista, vita erat inquit, et vita erat lux hominum. Et denuo: erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et adhuc: unigenitus Dei filius qui est in sinu patris. Nec non in epistola: qui fuit, inquit, ab initio. Hanc theologiam a divino Spiritu tradere edocti fuerunt circa unigenitum Dei Verbum, ii qui ab initio spectatores ministrique verbi fuerunt. Quamobrem non connumerarunt cum creatura creatorem: non posuerunt in ordine factarum rerum factorem: nusquam creature nomine appellarent venerabilem Dei genitaram: nusquam dictiōnem FACTUM EST divinitati copularunt. Sed alius quidem dixit: in principio erat Verbum; non autem, in principio factum est Verbum. Alius vero: qui cum esset splendor gloriae, et figura substantiae. Non ait: factus est splendor et figura. Et rursus: qui cum in forma Dei esset; non autem

αἰώνες ποιήματα, οὐ προύπαρχουσι τοῦ ποιησαντ<sup>Θ</sup>. αἰώνων δὲ μὴ ὑπαρχόντων, εὑδηλον ὡς οὐδὲ ὁ γερόν<sup>Θ</sup>, διὸ ημέραι τὲ καὶ νύκτες ποιῶσι καὶ μετροῦσιν· ημέρας δὲ καὶ νύκτας οὐ τοῦ θωτὸς ἀνατολὴ καὶ δύσις ἐργάζεται· τὸ δὲ φῶς μῆτὸν οὐ-ρανὸν, καὶ τὰ γῆν, καὶ τὸν ἀέρα ἐγένετο· ταῦτα δὲ τάντα, καὶ τὰ ἐν τούτοις, οὐ Θεὸς λόγος<sup>Θ</sup> εὐδοκίᾳ τῷ πατρὸς ἐδημιούρ-γυνε λόγῳ.

Toίνυιν τῷ γέροντῷ καὶ τῷ αἰώνων μῷ τῷ ἄλλων ἀπάντων ποιηθέντων ὑπὸ τοῦ λόγου, οὐδὲν ἂγαν μεταξὺ πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἀλλ’ αὐτὸν μὲν πατήρ ὁ Θεὸς, αὖτε δὲ ὁ νίος σύν πατέρι· διὸ καὶ ὁ εὐαγγελιστῆς ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος<sup>Θ</sup> βοῶν. Καὶ ὁ ἀπόστολος<sup>Θ</sup> Παῦλος<sup>Θ</sup> φησί· \* ὃς ἂν ἀπαύγα-σμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑπο-σάσεως αὐτοῦ. Καὶ ἔτεισθεν· \* ὃς ἐν μορ-φῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχί<sup>Θ</sup> ἀρπαγμὸν ἢ γῆ-στο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ καὶ οὗτε ἀκεῖν<sup>Θ</sup> τὸ ἦν, οὐτέ οὔτι<sup>Θ</sup> τὸ ἄν καὶ ὑπάρχων, ἐπειδὴ τὸν αὐτὸν ὄντα κηρύττουσιν· οὐ καὶ χάριν καὶ μετ’ ὀλίγα ὁ εὐαγγελιστής· ζωὴν ἦν, φοῖσι, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῷ ἀν-θρώπων. Καὶ αἴθιστος<sup>Θ</sup> τὸ φῶς τὸ ἀλη-θιόν, ὁ φωτίζ<sup>Θ</sup> τάντα ἀνθρώπων ἐρχό-μενον εἰς τὸν κόσμον. Καὶ πάλιν· \* ὁ μο-νογενὴς υἱὸς ἐν εἰς<sup>Θ</sup> κόλπον τοῦ πα-τέρος. Καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ<sup>Θ</sup> ὃ ἦν, φοῖσιν, ἀτ’ ἀρχῆς. Οὕτω θεολογεῖν ὑπὸ τῷ θείᾳ πνεύ-ματ<sup>Θ</sup> τὸν μονογενὴν τῷ θεοῦ λόγον ἐδι-δάχθισαν οἱ ὅσες ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπη-ρέται τῷ λόγῳ γενόμενοι· διὸ οὐ σωκρίθι-μπσαν τῇ πτίσει τὸ πτίσαντα· οὐ συνέτα-ξαν τὸν ποιητὴν τοῖς ποιημασιν· οὐδα-μοῦ πτίσμα τὸ τίμιον τῷ θεοῦ προσηγό-ρευσαν γέννημα· οὐδαμοῦ τὸ ἐγένετο πι-έζευξαν τῇ θεότητι· ἀλλ’ οὔτι<sup>Θ</sup> μὲν, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος<sup>Θ</sup>. οὐκέτι ἀρχῆς ὁ λόγος ἐγένετο· ἀκεῖν<sup>Θ</sup> δὲ, ὡς ἂν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποσάσεως· οὐκέτι ἐγένετο ἀπαύγασμα καὶ χαρακτὴρ. Καὶ πάλιν· οὓς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐ μορφὴ θεοῦ γενόμενος, ἀλλ’ ὑπάρχων

<sup>\*</sup> Hebr. I. 3.<sup>\*</sup> Philip. II. c.<sup>\*</sup> Ioh. I. 15.  
I. Ep. I. 1.

\* Colos. I. 15. ἐν Θεοῦ μορφῇ. Καὶ ἔπειτα: \* ὃς εἶναι εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀράτου· οὐκ εἴσαι, ὃς ἐγένετο εἰκὼν τὸ Θεοῦ τὸ ἀράτος, ἀλλὰ ὃς ἐστίν.

?'. Αὐτόδιξις ἐκ τῶν παλαιῶν,  
ὅτι αἰδίνει ὁ νιός.

Οὕτω τῇ θεολογίᾳ πανταχοῦ συμέζευ-  
κται τὸ ἦν, καὶ τὸ ἄν, καὶ τὸ υπάρχων, καὶ  
τὸ ἐστίν· οὐτω τῷ μεγάλῳ Μωϋσῇ ἐστὸν

\* Exod. III. 14. διψελεγόμενῷ προσηγόρευσεν· \* ἐγώ εἰμι  
ὁ ὄν. Καὶ πάλιν· τάδε ἐρεῖς τοῖς νιοῖς Ἰσ-  
ραὴλ· ὃ ὄν ἀπέτακέ με μὲν ἡμᾶς. "Οτι  
ἐγώ τοις ταῦτα τὰ γένητα, καὶ αὐτοὶ μὲν  
μαρτυρεῖτε τὸ βλασphemίας οἱ πρόμαχοι,  
ἀχώριτον μὲν τὸ πατέρα λέγοντες, μεσί-  
την ἐγώ τὸ πατέρος καὶ τὸ κτίσεως τὸ νιὸν ἀπο-  
καλούντες, καὶ φάσκοντες αὐτὸν τοῖς πα-  
τριάρχαις καὶ τοῖς προφήταις ὁρθῆναι τέ  
καὶ διψελεγθῆναι· σαρῶς ἐγώ τοις αὐτὸς ὁ  
Θεὸς λόγῳ διδάσκει διὰ Ιερεμίαν τὸ προ-  
φήτην \*

Hierem. XXXI. 31. λέγων· ἐν τῷ ήμερας ὥστείναις, καὶ  
ἐν τῷ καιρῷ ὥστείνῳ διψελεγμοῖς τῷ οίκῳ  
Ἰσραὴλ, καὶ τῷ οίκῳ Ἰούδα διψελεγκτοῦ  
καινὴν, οὐ καὶ τῷ πατέρῳ διψελεγκτῷ διεθέμενοι  
τοῖς πατέραις αὐτῶν ἐν ήμερας ὅπλαβο-  
μένα μου τὸ χερὸς αὐτῶν ὥσταγαγεῖν αὐ-  
τοὺς ἐκ τῆς Αἰγύπτου. Ζητήσωρε τοίνυν  
τίς πάντας ἔθισκε διψελεγκτῷ· ἢ δηλον  
ἄπασιν ὡς ὁ δεσμότης Χριστὸς ταῦτας ἐστὶ<sup>1</sup>  
χορηγοί; αὐτὸς γὰρ ἐν τοῖς ιεροῖς εὐαγγε-  
λίοις βοᾷ· \*

Matth. V. 21. ἐρέβην τοῖς ἀρχαῖοις, οὐ φο-  
ρεύεσσις· ἐγώ δὲ λέγω ὑμῖν, πᾶς ὁ ὁργιζό-  
μενος τῷ ἀδελφῷ αὐτῷ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσαι  
τῇ κρίσει· ἐρέβην τοῖς ἀρχαῖοις ἐκ ἐπιο-  
κήσας· ἐν δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὅμοσαι ὅλως·  
καὶ τὰ ἄλλα ὡς ὅμοιος τιθοιν, διτε ἐρέβην  
μὲν τόδε, ἐγώ δὲ τέτο τοιωσδε νομοθετῶ,  
οὐκ ἀγαρέπων τὸ κείμενον νόμουν, ἀλλὰ τὸ  
νομοθεσίαν ἀκριβεστέραν ποιῶν, καὶ τὸ φυ-  
λακτικόν τὸ τρόπον διδάσκων· τὸ νέαν τοίνυν  
διψελεγκτοῦ ὁ δεσμότης ἡμῶν διδώκει Χριστός·  
οὐ δὲ ταύτην παρεσχηκώς, καὶ τὸ παλαιὸν  
αὐτὸν τὸ ἀπαλλαγὴν τὸ Αἰγύπτου διδώκει τῷ  
Ἰσραὴλ· ὃ δὲ ὥστείνων διδώκως, καὶ τὸ αἰ-  
γυπτιακῆς δουλείας ἀπαλλάξας, αὐτὸς

dixit: forma Dei factus, sed cum esset in  
forma Dei. Et alibi: qui est imago Dei in-  
visibilis. Non dixit: qui factus est imago  
Dei invisibilis, sed qui est.

## VII. Ex vetere testamento sempiternus demonstratur filius.

Sic in sermone theologico copulantur  
semper ERAT, et CUM ESSET, et EXISTENS,  
et EST. Sic se ipsum Deus, cum magno  
Moyse loquens, appellavit. Et mox: haec  
dices filii Israhelis, qui est misit me ad  
vos. Iam vero quod haec filii verba sint,  
testantur ipsi blasphemiae antesignani,  
qui patrem incomprehensibilem dicunt,  
filium autem inter patrem creaturamque  
medium appellant, aiuntque ipsum patriarchis et prophetis apparuisse cum iisque  
locutum. Manifeste vero nos ipse Deus  
Verbum docet per Hieremiam prophetam  
dicens: diebus illis, illoque tempore fer-  
riam cum Israhelis domo, et cum Iudea  
domo novum foedus, non iuxta foedus  
quod cum illorum parentibus pepigi, tem-  
pore quo manu mea captos ipsos de re-  
gione Aegypti reduxi. Quaeramus itaque,  
quis novum foedus tradiderit. Nonne om-  
nibus patet, dominum nostrum Iesum  
Christum eius esse datorem? Ipse enim  
in sacris evangeliis clamat: dictum est anti-  
quis, non occides; ego autem dico vo-  
bis, omnis qui iratus fratri suo temere  
fuerit, reus erit iudicio. Dictum est anti-  
quis: non periurabis; ego autem dico  
vobis, nec iurare omnino. Et alia simi-  
liter ponit: dictum fuit quidem illud, ego  
autem hoc isthoc modo praecipio; haud  
sane existentem legem subvertens, sed per-  
fectiorem legislationem faciens, eiusque  
observandae rationem docens. Novum igit-  
tur foedus dedit dominus nobis Christus.  
Qui autem hoc tradidit, idem vetus quo-  
que post liberationem ex Aegypto dede-  
rat Israheli. Qui vero illud dederat, idem  
ut ex aegyptiaca servitute expediret, Moy-  
sem scilicet ad Pharaonem miserat. Idem

quoque dixit : haec dices filii Israhelis : qui est misit me ad vos. Hoc et alibi propheta manifestum facit : hic est enim , inquit, Deus noster ; neque aestimabitur alias adversus eum : adinvenit omnem viam disciplinae , et tradidit illam Iacobo pueru suo , et Israheli dilecto suo. Post haec in terra visus est , et cum hominibus converstus est.

A postremo itaque initium facientes , propheticum indagemus sensum. Quisnam in terra visus est , et cum hominibus conversatus? exploratum est , ut reor , cunctis modo mente praeditis , quod nempe Verbum Deus , qui naturam nostram adsumpsit , qui rapinam non est arbitratus esse se aequalē Deo , sed semet ipsum exinanivit , formam servi accipiens. Hic ergo viam disciplinae tradidit Iacobo pueru suo , et Israheli dilecto suo , veterem promulgans in deserto per Moysēm legem. Qui vero legem illam tulit , ante quam eam tradaret , cum Moyse loquens dixerat : haec dices filii Israhelis , qui est misit me ad vos. Propterea propheta exclamavit : hic Deus noster est , non aestimabitur alias adversus eum. Quibus verbis , non tam eum minorem negat , quam incomparabilem affirmat. Animadverte quomodo evangeliis dictis prophetica oracula consonent. Moyse ait qui sum; immo vero ipse Deus Verbum ait qui sum. Paulus autem saepe dicit qui est; dicit etiam existit; quae vocabula parem habent sensum. Similiter Iohannes theologus vocabulum qui est evangelicae scripturae multoties interserit; et ipsum quoque prohoemium huiusmodi vocabulis ornat , non semel aut iterum ac terlio , sed multoties praedicans ERAT.

ἀπέσταλε δηλογότι πρὸς Φαραὼ τῷ Μωϋσέα· αὐτὸς εἶπε· \* τάδε ἔχεις τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ· ὁ ἦν ἀπέσταλκε με πρὸς ὑμᾶς· τέτοιο ἐγ καὶ ἔτέρωθι ὁ (1) ἀροφῆτης σαφὲς τοιεῖ· \* οὗτος γάρ , φησίν , ὁ Θεὸς ἡμῶν , οὐ λογι- • Exod. III. 14.  
σθήσεται ἔτερος πέδος αὐτού· ἔξενης πᾶσαν  
ὅδον ἐπισήμης , καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακώβ  
τῷ παιδὶ αὐτοῦ , ἐπὶ Ἰσραὴλ τῷ ἡγαπη-  
μένῳ ὑπὲρ αὐτοῦ· μὴ ταῦτα ἐπὶ γῆς ὄφθῃ ,  
καὶ τοῖς ἀνθρώποις συμφεσάσαφ (2).

Κάτωθεν τοίνυν ἀρχάρχοι , οὐ προφη-  
τικὴν ἐρμηνῶσαντιν ἔγοισαν· τίς δὲ ἐστὶ τῆς  
γῆς ὁφθεῖς , καὶ τοῖς ἀνθρώποις συμφα-  
Ἐπειδὴ ἡ φθόνῳ διεβόλει, καὶ γυναικὸς εὐκολίᾳ τὴν ἀπάτην ἐδέχατο (ταύτην γὰρ ὡς ἀπαλωτέραν φενακίσας, πρότερον δι’ αὐτῆς, ὡς πιθανωτέρας, τὸν Ἀδάμ ὁ κακετέρας φύσεως ἀλάστωρ ἐποιούρκησεν) ὕεβληθι μὲν εὐθὺς τὸ παρεδείσω, καὶ πρὸς τὴν συγγενῆ γῆν παρεάμφθη, ἴδροτι καὶ πόνῳ καὶ ταλαιπωρίᾳ συγκληρωθεῖς, καὶ οἵον τινι χαλιγῷ τῇ γυπονίᾳ καὶ κακοκαθείᾳ καὶ τῷ ἀλλαις τῷ βίᾳ πονηρίαις φεύγειν. Ως γὰρ τὸ ἄπονον σκείνην καὶ ἀλυπον οὐκ ἐνεγκὼν εὐγνωμόνως ζωὴν, τῇ δυσημερίᾳ συζεύγυται, ἵνα τὸ ἀπὸ τὸ εὐημερίας φερομένην νόσον, διὰ τὸ πόνων ἀποσκεψάσται. Διακόστει δὲ καὶ θανάτῳ τὸ δρόμον τὸν ἀμαρτίας ὁ νομοθέτης, καὶ αὐτὴν δείκνυσι τὸ τιμωρίαν φιλανθρωπίαν· τοῦτο γὰρ τῇ φρεδαβάσει νομοθετῶν σωζόμενε θάνατον, φρεδαβάσις γὲ ὑπὸ τὸ τιμωρίαν σκείνην ἐγένετο, οἰκονομεῖ πών τιμωρίαν σωτηρίαν φρεδαβάσις. Μελέτη γὰρ τοῦτο τὸ ζῶον ὁ θάνατος, καὶ πάλι μὲν τὸ πονηρίας σκέργειαν, ἀπαλλάττει γὰρ πόνων, καὶ ἴδρωτων ἐλυθεροῖ, λύπας καὶ φροντίδας ἐλαύνει, τέλος τοῖς

Τὸ σώματος δίδωσι πάθεσι τοσαύτη φίλανθρωπία η τιμωρίαν ἐκέρασεν ὁ κριτής.

ζ'. Διηγήσοις δὲ τὸ ἀνθρώπων ἀχαειστίας,  
καὶ δὲ τὸ Θεοῦ υπόδεμονίας.

Ἄλλ' οὐδὲν ἔντεῦθεν τὸ ἀλέξεισον γένος τὸ ἀνθρώπων ἀπώνατο· μείζοις ἢ ἀνθρωποσύναις ¶ εὑρέγεται ἡμίλιφτο· εὐθὺς γάρ ἀδελφοκοτοία τολμάται, καὶ φθόνος, καὶ φεύδος, ἀκολασίαι τέ, καὶ ἀσέλγυνα, ἀδικεῖσαι, καὶ ἀλληλοφογίαι, καὶ τὸ ἀλλοτρίων ἄρταραι, καὶ τὸ ἄλλα δσα ἐβλάστησεν ἡ ἀμαρτία κακά. Ἄλλ' οὐδὲ οὔτως ὁ ποιητὴς ἣ διέπλασεν ἀπηγόρωσσεν φύσιν· σοφῶς ἡ αἰτία καὶ δραφόρως ἐτέλεσεν, λαβέων, ἔπιτιμοῦ, ἔγκαλων, εἰσισούμενος τὸ δέον, συμβελεύων, ἀπειλῶν, ἐπάγων τὸ ἀπειλῶν, κολάζων ἐν τονηράν, σεφανῶν ἐν ἀγαθῶν, Καὶ τὸ μὲν ἀγακηρύττων, τὸ ἢ μετατιθεῖσι, τὸ ἢ ξύλῳ μῷ τὸ γένες δλαζόζων, καὶ αἰνῆρα τῇ φύσῃ δλετηρῶν, ἔπικλυζων τὸ γῆγ, δλαφθείρων ὑδατὶ ἐν ἐργάτας δπονησίας, αὐξῶν αὖθις τὸ ἀνθρώπινον γένος, μεικαῖς τιμωρίαις κοινὰς λατρείας ποιεύμενος, πόλεις ἀσεβείαις συζώσας πυρὶ καταφλέγων οὐρανίω. ¶ Σὺν αὐτοῖς μὲν σίκουντα, δὲ δὲσεβείας οὐ κοινωνοῦντα, δὲ τιμωρίας ἐλαδθερῶν, εὐετηρίας δωρούμενοῦ, εν καιρῷ νετὸν χαείζομενος, αὔξων ἄρρντως τὰ ψαρὰ τὸ ἀντρώπων καταβαλλόμενα απέρματα, καρπῶν ἀφθονίας βρύειν τὰ δειδηρα κελεύων, λιμῷ παιδεύειν ἐν οὐδὲν ἐπὶ τὸ εὐθυνίας ὥφεληθέντας, νίσις ἐπάγων, καὶ πάλιν ταῦτας ἐλαύνων, χαλασφειδοίων τὰς δλων ἀφορμὰς, νέφεσιν ἀκρίδος τὸ ἥλιον κερύπτων καὶ ἐν καρπούς δλαφθείρων, νέων αὖθις. καὶ τὰ λυπηρὰ μεταβάλλων, ἐν τὸ εὐσέβειαν ἀγαπήσαντας οὐκ ἐῶν, Καὶ τούτοις φαινόμενος, καὶ φιλικῶς δλεγχόμενοῦ, καὶ διὰ τούτων προσημαίνων τὰ μέλλοντα.

η'. Οτι φιλανθρωπίας γέμει ή τὸ Θεῖον ἀνθρώπησι.

Ἐπειδὴ ἡ ταῦτα, καὶ τὸ ἄλλα τὰ μνήματα, καὶ δυσδιήγητα τῆς Θείας οἰκονομίας

poris imponit passionibus. Tanta nimurum clementia poenam temperavit iudex!

VII. *Quam ingrati homines fuerint,  
et quam providus Deus, narratur.*

Sed nihil inde genus hominum ingratum percepit utilitatis: immo et peioribus maleficis benefactorem remuneratus est. Statim enim fraternalae caedis facinus, invidia, mendacium, intemperantia, luxuria, iniuria, mutuae occisiones, alienae rei rapinae, et alia huiusmodi quae peccatum perperit mala. Sed ne sic quidem quam formaverat abiecit Deus naturam: sed varia sapientia ad eum finem usus est, medens scilicet, increpans, incusans, ad officium erudiens, consilia suggesterens, comminans, minas ipsas in rem conferens, malos puniens, bonos muneras, et alium quidem laude ornans, alium de mundo transfrrens, alium arca lignea cum genere salvans, et naturae scintillam conservans; terram diluvio obrueens, et nequitiae operatores aquis praefocans; multiplicans rursus humanum genus, singularibus poenis generales medelas faciens, civitates sceleribus deditas igne exurens caelesti; virum illarum quidem incolam, sed scelerum minime participem, poenae eripiens: annuos proventus suppeditans, imbre opportune largiens, augens arcano modo iacta ab hominibus semina, fructuum ubertate arbores luxuriare iubens, fame aliquando erudiens illos quos abundantia non iuverat, morbos inmittens, atque hos rursus depellens; grandine verberans vitae subsidia; locustarum nimbis solem obscurans, frugesque corrumpens; favens iterum, et molestias avertens, religiosos homines non deserens, his etiam apparet, amice colloquens, perque hos futura portendens.

VIII. *Quod summam demonstrat  
clementiam incarnatio Dei.*

Postquam vero tum haec tum alia innumera vixque effablia divinae providen-

tie generata, paucis oppido profuerunt, reliqui autem homines insanabiles permanebant, tunc demum magnum atque ineffabile peractum fuit incarnationis mysterium. Ipsum enim Dei Verbum, rei universae creatae auctor, immensus ille, incircumspectus, immutabilis, vitae fons, lumen de lumine, viva patris imago, splendor gloriae, figura substantiae, humanam naturam adsumpsit, propriamque imaginem peccato corruptam instauravit, statuam a filio iniquitatis antiquatam renovavit, et priore pulchriorem ostendit, haud iam ex terra, ut olim, eam formans, sed ipsem in se recipiens: haud sane divinam naturam in humanam convertens, sed divinae humanam copulans. Manens enim quod erat, id quod non erat suscepit. Quam rem nos docet beatus Paulus clamans: « hoc sentite in vobis quod et in Christo Iesu, qui quam in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequali Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens. » Unde patet, Dei formam in eo quod erat manentem, servi formam sumpsisse. Formam autem appellat non id tantummodo hominis quod appareat, sed totam prorsus hominis naturam. Nam sicuti Dei forma, substantiam Dei significat (de cetero enim sine specie Deus est et sine figura, nemoque nisi forte delirans, diceret Deum formam habere, et membrorum distinctionem, quum sit incorporeus ac simplex); ita servi forma non hoc quod certinatur solum, sed totam hominis demonstrat naturam.

#### IX. Reprehensio haereticae pravitatis.

Nonnulli rectae religioni contraria sentientes, dum apostolicis dictis nituntur veritatis dogmata vulnerare, Arius quidem et Eunomius inanimem hominem a Deo Verbo adsumptum adfirmant: Apollinaris autem animatum quidem sed mente ex-

ειδη, δολίγas μὲν εὐεργέτησεν, οἱ δὲ λοιποὶ τὸ ἀνθρώπων ἀνηκέστως διέκειντο, τότε δὲ τότε τὸ μέγα καὶ ἄριστον γίνεται τῆς οἰκουμενικῆς μυστήσεον. αὐτὸς γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ δημιουργὸς ἀπάσσος τὸ κτίσεως, ὁ ἀχώριτος. ὁ ἀπερίγραπτος, ὁ ἀναλλοίωτος. ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ ζῶσα τοῦ πατρὸς εἰκὼν. τὸ ἀπαύγασμα τὸ δόξης. ὁ χαρακτήρ τὸ ὑποστάσεως, τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀναλαμβάνει, καὶ τὴν οἰκείαν εἰκόνα νεοποιεῖ τὴν ἀμαρτίαν δεσφαρεῖσαν, καὶ τὸ ἀνθεάντα τὸ ὑπὸ τὸν θεόν τὸν πονηρίας παλαιωθέντα ἀνανεῖ, καὶ τὸ περιττό χαρέστερον δείκνυειν, οὐκ ἀπὸ γῆς ἀς πάλαι τοῦτον δημιουργήσας, ἀλλ’ αὐτὸς καταδέχαμδρος. οὐ τὸν θεόν φύσιν εἰς ἀνθρωπείαν μεταβαλλών, ἀλλὰ τὴν θείαν τὸν ἀνθρωπείαν συάψας· μένων γὰρ δὲ οὐ, ἔλαβεν δὲ οὐκ οὐ. καὶ τοῦτο ίμᾶς διδάσκει δι μακάριος Παῦλος βοῶν· τοῦτο φρονείσθω ἐν οὐδεῖν, δὲ φίλη Χριστῷ Ἰησοῦν, δε τὸν μορφὴν Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ' ἀρπαγμὸν ἥρναστο τὸ εἶναι ισα Θεῷ, ἀλλ' ἐμπτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλως λαβώντες ὃν εὑδηλον, ὡς δὲ τὸ θεῖον μορφὴν, μένεστα δὲ οὐ, ἔλαβε τὸ δούλως μορφήν· μορφὴν δὲ καλεῖ οὐ τὸ φαινόμενον μονον τὸ ἀνθρώπου, ἀλλὰ πᾶσαν τὸ ἀνθρώπου φύσιν ἀπεργετὸν γὰρ δὲ τὸ θεόν μορφὴν, τὸ θεόν τὸ οὐσίαν σημαίνει, ἀνείδεον γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀσχημάτισον, καὶ οὐδεὶς ἀν εἴπη μὴ ἀποχητάσιν, μορφὴν ἔχειν, καὶ μελῶν δεσμηρεῖσιν. τὸ ἀσώματον τὸ ἀσύνθετον, οὐτως δὲ δούλως μορφὴν. οὐ τὸ ὄρωμον τοῦτο μόνον. ἀλλὰ πᾶσαν τοῦ ἀνθρώπου δηλοῖ τὸ οὐσίαν.

Τ'. Ἐλεγχος δὲ τὸν αἰρετικῶν ἀσεβίας.

Τινὲς δὲ τὸν τάναγτια φρονούντων τὸ εὐσεβέας, ἐπειδὴ τοῖς ἀποσολικοῖς ὅποις πειρῶνται κατατοξεύειν ἀληθείας τὰ δόγματα. Ἀρειοὶ μὲν καὶ Εὐνόμιοι ἀψυχον ἀνθρώπων ἀνειλῆσαι παρὰ τὸ θεόν λόγον δεσβευτούμενοι (1). Ἀπολινέας ἐ

(1) Sic plane in tertio decimo ex Arianorum fragmentis, quae nos edidimus Script. vet. T. III. part. 2. p. 228, ubi videsis in adnot. alia testimonia.

έμψυχον, νοῦ ἡ ἐξερημένον, οὐκ οἶδ' ὅ τι νῦν τὸ ἀνθρωπείαν ψυχήν· Μαρκίων ἡ καὶ Μάρνης; καὶ ἡ λοιπὴ ὁ ἀστεβέας ἔκειν συμμορφία, τὸ δὲ οἰκονομίας ἀπαν ὄμοιο ἀρετῆται μυστήσιον. καὶ τὸ μὲν ἀρρέπτον ὁ ἀγίας παρθένες σύλληψίν τε. καὶ κύνοιν, μῆδον εἶναι τῇ παλάσμα νομίζουσι· φαντασίᾳ δὲ σώματος τὸ θεότητα συγκαλυφθῆναι σφυγορεύσοι. Εἰ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῖς ἀνθρώποις ἀνθρώπων ἀναφανῆναι. Ἀραγκαῖον τὸ ἀποσολικὸν ἥπταν σαφῆ τὸ διάνοιας αὐθεντῆσαι τοῖς εὐτεβέσιν, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ φοίσιν ὑπάρχων, οὐχὶ ἀρταγαμὸν ἤγαπατο τὸ εἶναι Ἰησοῦ Θεῷ, ἀλλὰ ἔαντὸν ἔκενωσεν μορφὴν δούλων λαβέων. ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων ψύχομενθο, καὶ σχῆματι εὑρεθεῖς ὡς ἀνθρώπως· ταῦτα τὸ προειρημένων αἰρετικῶν ἔκασθο οἰκειούμενθο. τὸ βαδελυρὸν δογμάτων κατασκολάζει τὸ θεῦδθο. Ἀριθμῷ μὲν καὶ Εὐνόμῳς καὶ Ἀπολινάρῳ θο καὶ οἱ καὶ τούτοις, τὸ δούλων μορφὴν καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ ὁμοίωμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ φαινόμερον δὲ ἡμετέρας φύσεως σημαίνειν δημορφεύοντες· οἱ δὲ δὲ μυσταρέας φάλαγγθο, τὸ σχῆμα καὶ τὸ ὁμοίωμα εἰς σκιάν τινὰ καὶ εἰκόνα καὶ φαντασίαν σώματι εἰσκύιναν λαμβάνοντες.

#### I. Ἐρμηνεία τὸ δὲ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων. \*

\* Philip. II. 6.

Φρεγοελάσσειαν ἡ τὸ ἀμφοτέρων αὐθεντικὰ ἡμεῖς διελέγχομεν· μορφὴν γάρ δούλων τὸ οὐσίαν, ὡς ἀπεδείχαμεν, προσαγορεύδει τὸ δούλων· εἰ γάρ ἡ τὸ θεοῦ μορφὴ τὸ οὐσίαν διηλοῖ τὸ θεοῦ. εἰδηπολον ὡς γάρ ἡ τὸ δούλων, δὲ οὐσίας ἐσὶ τὸ δούλων σημαντική· τὸ δὲ ἐν ὁμοιώματι τὸ ἀνθρώπου ψύχομερος, καὶ σχῆματι εὑρεθεῖς ὡς ἀνθρώπωθο, οὐχὶ ὡς δὲ φύσεως ὄντοματα τέθεικεν δὲ ἀπόστολοθο. ἀλλὰ δὲ ἐνεργείας ἐπειδὴ γάρ δὲ σεστόης Χριστὸς τὸ ἡμετέραν ἔχων φύσιν, τὸ ἡμετέραν οὐ κατεδέξατο πονηρίαν, ἀλλὰ ἀπάντης ἐλεύθερος. ὡς δὲ προφῆτης βοῶτες, δότι ἀρομάτων οὐκ ἐποίησεν. οὐδὲ εὐρέθη δόλος ἐν τῷ σόματι αὐτοῦ· καὶ δὲ ἐρήμως πολίτης Ιωάννης συμμαρτυρεῖ λέγων \*, τίδε δὲ ἀμ-

\* Is. LIII. 9.

\* Ioh. I. 29.

pertem, qui de humana anima quid aestimet nescio. Marcion vero ac Manes, et reliqua illa impietatis factio, universum incarnationis pessum dant mysterium. Hi infefabilem sanctae Virginis conceptum gravitudinemque, fabulam ac simulamentum arbitrantur: corporis autem specie phantastica velatam divinitatem dictitant, atque hoc modo hominibus hominem apparuisse. Necesse est igitur apostolicorum verborum perspicuum sensum sistere orthodoxis, nempe « qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aqualem Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. » Verba haec praedictorum unusquisque haereticorum ad suum sensum trahens, detestandorum dogmatum fabricat falsitatem. Arius quidem, et Eunomius, atque Apollinaris, et horum similes, servi forma et habitu et similitudine hominis, externam naturae nostrae speciem denotari praedicant: qui autem detestabilioris adhuc agminis sunt, habitum et similitudinem ad umbram quandam et imaginem, ac phantasiam corpori similem, sententia sua trahunt.

#### X. Interpretatio verborum « qui quum in forma Dei esset. »

Nos itaque utriusque factionis vesaniam confestim refutabimus. Nam formam servi, substantiam, ut iam demonstravimus, servi appellat. Nam si Dei forma substantiam Dei significat, patet servi quoque formam, servi substantiam significare. Verba autem in similitudinem hominis factus, et habitu inventus ut homo, non tamquam naturae vocabula apostolus posuit, sed operationis. Nam quia Christus dominus nostram habens naturam, haud tamen nostram in se recepit malitiam, sed omni peccato caruit, ut propheta clamat, nempe qui iniquitatem non fecit, nec inventus est dolus in ore eius; nec non deserti incola Iohannes contestatur dicens: ecce agnus, qui

mundi peccatum tollit; idcirco beatus Paulus, in similitudinem hominis factum ipsum necessario dixit, et habitu inventum ut hominem, prava omni hominum operatione alienum. Propterea alibi quoque aiebat: « nam quod impossibile erat legi, in quo per carnem infirmabatur, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et pro peccato, damnavit in carne peccatum; ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum. »

Animadvertisite quomodo per haec illum solvit obscuritatem. Deus, inquit, filium suum mittens in similitudinem carnis peccati: non simpliciter dixit, in similitudinem carnis, nempe ut impiorum dogmatum blasphemiam dissiparet; etenim omnia praevidet gratia Spiritus; sed in similitudinem carnis peccati, ut intelligamus, vocabulum « similitudo » ab eo possumus, quia peccato omni Servator noster caruit. Homo enim natura factus, secundum peccatum factus est homo. Ideo in similitudine carnis peccati damnavit in carne peccatum: humanam quidem naturam adsumens, attamen tyranni hominum peccati iugum non subiens, sed huius omnem dominatum respuens, demonstransque fieri posse ut in humana natura peccati tela vitemus. Sic damnavit in carne peccatum, debilitatem eiusdem coargens, tyrannidem cohibens, atque ita ad victoriam homines erudiens. Ideo addidit beatus Paulus: ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum. Ergo suimus iustificati, peccato in carne damnato. Damnavit autem in carne peccatum, cum in similitudinem carnis peccati Servator noster factus est; humanam quidem naturam adsumens, minime tamen dominans ei peccatum admittens. Sic divus Paulus verbis paucis universum haereticorum agmen pro-

νὸς ὁ αἰρὼν τὸ κόσμος τὴν ἀμαρτίαν ὁ μακάριος Παῦλος εὐ ὅμοιώματι ἀνθρώπῳ αὐτὸν ἀγαγκαῖος ἐφη γνέσθ, ηγε σχήματι εὑρεθῆναι ἡσ ἀνθρώπον, τὸ πονηρᾶς ἀνθρώπων ἀπολλαγμένον διὸ ηγε ἔτερῳ θεῷ ἐλεγε \* τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου εὐ ὁ ποσθένδιδιος τὸ σαρκὸς ὁ Θεὸς ἐσαντὸν τὸν πέμψας, εὐ ὅμοιώματι σαρκὸς ἀμαρτίας, καὶ περὶ ἀμαρτίας, κατεγορε τὸν ἀμαρτίαν εὐ σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαιώματα τὸν πληρωθῆνε εὐ ἡμῖν τοῖς μὴ τὸ σάρκα πεπεισθῶσιν, ἀλλὰ καὶ πνεῦμα (1).

\*Οράτε πῶς διὰ τούτων, ἐκτίγων λαε τὸ ἀσφαλιαν. Ο Θεός φησι, τὸ ἐσαντὸν τὸν πέμψας εὐ ὅμοιώματι σαρκὸς ἀμαρτίας οὐχ ἀπλῶς εἶπεν, εὐ ὅμοιώματι σαρκὸς, δελύνων τὸ ἀσεβῶν δογμάτων τὸ βλασφομίαν προβινόσκει γάρ ἄπαντα τὸ χάρις τὸ πενύματος, ἀλλ’ εὐ ὅμοιώματι σαρκὸς ἵνα μάτωμός εὐ τὸ ὅμοιόματα, διὰ τὸ πάσης ἀμαρτίας ἀπολλάχθαι (2) ἡμέτερον σωτῆρα, τέθαπεν ἀνθρώπῳ γάρ γνόμυμος τὸ φύσιν (2), καὶ τὸν ἀμαρτίαν γένοντας ἀνθρώπος διὸ εὐ ὅμοιώματι σαρκὸς ἀμαρτίας κατέκεινε τὸν ἀμαρτίαν εὐ τῇ σαρκὶ ἀνθρώπειαν μὲν φύσιν ἀγαλαβών, καὶ τὸ τυραννούσιον εὐ τοῖς ἀνθρώποις ἀμαρτίας τὸ ζυγὸν μὴ δεξάμενος. ἀλλὰ πάσαν ταύτης ἀπόρριψας τὸ δεσμοτείαν, ηγε δέξας, ὡς δυνατὸν εὐ ἀνθρώπεια φύσιν τὸν ἀμαρτίας πειγασθεῖσαν βελῶν. οὔτως κατέκεινε τὸν ἀμαρτίαν εὐ τῇ σαρκὶ, τὸ ἀσθενὲς αὐτῆς ἐλέγχας. ηγε τὸ τυραννίδα παῖσας, ηγε νικᾶν οὔτως οὖν ἀνθρώπους διδάξας διὸ ἐπήγειρον ὁ μακάριος Παῦλος. ἵνα τὸ δικαιώματα τοῦ νόμου πληρωθῆνε εὐ ἡμῖν τοῖς μὴ τὸ σάρκα τὸν πέμψασθαιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ πνεῦμα οὐκέντι ἐδικαιώθηρεν, τὸν ἀμαρτίας εὐ σαρκὶ κατακειθείστης κατέκεινε τὸ σαρκὶ τὸν ἀμαρτίαν. εὐ ὅμοιώματι σαρκὸς ἀμαρτίας γνόμυμος ὁ σωτῆρ ὁ ἡμέτερος τὸ μὲν ἀνθρώπειαν φύσιν ἀγαλαβών, τὸ δέ τὰλαι ταύτης δεσμόζεσθαι μὴ καταδεξάμενος ἀμαρτίαν. οὔτως ὁ Θεαπέσσιος

(1) Legesis Cyrillum in commentariis suis ad hunc Pauli locum apud nos.

(2) Haud scio an heic interponenda sit negativa particula οὐ, non.

Παῦλος ἐν ὁλίγοις ῥήμασιν ἀσταν τὸ αἰγετικῶν τὸ σίφω διέλυσεν. Αρέιον μὲν καὶ Εὐνομίαν τὴν ματίαν ἐλέγχει, ἐν τῇ τὸ προεργάκεινον ῥῆμάτων ἀρχῇ τοῦτο γάρ φερεῖσθω ἐν ὑμῖν, δημοσίᾳ. Καὶ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἀρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἵστα Θεῷ, ἀλλὰ ἔαντὸν ὅπερνατο μορφὴν δούλου λαβάντος οὐ γάρ εἴπειν ἐν μορφῇ Θεοῦ γνόμονα, ἀλλὰ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐδὲ εἴπειν οὐχ ἀρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἵστα ἔαντό, ή ἵστα ἀγέλοις. ή ἵστα τῇ κτίσει. ἀλλὰ ἵστα ἔτον Θεῷ τῷ πατρὶ. τῷ γνωνίσαντι. ἀνάρχῳ. τῷ ἀληθινῷ. τῷ περεπάντῳ. τῷ τὸν δειπνότη.

"Αρέιος μὲν οὖν καὶ Εὐνομίος (1). Ἰσχυρὸν ἐντεῦθεν ἐδίξαντο τὸ οἰκεῖας διεβείζειν τὸ ἔλεχον. καὶ Σαβίλλος ἡ καὶ Μάρκελλος καὶ Φωτεινὸς οἱ τὰς ἕτερας ὑποσάστας ἀργούμενοι. καὶ τὰς τὸ θεότητος συγχέοντες ἴδιατητας, ἐντεῦθεν βλασphemοῦντες ἐλέγχονται. ἔτερος γάρ καὶ τὸ ὑπόστατον ὃ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, καὶ ἔτερος οὐδὲν ἐν μορφῇ ὑπάρχειν καὶ ἄλλῳ πάλιν ὃ μὴ ἀρπαγμὸν ἡγεσάμενος τὸ εἶναι ἵστα Θεῷ. παρ' ἔκεινος οὐ τοσούτης ὑπάρχει, ἀλλὰ οὐχ ἔτετασεν τῷ παρὸς αὐτὸν ἰστόπτα. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὁ ψευδώνυμος Παῦλος (2), ὃ τὸ μὲν πρὸ αἰώνων γέννησιν τὸ σωτῆρος ἀρνούμενος. ιεδαίκη δὲ κεχρημένος φρονήματι. καὶ τὸν παθίειν μόνιν ὄμολογῶν, ὃν τῷ αὐτῶν τούτων λόγῳ. τὸ δέξαντὸς οἰκεῖας αἰσχύνειν καρποῦται. διδάσκεται γάρ ὑπὸ τὸ θεῖον Παύλος τὸ λαβόντα Θεὸν λόγον. καὶ τὸ ἀιθρωπεῖαν φύσιν τὸ ληφθεῖσαν. τὸ προύπαρχεσταν μορφὴν τὸ Θεοῦ. καὶ ἐν τῷ τέλει τὸ εἰώνων προσληφθεῖσαν ἀπ' ἔκεινος τὸ δούλον μορφὴν. Διδάσκεται δημοσίων ἀπολινάριος σὺν Ἀρέιῳ καὶ Εὐνομίῳ, ὡς οὐχ ὁ Θεὸς λόγος ὁ ἀπειπτος, εἰς σαρκὸς φύσιν ἐψάσσων. ἀλλὰ τὸ ίμετέραν ἀναλαβὼν ἔσταιν, τὸ ίμετέραν ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν. Ἀπεδείχαμεν δημοσίων εἰς ηγέτας μεν. μορφὴν δούλου τὸν ἀνθρώπου προσαγορεομένων οὐσίαν εἰ γάρ η μορφὴ τοῦ

fligavit; Arius utique et Eunomii insaniam refutans praedictorum verborum initio: hoc enim sentite in vobis quod et in Christo Iesu, qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratu est esse se aqualem Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens. Non enim dixit, in forma Dei factus, sed quum in forma Dei esset. Neque item dixit: non rapinam arbitratu est esse se aqualem sibimet aut angelis, aut aqualem creature, sed aqualem dicit Deo patri qui se generat, patri inquam absque principio, ingenito, infinito, rerum omnium domino.

Arius igitur atque Eunomius validam hinc pertulerunt impietatis suae redargutionem: insuperque Sabellius et Marcellus atque Photinus, qui negant tres hypostases, et deitatis confundunt proprietates, hinc blasphemi coarguuntur. Alius est enim secundum hypostasim ille qui in forma Dei erat, et aliis ille cuius in forma erat: et aliis rursus qui rapinam non arbitrabatur esse se aqualem Deo, et aliis ille cui est aequalis, sed non sibi aequalitatem cum illo rapuit. Praeterea ille etiam falsi nominis Paulus, qui Servatoris ante saecula generationem negavit, iudaicam sententiam fovens, et de Virgine tantummodo natum confessus est, ex his ipsis verbis dignam impietate sua capit ignominiam. Docetur enim hinc a divo Paulo et Dei Verbum quod suscepit, et humanam susceptam naturam, et praeexistente Dei formam, et in fine saeculorum adsumptam ab eadem servi formam. Docetur pariter Apollinaris cum Ario atque Eunomio, quod nequaquam Deus Verbum, quod est immutabile, in carnem fuerit immutatum, sed quod nostra substantia adsumpta salutem nostram sit operatum. Porro superius dictis demonstravimus, formam servi appellatam esse hominis naturam. Nam si forma Dei, est substantia Dei (caret enim revera forma

(1) In hoc et sequente opusculo nullum haereticum recentiore Eunomio nominat Cyrus.

(2) Intelligit Paulum samosatensem.

et quavis specie Deus, qui est simplex, in-compositus, et omni figura destitutus) se-quitur ut servi forma, aequo servi substan-tia intelligatur. Servi autem substantia, id est hominis, non est corpus hoc tantummodo quod appareat, sed tota hominis na-tura a prudentibus existimatur. Praeterea et illi impietas antesignani, et blasphemiae adversus rectam fidem primi auto-res, qui christianorum quidem sibi nomina imposuerunt, sed idolatricum polytheis-mi errorem superarunt, Marcion, inquam, et Manes, et ceteri pestilent illorum ca-thedrae consecrati et discipuli, ex his ipsi-sis apostoli verbis suam vesaniam cog-noscent. Nam quum ipsi Domini secundum carnem nativitatem et humanitatem non admittant, audiunt praeclarissimum Paulum docentem, quod Dei forma, servi for-mam suscepit. Servi autem forma haud phantasia quaedam erat, neque umbra, neque aereum simulacrum, neque aliud quidvis huiusmodi appellatur, sed servi natura.

Quod si subsequentia illa verba nobis obiiciant: in similitudinem hominis factus, et habitu inventus ut homo; nec non illa ad Romanos: in similitudinem carnis peccati; primo quidem stultitiam ipsorum convincemus. Nam si verba « in simili-tudinem hominis, et habitu inventus ut ho-mo, phantasiam aliquam humanam deno-tant, servi autem forma, natura hominis est; contradicentia posuit apostolus. Iam si apostoli verba minime invicem con-tradicunt, sane discimus, servi formam, servi esse substantiam. Porro in hominum simi-litudinem fieri, et habitu ut hominem in-veniri, sic intelligemus; nempe dominum nostrum Iesum Christum, naturam nostram habentem, non in cunctis nobis fuisse ae-qualem. Namque et ipse natus est de mu-liere, sed alia ac nos ratione; quippe qui de virginali prodiit vulva. Et homo qui-dem perfectus erat aequo ac nos; sed praetor rem nostram, habuit etiam Deum Ver-

Teū, οὐσία τοῦ Θεοῦ, ἀμέρφωτον γάρ οὐδὲνδεον τὸ Θεῖον, ἀπλοῦν ἢ οὐδέν. Θετον οὐδὲντις οὐσία δούλου εἰκότως ἐν νονθεῖν οὐσία ἢ δούλε. τούτεσιν ἀνθρώ-pις, οὐ τὸ φαινόμενον σῶμα μόνον. ἀλλὰ πᾶσα τοῦ ἀνθρώπου ἡ φύσις παρὰ τοῖς σωφρονοῦσιν τενόμεναι. Πρὸς ἣ τούτοις οἱ περιστάται δὲ εἰσβείας, οὐ πρῶτοι τὸ Ελα-sophriάν καὶ εὐσεβείας βλασφήματες, οὐ χριστιανῶν μὲν ὄνομα ἑαυτοῖς ὅπλαθεντες, πᾶσαν ἢ τὸ πολύθεον τὸ εἰδώλων πλάγιων ὑπερεκποτίσαντες, Μαρκίων, Φημί, οὐ Μά-νης, οὐ οἵ της λοιμωκῆς αὐτῶν καθέδρας μύσαι οὐ γέίτονες, δι' αὐτῶν τούτων τὸ δρόματων, τὸ οἰκεῖαν φραστικήν μαζάνεσσι τὸ καὶ σάρκα γάρ τοῦ κυρίου γέννησιν τε, οὐ ἐνανθρώπων οὐ δεχόμενοι, ἀκούε-σι τοῦ Θειοτάτης Παύλου διδάσκοντος. ὡς ή τὸ Θεῖον μορφὴν ἔλαβε τὸ δούλιον μορ-φὴν· οὐ δούλου μορφὴ οὐ φαντασία τις ήν, οὐδὲ σκιὰ, οὐδὲ ἀέριον ἴνδαλμα, οὐδὲ ἄλλο τί τὸ τοιούτων προσαποζεύεται, ἀλλ’ οὐ δούλιον φύσις.

Εἰ δὲ τὰ ἐπαγγέλματα ήμιν προβάλλον-  
το \* , έν δόμοιώματι ἀνθρώπων χωρόμηνος. οὐ  
σχήματι εὑρεθεῖς ὡς ἀνθρωπος, οὐ τὸ ἐν  
τῇ πρὸς Ρωμαίους \* , έν δόμοιώματι σαρκὸς  
ἀμαρτίας, πρῶτον αὐτῶν τὸ ἀνοιαν διελέγ-  
χωμένοι εἰς τὸ ἐν δόμοιώματι ἀνθρώπων,  
οὐ σχήματι εὑρεθεῖς ὡς ἀνθρωπος, φαν-  
τασίαν τινὰ ἀνθρωπείαν δηλοῖ, οὐ δούλη  
τὸ δούλιον, φύσις ἀνθρώπων. ἐναντία τί-  
θησιν ὁ ἀπόστολος· εἰ δούλη τοῦ ἀποστόλου τὰ δρόματα. μάθωμα δούλων μορφὴν. οὐσία δούλων τουγχάρα. Τὸ δὲ  
έν δόμοιώματι ἀνθρώπων \* χωρέσῃ, οὐ σχή-  
ματι εὑρεθῆναι ὡς ἀνθρωπον, οὐτως νο-  
σομένη. διτι οὐ κύριος ἡμέρῃ Ἰησοῦς Χριστὸς  
ἢ ἡμετέραν ἔχων φύσιν. οὐ καὶ πάντα ίσος  
ημῖν ἐνγύχανει· ἐγμονήθη μὲν δὲ ἐν γυ-  
ναικός οὐτός, ἀλλ’ οὐκέ δόμοις ιμῖν· ἐν  
παρθενικῆς γάρ ἐβλάσπεσε μῆτρας οὐ τέ-  
λειος μὲν ἀνθρωπος ήν ὡς ημεῖς. εἶχε δού-  
λεον ημῖν τὸ Θεοῦ λόγου τὸ ἐνοίκεσσιν τε  
οὐ σήμερον οὐ σήμερος μὲν εἰχεν ἐμπλήκον τε

• Philip. II. 7.

• Rom. VIII. 2.

ita hec cod.  
ut in edd.

καὶ λογικὴν ὡς ἡμεῖς, τὸ δὲ ἀμαρτίας οὐκ  
πένσηστο κινητάων ὥστερον ἡμεῖς. ἀλλὰ ἐν  
σώματι ὑφ' ἀμερτίας πολεμουμένῳ, τὸ δὲ  
ἀμερτίας τυραννίδα κατέλυσε: διὰ τοῦτο  
ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γνόμονος, καὶ σχή-  
ματι εὐρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. ἐνυπὸν ἐπα-  
πένωσεν, γνόμονα ὑπήκοον μέχρι θα-  
νάτου. Θανάτου δὲ σαυροῦ· Καὶ αὐτὸν δὲ τὸ  
ὄνομα τὸ ταπεινῶσεως δηλοῖ τὸ ταπει-  
νῆς ἀνάληψιν φύσεως.<sup>7</sup> Αλλως τε περὶ τοῦ  
ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχοντος διάλεγόρθομος,  
ἐπηγγαγός: ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γνό-  
μονος, καὶ σχήματι εὐρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος,  
διδάσκων ὅτι δὲ σῶματος θεοῦ λόγος ὡς  
ἄνθρωπος ὥφθη, φύσιν ἀνθρώπειαν ἀνα-  
λαβών: διὸ καὶ τὸ ὡς ἄνθρωπος τέθεικεν,  
ἴνα μηδὲ τοσοῦτην τινὰ γεγνήθειν νομίσωμα  
τοῦ ἀρράτος θεοῦ, ἀλλὰ τισεύσωμεν ὅτι  
σάρκα λαβὼν ἔμψυχόν τε καὶ λοιπὸν, θεὸς  
ὅν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων ἐγένετο. καὶ σχή-  
ματι εὐρέθην ὡς ἄνθρωπος· οὗτος δὲ μέ-  
γας δὲ εὐσεβείας προσωπιστής, διακά-  
ριτος λέγω Παῦλος, τὰ ποικίλα καὶ διά-  
φορα τὸ αἱρετικῶν κατέλυσε σόματα. Αλλά  
ἐνταῦθα μὲν ἡμᾶς ὁ λόγος παραγένεται,  
τὸ δὲ αἱρετικῶν ἐλέγχων ἐμβροντοστάν, καὶ  
δῆλοι ποιῶν τοῖς τροφίμοις δὲ εὐσεβείας δὲ  
ἀληθείας τὰ δόγματα ἀναχωρεῖν οὖν, θεοὺ<sup>8</sup>  
οὐδέβεην, καρές.

ια'. Τίνος χάρεν τὸ ἄνθρωπίνην φύσιν  
ὁ θεὸς ἀνέλαβε λόγον.

Τοίνυν τὸ πιεστέραν φύσιν ὁ ποιητὴς οἰ-  
κτείχας ὑπὸ τὸ πονηρὸν πολεμεύονταν, καὶ τοῖς  
πικροῖς δὲ ἀμερτίας βέλεσι βασιλούνταν, καὶ  
τὸν θανάτῳ φραγμόπομέντον, ἐπαυμόντι τῇ  
εἰκόνι, καὶ τούτῳ πολεμεύντας κατατράχεται,  
ἔγυμιῃ τῇ δυνάμεις γενούμορος τῇ θεότητι,  
οὐδὲ τῇ ἔξεστᾳ δὲ βασιλείας καταπλήξας  
τόντος ἀτιπάλας, οὐκ ἀγγέλες σφρατεύσας,  
οὐδὲ τούτῳ ἀρχαγγέλες εἰς συμμαχίαν λαβών,  
οὐδὲ κεραυνὸς, ἢ προτήρας καὶ τὸ ἐναντίων  
διπλίσας, οὐδὲ μή τὸ χεροβίου φανεῖς ἐπὶ δὲ  
ἡπέρεις καὶ τὸ πιεστέρων ἀντιδίκων δικαστικῶν  
καταψηφισάμενος". ἀλλ' εἰς τὸ ὑπόδικον  
καὶ πολεμεύοντα γνόμονος, καὶ κατακρύψας

bum inhabitans et unitum. Carnem habuit  
animatam et rationalem uti nos, at pe-  
ccati commotiones non aequae ac nos ex-  
pertus est; sed in corpore quod peccato  
solet esse obnoxium, peccati tyrannidem  
debellavit. Propterea in similitudinem ho-  
minis factus, et habitu inventus ut homo,  
semet humiliavit, factus obediens usque ad  
mortem, mortem autem crucis. Et quidem  
ipsum humiliationis vocabulum demon-  
strat humilis naturae adsumptionem. Aliunde  
etiam, de eo qui in forma Dei erat dis-  
serens, addidit: in similitudinem hominum  
factus, et habitu inventus ut homo; do-  
cens incorporeum Dei Verbum ut homi-  
nem apparuisse, humana scilicet adsumpta  
natura. Ideo et dixit « ut homo » ne mu-  
tationem aliquam factam existimemus in-  
visibilis Dei; sed credamus potius, ipsum  
carne adsumpta animata ac rationali, quum  
Deus esset, in similitudinem hominis fac-  
tum, et habitu inventum ut hominem. Sic  
magnus rectae fidei propugnator, beatus inquam Paulus, diversa ac varia haereticorum  
ora dissipavit. Sed ulterius iam nos  
provexit sermo noster, dum haereticorum  
vesaniam coarguit, et rectae fidei alumnis  
dogmata veritatis pandit. Ergo iam tem-  
pus est illuc, unde discussimus, revertendi.

#### XI. Cuius rei gratia humanam naturam Deus Verbum adsumperit.

Igitur naturam nostram creator mise-  
rans a malo daemone oppugnatam, et acerbis  
peccati sagittis vulneratam, mortique  
addictam, propriam ultus est imaginem,  
hostesque propulsavit, haud solis deitatis  
viribus utens, neque maiestatis potentia  
colluctatores prolligans, non angelorum  
aciem instruens, neque archangelos auxili-  
ares assumens, non fulmina aut turbines  
contra inimicos armans, neque cum  
cherubinis in terra apparens adversarios  
pro tribunali condemnans; sed tamquam  
unus de reis oppugnatisque factus, deita-  
tisque magnificentiam vilitate humanitatis

<sup>7</sup> eod. mendoso  
καταψηφισάμε-  
νος.

celans; visibilem hominem ad pugnam corroboravit, et victorem coronavit: et iam inde a pueris virtutem edocuit, atque ad iustitiae culmen provexit, invictum servans, et peccati telis immunem, permittens simul ut morti succumberet, quod peccati iniustitiam coargueret, et mortis potentiam destrueret.

Nam si eorum qui peccato succubuerunt poena mors est, is qui peccato prorsus fuerat alienus, vita scilicet frui, non mortem pati dignus erat. Porro victimum peccatum, quum ipsum victimum morti addixisset, eandemque adversus dominatorem suum sententiam tulisset, quam perpetuo contra subditos suos exercebat, iniuste agere reprehensum est. Nam quamdiu peccatum subditos suos morte multabat, ceu iure id agens non prohibebatur: sed ubi innocentem et nullius culpae reum, immo praemiis et summis laudibus dignum, eidem poenam addixit, necessario posthinc utpote iniustum potentia sua depulsum fuit. Atque hoc docens beatus Paulus aiebat: quod erat impossibile legi, in quo per carnem infirmabatur, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et pro peccato, damnavit in carne peccatum, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum.

Quod vero ait, hoc est. Scopus legis erat hominum naturam iustificare: haud tamen id poterat, non propriae infirmitatis causa, sed propter audientium ad recte agendum ignaviam: namque ad carnis voluptatem proclives, mandatorum legis labore defugiebant, corporisque delectationibus adhaerebant. Propterea, inquit, universalis Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, hoc est cum humana quidem natura, sed tamen peccato aliena, et pro peccato, damnavit in

τὸ μεγαλωπείας ἢ θεότητος τῇ εὐτέλειᾳ ἢ ἀνθρώποτος, η̄ ἢ ὄρῳρον ἀνθρώπον εἰς πάλιν ἀλεῖφας, η̄ νικήσαντα σεφανώσας. η̄ παιδίζεν μὲν ἐξετὴν ἀκδιδάξας, η̄ δικαιοσύνης εἰς ἀκρότατον ἀγαγὸν, ἀπττητον ἡ̄ φυλάξας, η̄ ἢ βελῶν ἢ ἀμαρτίας ἐλεύθερον, συγχωρήσας ἡ̄ ὅμως ὑπὸ θάνατον θρέψῃ. ἵνα δὲ ἀμέρτιας ἢ ἀδικίαν ἐλέγξῃ, η̄ ἢ Θανάτος καταλύσῃ τὸ ικράτῳ.

Εἰ δὲ ἢ ὑπὸ ἢ ἀμέρτιαν γεγνημένων ὁ Θάνατος Κητίμιον. ὁ ταῦτης ἀπιλλαχύνθω ταντάτασι, διλονότι ζωῆς ἀπολαύειν, ἀλλ' οὐ Θανάτος, δίκαιος ἢν τοινυ πτηθείσας ἢ ἀμέρτια, η̄ ἢ νικητὴν κατακρίναστα θανάτῳ, η̄ ἢ αὐτην ἔξενεκούσα η̄ ἢ νεκυπότος Λύφον, ἢ δεὶ η̄ οὐ η̄ πτωμένων ἔξεφερεν, ἀδικούστα ἔάλωμέρζη μὲν γὰρ σὖτὸν ὑπηκόες τῷ Θανάτῳ παρέπεμπεν, ὡς δίκαια ποιοῦσα σικεχωρεῖτο τοῦτο ποιεῖν ἐπειδὴ ἡ̄ ἢ ἀθῶν μη̄ ἀνείθυνον η̄ σεφάνων η̄ ἀναρρήσεων ἀξιοντοῖς αὐτοῖς θητικίμοις ὑπέβαλλεν, ἀγακάκιας λοιπὸν ὡς ἀδικθῷ ἢ ἔξουσίας ἀκβάλλεται. Καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγεν. \* τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ τόμῳ ἐν ἦν ἡσθένει διὰ δὲ σαρκὸς (1), ὁ Θεὸς ἢ ἱαυτοῦ νιὸν πέμψας, ἐν ὥμοιώματι σαρκὸς ἀμαρτίας, η̄ περὶ ἀμαρτίας κατέκεντε τὴν ἀμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ. ἵνα τὸ δικαιώματα τοῦ τόμου πληρωθῇ ἐν ἕπιν τοῖς μὴ η̄ σάρκα σπειπατοῦσιν, ἀλλὰ η̄ πενίμα.

\* Οἱ ἡ̄ λέγει, τοιοῦτο ἐσί σκοπὸς, φησίν, ἢν τῷ τόμῳ δικαιῶσαι ἢ φύσιν ἢ ἀνθρώπων ἀδύνατως ἡ̄ εἶχε τοῦτο ποιεῖν, οὐ παρὰ η̄ οἰκείᾳ ἀδύνεται. ἀλλὰ διὰ τὸ ἀκεντῶν ῥασάνων ἀπρέπειας ἡδὲ ἔχοντες περὶ η̄ σαρκὸς ἰδοντὶ, ἔφυγον μὲν τὸ τῷ τομίων ἐπίπονον. ἢ ἡ̄ η̄ σώματος προσεχώσεις ἀδυταθείαις διὰ τοῦτο, φησίν. ὁ τὸ δλῶν Θεὸς ἢ ἱαυτῷ πέμψας νιὸν ἐν ὥμοιώματι σαρκὸς ἀμαρτίας τούτεσιν ἀνθρώπων μὲν εύστι ἀμαρτίας ἡ̄ ἀπιλαγμένη. η̄ περὶ ἀμαρτίας, κατέκενε τὸ

\* Rom. VIII. 2.

(1) Confer quae hac super re dicit idem Cyrillus in expl. epist. ad Rom. ed. nostr. p. gr. 26, lat. 18.

άμρτιαν ἐν τῇ σαρκὶ, ἐλέγχας αὐτῆς τῷ  
ἀδικίᾳ, ὅτι τὸ ἀνεύθυνον καὶ ἀμρτίας ἐλέγ-  
θεον τοῖς τὸ ἀμρτωλῶν ὄπιτιμοις ὑπέ-  
βαλλεν· οὐχ' ἡναὶ τὸ δικαιόσην ὃν ἀνέλαβεν  
ἄνθρωπον, ταῦτα ἀποτίκεν, ἀλλὰ ἡναὶ,  
φησὶ, τὸ δικαίωμα τῷ νόμῳ ἀληρωθῆν ἐν  
ἥμιν τοῖς μὴ τῷ σάρκα φεύγατεσιν, ἀλλὰ  
τῷ πνεῦμα· ἐπὼν δὲ τὰς τὸ φύσιν τὸ ἀν-  
θρώπων τὸ σωτῆρος ἥμερον εὐεργεσία χαρεῖ.  
ὅτι καθάπτει τῷ προπάτορι· Αδάμ, καὶ τὸ  
ἀράς ἔκοινωντοσμόν, καὶ γεγόναμόν ἀπαν-  
τεῖς ὑπὸ τὸ θάνατον ὥσπερ ἔκεινος, ὥστα τὸ  
σωτῆρος Χριστὸς τὸν νίκην οἰκειούμεθα, καὶ  
ἡ δόξης συμμετέχομόν, καὶ τῆς βασιλείας  
συμπολαυσόμεθα. Καὶ τούτων μάρτιον ὁ  
μακάριος Παῦλος, τὸ τε παλαιῶν καὶ τὸ νέου  
ἀναμηνύσκων, καὶ δικινὸς τὸ προτέρων λόγιον  
σεμνημένω, τὸ σωτῆρος ἥμερον δικαιοσύνην.

IV. Ὡσεὶς τῷ τὸν Ἀδάμ θανάτῳ ἔκοινω-  
ντοσμόν, ὥστα καὶ τῇ τῷ κυρίῳ ζωῇ.

- \* Rom. V. 13. Εἰ γὰρ τῷ τὸν ἑνὸς, φοιτοῦ, φέρεται  
οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ  
χάρις τῷ Θεῷ, καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῷ τὸν  
ἑνὸς ἀνθρώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πολλοὺς  
ἐπεριστάσσεται. Καὶ μὴ βραχέα· \* ἄρχεται ἐν ἑνὶ<sup>1</sup>  
διὰ ἑνὸς φέρεται καταπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώ-  
πους τὸ καταπόμα, ἔτοις καὶ διὰ ἑνὸς δικαιώ-  
ματος δικαιώσις ζωῆς· ὥσπερ γὰρ διὰ τὸ  
φέρεται τὸν ἀνθρώπου ἀμρτωλὸν κατ-  
εσάθησαν οἱ πολλοί, ὥστα καὶ διὰ τὸ  
ἕνος δικαιοὶ κατασταθήσονται οἱ  
πολλοί. Ταῦτα καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους  
Ἐπιστολῇ σαφέστερον διδάσκει λέγων· \* ὥσπερ  
γὰρ ἐν τῷ Ἀδάμ πάντες ἀποθνήσκεσσιν, ἔτοις  
καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιοθήσονται·  
ἔτοις ἐν εὐδηλον, ὡς ἡμετέρα νίκη τὸ σωτῆρος  
ἥμερος ἡ νίκη· καὶ γὰρ ἡττα κοινὴ γέγονεν ἡ  
τὸ προπάτορος ἥμερον ἡττα· καὶ δεῖ καθάπτει  
ἔκεινων τὸν κοινωνίας (1) ἔκοινωντοσμόν,  
οὗτος ἥμας συμπολαῦσαι τὸ ἀγαθῶν τῷ  
ἔτοις ἥμερον μὲν ἀμαληφθέντι, ὥσπερ ἥμερον τὸ  
σεφαγωθέντι· διὸ καὶ ὁ Θεῖος ἀπέστολος ἔλε-  
γκε· \* ὅτι οὖς προέγνω καὶ προώρισε συμ-
- I. Cor. XV. 22. የπ.

carne peccatum, iniustitia eius coarguta,  
quia innocentem et peccato liberum pec-  
cantium poena adfecisset. Non autem id  
egit, ut quem suscepereat hominem iusti-  
ficaret, sed ut, inquit, legis iustificatio im-  
pleretur in nobis, qui non secundum car-  
nem ambulamus, sed secundum spiritum.  
Namque ad universam hominum naturam  
Servatoris nostri beneficium pertingit: ut  
sicuti progenitoris Adami maledictioni com-  
municavimus, et cuncti ut ille sub mortis  
iura devenimus, ita servatoris Christi et vi-  
ctoriam ceu nostram faciamus, et gloriam  
participemus, et regno congaudeamus. At-  
que horum testis est beatus Paulus, dum  
vetera simul et nova memorat, et priorum  
factam dissolutionem per Servatoris nostri  
iustitiam demonstrat.

XII. *Sicut Adami mortem participavimus,  
ita etiam Domini vitam.*

Nam si unius, inquit, lapsi multi sunt  
mortui, multo magis gratia Dei, et donum  
cum gratia unius hominis Iesu Christi in  
plures abundavit. Et paulo post. Itaque  
sicut per unius delictum in omnes homi-  
nes condemnatio, ita et per unius iusti-  
tiam iustificatio vitae. Sicut enim per in-  
obedientiam unius hominis peccatores con-  
stituti sunt multi, ita et per unius obedi-  
tionem iusti constituentur multi. Haec in  
epistola quoque ad Corinthios apertius do-  
cet dicens: sicut enim in Adamo omnes  
moriuntur, ita et in Christo omnes vivi-  
ficabuntur. Unde constat, victoriam nos-  
triam revera esse Servatoris nostri victo-  
riam. Nam et communis clades fuit, illa  
progenitoris nostri clades: oportetque si-  
cūt progenitoris contaminationem partici-  
pavimus, ita bonis nos simul perfri cum  
illo qui de nobis sumptus est, et pro no-  
bis coronatus. Quare et divus apostolus  
aiebat: quos praescivit et praedestinavit  
conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse

1) Ita cod. κοινωνίας, quae si lectio sana est nihilve deest, videtur idiotismus, uti est κοινός in sacris  
bibliis pro pollutus, profanus.

primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, hos et vocavit: et quos vocavit, hos et iustificavit: quos autem iustificavit, hos et glorificavit. Et alibi ait: si autem filii, utique et heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi; si tamen compatimur, ut et congloriscemur. Et alibi: si sustinuerimus, etiam conregnabimus. Pro universa ergo natura nostra Dei Verbum Deus inchoationem nostram suscepit, ut eam per omnem virtutem deducens, ad certamen provocaret adversarium, suum vero athletam invictum prae-staret: et hunc quidem coronaret, illius autem cladem proclamaret, et omnibus adversus illum audaciam augeret. Idecirco in sacris evangeliis modo aiebat: videbam Satanam sicut fulgor de caelo cadentem. Nunc vero: nisi quis in fortis domum intraverit, forteisque alligaverit, quomodo vasa eius diripiet? domum fortis dicens humanam naturam, ceu quae ad illum profugerit, et omnia ipsius mandata exsequi passa fuerit, servitiumque sibi sponte imposuerit. Et alibi quoque: confidite, inquit, ego vici mundum. Et alio loco: nunc iudicium est mundi, nunc mundi princeps eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad me ipsum. Et porro pergens, id ipsum clarus dicit:

### XIII. Quod commune erga homines beneficium fuerit Servatoris incarnatio.

De iudicio quidem, quia princeps mundi huius iam iudicatus est. Et rursus: venit mundi huius princeps, et in me non habet quicquam: namque omni criminis alienus, nulla diaboli semina habebat. Unde et hunc tyrannide deposituit, et foras eiecit, et illorum qui antea ei serviebant pedibus subiecit, adhortans dicensque: ecce ego dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici. Atque ut ipsam adversus diabolum luctam spectemus, ad evan-

μόρφας δὲ εἰκόνος τὸν οὐκ αὐτῷ. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· οὓς ἡ προώριση, τούτης καὶ σκάλεσε· καὶ ἔς σκάλεσε, τούτης καὶ ἐδικαίωσε· καὶ ἔς ἐδικαίωσε, τούτης καὶ ἐδόξασε. Καὶ ἐτέρωθεν λέγεται· \* εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι· κληρονόμοι μὲν θεοῦ, συγχληρονόμοι· ἡ Χριστοῦ· εἴς τεροῦ καὶ συμπάσχομεν. ἵνα καὶ συδοξασθῶμεν. Καὶ ἀλλαχθῇ· \* εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν. Τοπερὶ πάσης τοινύν δὲ ιμετέρας φύσιος ὁ πᾶς θεὸς λόγος τὸν ιμετέραν ἀπαρχὴν ἀνελάβετο, ἵνα διὰ πάσης αὐτῆς ἀρετῆς ἀλγάνων, εἰς πάλιν μὲν προφέτῃ τὸν ἀνταγωνιστὴν, δεῖξεν ὃ τὸ ἀθλητὴν αἵττητον· καὶ τούτον μὲν σφανώσῃ, σκείνας ὃ τὸ ἄπταν κηρύζῃ, καὶ καταθαρέσσιν αὐτῷ πάντας παρασκύψῃ· διὸ ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις ἐλέγεται· νῦν μὲν, εἰδὼν τὸ σατανᾶν ἴον ἀστραπὴν ἐπὶ τὸ οὐρανὸν πεσόντα· νῦν δὲ, ἐὰν μή τις εἰσέλθῃ εἰς τὸ οἰκίαν τὸν ισχυρὸν, καὶ τὸ ισχυρὸν δίσκον, πῶς τὰ σκεύη αὐτῷ διεφέπασι; οἰκίαν λέγων τὸ ισχυρόν τὸν ἀνθρώπειαν φύσιν, ὡς πρὸς ὅπεν τοῖς αὐτομολήσασαν, καὶ πᾶν τὸ κελεύσθεν ὑπὸ σκείνας ποιεῖν ἀράσχομέννην, καὶ αὐτούρετον δελείαν ἐπιστασμένην. Καὶ ἀλλαχθῇ· \* Θαρσεῖτε, φρονίν, ἐξανείκητα τὸν οὐρανόν. Καὶ ἐτέρωθεν· \* νῦν κείσθητε τὸ κέρμα τέττας, γῆν δὲ κέρχων τὸ κόσμος ἐκβιλθήσεται ἔξω καὶ γάρ· \* ἐὰν ἀπὸ δὲ γῆς ὑψωθῶ, πάντας ἰλκύσω πρὸς ἐμαυτόν· καὶ προίων ὃ τοῦτο λέγει σαφέστερον.

Ἔτι. \* Οτι κοινὸν τὸν ἀνθρώπουν εὐεργεσίαν τὸν σωτῆρόν τοιούτοις οἰκονομία.

Περὶ δὲ κρίσεως, δότι δὲ κέρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκενται· \* καὶ αὖθις \*, ἐρχεται δὲ τὸν κόσμον τούτην ἀρχῶν, καὶ ἐν ἔμοι οὐκέτι οὐδέποτε πάσης γάρ ἀπολλαγμένῳ αἰτίᾳ, οὐδὲν εἶχε τῷ τοῦ διεβόλεις σπερμάτων· διὸ καὶ τὸ τυραννεῖν κατέπαυσεν, καὶ ἐξέβαλεν ἔξω, καὶ ὑπὸ τοῦ πάλαι δουλεύοντων πατεῖθαι πεποίκη, παρεγγυῶν, καὶ λέγων \* ίδού διδωμι ὑμῖν ἔξεστιαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὸ δύναμιν τὸν ἔχθρον· ἵνα δέ καὶ αὐτὴν ἰδωμεν τὸ πέδον τὸ διάβολον πάλιν,

\* Rom. VIII. 17.

\* II. Tim. II. 12.

\* Luc. X. 18.

\* Matth. XII. 29.

\* Joh. XVI. 25.

\* Idem XIII. 31.

\* 22.

\* Idem XIV. 4.

\* Luc. X. 19.

ηλθωμόν ἐπὶ τῷ ισορίᾳν ὡρὲ εὐαγγελίων.  
 Ἀνήχθη ὑπὸ τὸ πνεύματος Ἰησοῦς εἰς τὸ  
 ἔρημον μὲν τὸ βάπτισμα πειρασθῆναι υπὸ  
 τὸ δέβολεν· ἀνήχθη ἐν συκῶντι οὐρανῷ τὸν λόγον  
 λόγου ληφθεὶς ταῦτα· οὐ γάρ τὸ Θεὸν λόγον  
 εἰς τὸν πρὸς τὸ διάβολον ταῦτα ἀπέν-  
 γαγε τὸ ανενέμα τὸ ἄγιον, ἀλλ’ ὃν ἐν τῇ  
 ἀπερθέντῳ διέσωσε τῷ Θεῷ λόγῳ ναόν·  
 ἀστρῷ διετέλεσεν ἡμέρας τεσσαράκοντα,  
 καὶ σύντας ἵσταριθμούς· οὐ γάρ ἡ θέλησην  
 ἀπέρβηνται τῷ πάλαι νεντσδικέτων τὸ μέ-  
 τρον, ἵνα μὴ φύῃ τὸ πρὸς αὐτὸν ὁ ἀντί-  
 παλῷ μάχην, ἵνα μὴ γνωσθήσεται τὸ κρι-  
 πτόρθιον, φύῃ τὸ πέδες τὸ φαινόρθιον πά-  
 λην· τούτα χάσεις μὲν τὸ προειρημένον ἀρά-  
 μον τὸ ημερῶν, τὸν ἀνθρωπεῖας φύσεως τὸ  
 πάθος ὑποφανεῖ, καὶ συγχωρεῖ τῇ πείνῃ  
 χώραν λαβεῖν, λαβεῖν ἐκείνην διὰ τὸ πεί-  
 νης διέλοις· οὐ γάρ προστελθεῖν ἐπόλμα, πολλὰ  
 περὶ αὐτὸν θεοπρεπῆ γινόμενα θεω-  
 ρῶν· καὶ γάρ ἄγγελοι τεχθέντος ἐχόρδου,  
 ἀνατάσιας ἀστῆς μάξις ἐσόδιμον εἰς προσ-  
 κύπτοντας ἔστιν αὐτῆς φάλαγγος κορυφαῖς,  
 καὶ αὐτὸν ἔνωρα πᾶσαν ἐπι παιδὸς μετίστητα  
 δικαιοσύνην, βδελυττόμενον κακίαν, μυ-  
 στατόμενον πονηρίαν· καὶ ταῦτα \* μὲν τὸν εἰς  
 αὐτὸν γερμανέννην περιέμοντιν ὑπὸ τὸ προ-  
 φῆτες <sup>1</sup>, θεὶς πρὶν ἡ γνῶναι αὐτὸν ἀγαθὸν  
 ἢ κακὸν, ἀπειθεῖς πονηρίᾳ τὸ ἐκλεξαծ τὸ  
 ἀγαθόν· ἐβόα ἡ τοῦ Ιωάννης· \* οὐδὲ ὁ ἀμύνων  
 τὸν Θεὸν ὁ αἴρων τὸ ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου·  
 πατὴρ ἄγνωθεν ἐμαρτύρησεν· \* οὐδὲ ἐστὶν ὁ  
 νιός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ πολὺ δόκησα· τοῦ  
 πνεύματος ἡ χάρις ἐφοίτησε· ταῦτα καὶ σοι  
 τοι αῦτα τὸ διάβολον καταπλήττοντα προσ-  
 ελθεῖν οὐκ εἴτα τῷ τῆς ἡμετέρας φύσεως  
 ἀθλητῷ· ὡς ἡ τὸ πείνης τὸ προσβολὴν ὑπε-  
 δέξατο, καὶ βοφῆς αὐτὸν εἶδεν ἀνθρωπίνης  
 δέομενον, καὶ καρτερεῖν περαιτέρω τῷ πυ-  
 λαιῶν ἀνθρώπων οὐ δυνάμενον προσέρχεται,  
 λαβεῖν οἰόμενος εὐρικέναι μεγίστην, καὶ  
 νικῆσσιν ἥξδιας πιστεύων

<sup>coit. ταῦτα.</sup>

<sup>Is. vii. 15.</sup>

<sup>Ioah. I. 20.</sup>

<sup>Matth. III. 17.</sup>

gelicam historiam veniamus. Ductus est a Spiritu in desertum Iesus post baptismum, ut tentaretur a diabolo. Ductum est autem non Dei Verbum, sed illud ex Davidis semine a Deo Verbo templum adsumptum. Non enim Deum Verbum ad luctandum cum diabolo abduxit Spiritus sanctus, sed illud inquam quod ex Virgine formaverat Deo Verbo templum. Perseveravit iejunus quadraginta diebus, totidemque noctibus. Non enim voluit eorum qui olim iejunaverant mensuram excedere, ne adversus se pugnam adversarius defugeret, ne inquam eo qui occultus erat agnito, luctari cum manifesto recusaret. Iulii rei causa, post praedictum dierum numerum, humanae naturae passionem patefecit, permisit fami aditum, fame videlicet ansam diabolo praebens. Non enim accedere debat, quia multa ab eo digna Deo facta observaverat. Namque et angeli eo nato tripudiaverant, et exortum sidus magos deduxerat ad adorationem, nempe eiusdem ordinis antesignanos, et ipsum viderat iam inde a pueritia omni iustitiae deditum, a nequitia abhorrentem, malitia osorem; atque haec secundum editum de eo a propheta vaticinum: quoniam priusquam cognoscat ipse bonum vel malum, non credit malitia, ut eligat quod bonum est (1). Clamat quoque Iohannes: ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Pater desuper testabatur: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Gratia denique Spiritus sancti supervenit. Haec et eiusmodi alia diabolum terrefacientia, non sinebant accedere ad nostrae naturae athletam. Sed postquam is famis accessum admisit, ipsumque vidi humani nutrimenti indigum, neque ultra antiquorum hominum terminum durare valentem, tunc accessit, an-sam existimans se cepisse maximam, faciemque credens victoriam relaturum.

(1) Ita se habet græcus textus tum in bibliis tum apud Cyrillum; atque ita apud Sabaterium interpretantur SS. Ambrosius atque Fulgentius; neque ab ludit Ireneus qui tamen pro non credet, scribit non consentiet. Vulgatus autem interpres differt, quia hebraicum textum sectatur.

XIV. Quomodo diabolum debellaverit  
Christus dominus.

Ac quemadmodum in proeliis cum quis vult aliquem cataphractum telo appetere, totum oculis circumtetur, eminus observans, nudum aliquod membrum explorans, ut illuc sagittam dirigens adversarium vulneret; sic diabolus omni iustitia Christum videns armatum, situmque idoneum scrutans ad quem telum dirigeret, ut emergentem vidi famem, audacter accedit ceu re quaesita potitus, quia ipsam progenitoris passionem in eo reprehenderat. Namque et illum esca oblata felici vita spoliaverat, et sudori, acerumnae, ac morti implicuerat. Ergo ita dicens accedit: si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Certe id non fecisset, nisi famis passionem Servator admisisset. Quam rem ex iis quae postea evenerunt quilibet manifeste cognoscet. Siquidem statim ac victus in lucta fuit, expertusque didicit, hunc esse quem prophetae omnes praedixerant, ne aspectum quidem eius accidentis ferre ausus est, sed illico aufugit, nunc clamans: quid nobis et tibi, fili Dei? cur venisti ante tempus torquere nos? Nunc autem: novi quod filius Dei sis; adiuro te, ne me torqueas. Adeo illum timebat, iudicemque fastebatur! Tunc autem ante experientiam, haud talibus verbis utebatur, sed confidenter accedebat dicens: dic ut lapides isti panes fiant. Nam supernam, inquit, vocem audivi, filium te vocitantem; ignoro autem, donec experientiam magistrum natus fuero. Factis mihi persuade, qui appellaris, eum te esse revera. Nam si hoc didicero, fugiam, evadam, quominus tecum collucter deprecabor. Etenim quantum inter nos duos intersit, scio. Demonstrare ergo prodigium, tuamque miracula patrandi efficaciam; doce me prodigii auctorem; dic ut lapides isti panes fiant.

Ergo his auditis, celat deitatem Christus, humanaeque naturae more loquitur:

ιδ'. Τίνι ζόπφρ κατηγωνίσατο ὁ διάβολον  
ο δειπέτης Χριστός.

Καὶ καθάπερ ἐν τοῖς πολέμοις ὥ<sup>¶</sup>  
πανταχόθεν τῇ πανοπλίᾳ κεκαλυμμένον,  
κατατίξενσαι τίς ἔθλων, ὅλον τοῖς ὄφθαλ-  
μοῖς πελσικοπῶν, πέρρωθεν ἔχεινῶν, μέλος  
γεινυμωμένον ὀπίζητῶν, ἵνα τὸ βέλος ἕκει  
ρίψῃς ὁ ἀντίπαλον πλήξῃ, οὐτως ὁ διάβο-  
λος πάσι δικαιοσύνῃ τὸ Χριστὸν καθωπλι-  
σμένον ὄρῶν, καὶ τόπον ζητῶν ἀγμόδιον, ἵνα  
τὸ βέλος ἕκει ἀκοντίσῃ, ὡς εἰδὲ τὸ πείναν  
ἀναφανέσσαν, προσέρχεται θαυμαλέως ὡς  
εὔρον τὸ ζητούμενον, ὡς τὸ προπάτορος ἐν  
αὐτῷ θεωρήσας τὸ πάθος: καὶ γὰρ ἕκεῖνον διὰ  
βρώσεως σερήνας ἢ ἀνύπη ζωῆς, ἰδρῶτι  
καὶ ταλαιπωρίᾳ καὶ θανάτῳ συνέβελε: προσ-  
έρχεται τοίνυν λέγων: \* εἰ νίος εἴ τὸ Θεός,  
εἰπέ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται: οὐκ  
ἄν ἡ τέτο πεπίκκεν, εἰ μὴ τὸ πάθος ὃ  
πείνης ὁ σωτῆρ κατεδέξατο. καὶ τέτο μάθοι  
τίς ἡ τοῦτο ταῦτα σαφῶς ὡς γὰρ ἡττή θη-  
παλαίσας, καὶ διὰ τὸ πείρας ἔμαθεν, ὅτι αὐ-  
τός δέντι ὃν οἱ προηῆται προεκήγνυαν ἀπαν-  
τεῖς, οὐδὲ τὸ Θέαν αὐτοῦ προσιόντα Θέαν  
ετόλμησεν, ἀλλ' εὐθὺς ἐδραπέτεύσεν,  
νῦν μὲν βωῶν \*, τί πηριν καὶ σοὶ νιὲ τὸ θεός;  
τί ἥλθες πρὸ καιροῦ βιτανίσαι πῆκες; νῦν  
οὖτε, οἶδα σε τίς εἴ διος τὸ Θεός, ὀρκίζω  
σε μή με βασανίσῃς: \* οὐτως ἐδεδοίκη, καὶ  
κριτὴν ἀμολόγει τότε ἀρδε τὸν πείρας οὐ  
τοιούτοις ἔκχριτο ἔρμασιν, ἀλλὰ θαύρων  
προσήγει λέγων εἰπέ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρ-  
τοι γένωνται: οὐ μὲν γὰρ ἄνωθεν ἐλθόντις  
φωνῆς πῆκεσα, φοισι, τοῦτο σε καλεσάστης,  
ἀπιστῶ γέ τοις ἀν λάβω πᾶν πέραν διδά-  
σκαλον πεῖσόν με· διὰ τὸ πραγμάτων, ὡς  
οἱ κέκλησται, ἀλλιθῶς ὑπάρχεις: ἀν γὰρ τε-  
το μάθω, φεύχομαι, καὶ δραπετεύσω, καὶ  
τὸ πρόσθ σε τὸ διδάσκαλόν σου γάρ  
ὅσον ἔμου καὶ σοῦ τὸ διάφορον δείξον τοί-  
νυν τὸ Θάύμα καὶ τὸ θαυματηργύιαν, διδά-  
ξον τὸ Φαύματα ποιητήν. εἰπὲ ἵνα οἱ  
λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.

Τούτων ἀκούσας κρύπτη μὲν τὸ θεότη-  
τα, ἐκ δὲ τοῦ ἀνθερωπείας διχλέεσται φύσεως.

\* Matth. IV. 3.

\* Idem VIII. 29.

\* Luc. VIII. 28

οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ, λέγων, ζήσοται ἀνθρώπος, ἀλλ' ἐν παντὶ ρύματι διὰ σόματος ἐκπορφυρένῳ Θεοῦ· δύναμαι, εἰποίν, ἀνδρὶ ἄρτῳ ζαφῆναι· οὐ μόνον ἡδὲ ἄρτοις ἡ τὸ ἀνθρώπων συγκορτεῖται ζωὴ, ἀλλὰ ρύμα Θεῖς ἀρκεῖ πάσαν τὸ ἀνθρώπων σύζητρόνται τὸν φύσιν· οὐτως ὁ ἴστραπλιτικὸς διετράφη λαὸς, τεσαράκοντα ἔτη συλλέων τὸ μάνναν, καὶ θήρας ἀπολαύων ὀργίθων πεπεδηρέντης βαλῇ θεῶν· καὶ Ἡλίας κόρακας ἐισιάτος ἐσχε· καὶ Ἐλισαῖος ἀργείοις λαχάνοις τετελεσθεὶς διέθρεψε· τῇ τοι μὲ δεῖ τὰ παλαιὰ καταλέγειν; Ἰωάννης δέξεται ὁ ἑναρχος ἐν τῷ Ἱερόδαμῃ βαττίζων, πάσαν τε τὴν ἡλικίαν ἐν τῇ ἐρήμῳ διετελέσας, ἀκρίσις ζέφεται, καὶ μετιτὸν ἀγέων παρπάν· οὐδὲν τοινυν ἀπωνικός, καὶ ἡμέρας ἀπὸ Θεοῦ ζενη ἐστιαθῆναι ζοφῆς, καὶ ἄρτε μὴ δειθῆναι.

Τούτων ἀκούσας ὁ διάβολος ἥλυπος μὲν ὡς ἡπτιθεῖς, οὖν ἀπηγόρευσε δὲ τὸν νύκλο, ἀκούσας ὡς ἀνθρώπῳ εἴπο· Μὴ δεδέτεραν αὐτῷ καὶ τρίτῳ αὐθίσις αἴρεται προσάγε, πῆ μὲν λέγων, εἰ νίδις εἰ τὸ θεῖον, βάλε σεαυτὸν ἀναθεγ κάτω· πῆ μὲ τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης ὑποδικευνές, καὶ ταῦτας ἀντιδόσειν ὑπισχνούρθρος, εἰ πρότερον παρ' αὐτοῦ πώ προσκύνησιν λάβοις· ἡς ἡ πάλιν αὐτὸν τῷ παλαιῶν νομίμων ἀδέμηντες, γέρεαπται λέγων, κύριον τὸ θεόν τους προσκυνήσας, καὶ αὐτῷ μόνῳ λαζεύσας, καὶ ἐδίδαξεν ὅτι οὐκ ἀνέξεται ἐπέρωτιν τὸ θεῖον γέρας προσενεγκεῖν, καὶ ἐπέρωτον δὲ ιπομέμνησε ρήμάτων τοῦ Θεοῦ καὶ διδαγμάτων διαγορδόντων μὴ πειράζειν τὸ τῷ δλων Θεόν, ὁ μὲν ἀπέδρα τὸ ἡπτην τὸν αἰσχύνειν τῷ φέρων, καὶ δειλῶν, καὶ τρέμων, καὶ τῆς τυραννίδος ἐκβληθήσεσθαι προσδοκῶν· πάντα γάρ αὐτοῦ κενώσας τὰ βέλη, καὶ τάσσας αὐτοῦ τῆς ἀπάτης τὰς πάλιν προσενεκὼν, ἀγέωτον εὗρε, ἢ ἀπῆττον τὸ ἀθλητήν· ἡς ὡς τῷ Ἀδὰμ προσελθών, οὐχ' εὗρεν ὃν προσεδόκησεν· ἄγγελοι δὲ τῷ νικητῇ προσιόντες οἱ πόρρωθεν ἐνόρων τὸν πάλεον. καθάπέρ τινες ἵραται διπλίνουν, ἐχέρδον, εὐφέρμεν ἀθλητὴν, ἐτεφάρουν, ἀρκήσυττον, ἐχε-

non ex solo pane vivit homo, sed ex omni verbo quod procedit de ore Dei. Possum, inquit, sine pane nutriti. Neque enim panibus tantum vita hominum sustentatur, sed Dei verbum sufficit universae hominum alendae naturae. Sic israheliticus pastus fuit populus, quadraginta annis manna colligens, et avium venatu fruens quae Dei voluntate irretilabantur. Item Elias corvos altores habuit; Elisaeus autem agresti olere sodales suos nutritivit. Sed cur vetera enumero? Iohannes qui nuper apud Iordanem baptizabat, omnemque aetatem in deserto transegit, locustis alitur et apum silvestrium fructu. Haud ergo incredibile est, nos quoque insolito a Deo cibo nutriti, et pane non indigere.

Haec audiens diabolus, victum quidem doluit; sed tamen eum intelligens hominem esse, de victoria non desperavit. Propterea secundam illi tertiamque admovevit tentationem; modo dicens: si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. Modo regna mundi ostendens, eaque se daturum promittens, si se prius adorasset. Sed ubi Christus illi prisa dicta in mentem revocavit, scriptum est, inquiens, dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies; admonuitque, numquam se commissurum ut cuivis alii divinum obsequium offerret; atque alia insuper Dei effata ac praecepta commemoravit, quea universalem Deum tentare vetabant; ille quidem fugiebat, ignominiam cladis non ferens, timens tremensque, et se tyrannide depulsumiri expectans. Nam quum tela omnia insumpsisset, cunctasque fraudis luctas ipsi admoveisset, invulnerabilem invictumque athletam esse cognovit. Etenim quum eum Adami instar fuisset adgressus, non qualem expectabat, comperit. Porro angeli ad viatores accedentes, qui eminus ante laetam spectaverant, ceu quidam amatores iam ministrabant, choream agebant, athletam magnificabant, coronabant, praedica-

bant, gratulabantur conservorum hominum libertati, adversarii cladem spectantes gaudebant.

XV. *Nisi Christus mentem quoque adsumpsisset, nihil nostrum interesset victoria de diabolo. Contra Apollinarem.*

ἥς καταδιώκοντος ἔτις ἐξ Ἰσραὴλ ὁμοίως τοῖς ἴδιοις ὑπασπισταῖς τοῦ δὲ Αἴγυπτίων ἀξέρχοντος γῆς, εἶτα μέλλοντος συμπλέκεσθαι τὸν μάχην αὐτοῖς, ἵστι ἄγγελος θεοῦ ἀνὰ μέσον τοῦ παρεμβολῆς τῆς οἰκίας Ἰσραὴλ, τῇ ἀνὰ μέσον τῆς Αἴγυπτίων, καὶ οὐ συνέμεναν ἀλλήλοις ὅλην τὴν οἰκίαν· ἕστι τοίνυν τὸ ἀσεικὸς οὐδὲν, κακήθαδε νοεῖν τὸ προεικότα τὸ συναθωγῆς ἄγγελον, ἀνατεῖγαι ὑπὲρ αὐτῆς τὰς ικετήριας· εἰ δὲ τοις λέσοις τῷ οὐρανῷ εἰναι τὴν γηπάνον, ἔχοι ἀνὴρ τῷ τοῦτο τοῖς καθίπαντοι λοιποῖς οὐκ ἀσεικότα λόγον· παρακλητος γὰρ ἡρῷος ἐστι πρὸς τὸ πατέρα, ἀλαζόριον τε τῷ γεωργῷ τὴν ἡμετέρων ψυχὴν· καὶ γοῦν αὐτὸς ἐφη περὶ ἑαυτοῦ· \* ἀξῆλθεν ὁ απείρων τὸν πετεῖσθαι τὸν αὐτὸν ἀδικήσῃ τὸ τοῦτο εἰς δόξαν οὐδὲν τῷ οὐρανῷ, τὸ ἀθεκαιῶδε φυματίζει τὸ γυπόνα τὸ πρόσωπον· εὐρίσκεται γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ πατήρ τοῦτο λαβὼν, μῶμον οὐδένα ταύτης ἔνεκα δὲ αἰτίας ὑπομένας πώποτε· ἐφη γὰρ ὁ οὐρανὸς τοῖς ἀγίοις ἀποστόλοις· \* ἐγὼν εἰμι δὲ ἀμπελος ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ πατήρ μα, ὁ βεαργός δέτι· ἀρεσταστα γὰρ τῷ προκαμμένων Θεωρημάτων ὅτι δέ τοις καὶ τῷ λόγῳ γίνεται διεκβολή.

\* Matth. XIII. 3.

\* Ioh. XV. 5.

A. f. 189. b.

\* Luc. III. 9.

\* Ose. X. 1.

\* Hier. XI. 16.

\* Zach. XI. 1.

que scribitur, quod persequente Israhelitas cum suis clypeatis dominatore terrae Aegyptiorum, iamque proelium cum illis conserturo, constitutus angelus Dei, medius inter castra Israhelitarum atque Aegyptiorum, atque ita non sunt invicem commixti tota nocte. Nullatenus est ergo incongruum heic quoque cogitare, custodem synagogae angelum preces pro ipsa obtulisse. Quod si quis dicat ipsum Filium, personam agricolae gerere, ne haec quidem sententia idoneo ratiocinio carebit. Est enim pro nobis advocatus apud patrem, propitiator atque agricola animarum nostrarum. Nam et ipse de semet dixit: exiit qui seminat seminare semen suum. Neque hoc ullam Filii maiestati iniuriam faciet, quod nempe agricultae personam induat. Nam et ipsum Patrem formam hanc adsumpsisse compemus, nullam propterea huius rei causa passum vituperationem. Dixit enim sanctis apostolis Filius: ego sum vitis, vos palmites, Pater meus agricola est. Unicuique enim dictorum sensum quadrare interdum hic sermo potest.

Quod autem Israhel repudium denique passurus foret, propter multam suam sterilitatem, innuit aliquando etiam beatus Baptista dicens: iam securis ad radicem arborum posita est, et reliqua. Videtur ergo fculneae comparare Iudeorum synagogam, quandoquidem et aliis illam comparant arboribus sacrae litterae, viti nimirum oleae et saltibus. Ecce enim propheta Hieremias modo de ipsa, id est membris eius, ait: vitiis frondosa Israhel. Modo rursum ad ipsam: oleam pulchram, specie umbrosa, vocavit Dominus nomen tuum. Tempore putationis eius accensus est ignis adversus eam: magna clades eius, inutiles facti sunt palmites ipsius. Alius vero propheta Libano monti eam comparans sic ait: aperi Libane fores tuas, et comedat ignis cedros tuas. Revera enim consumptus fuit

(1) Im o hoc primo loco Oseas est, non Hieremias.

igne saltus Hierusalem, id est eius populus. Quamobrem sumitur, ut dixi, ad synagogae Iudeorum, sive filiorum Israhelis, imaginem, ea quae in hac parabola proposita fuit siculinea. Venit autem, pergit dicere scriptura, quaerens fructum, et non invenit. Et quidem ter venit, primo per Moysem et Aaronom; iterum Iosuae filii Navi et mox Iudicum aetate; tertio post istos, temporis tractu illo quo extiterunt beati prophetae usque ad Iohannem Baptistam. His temporibus infructuosus Israhel fuit. Nam quod adtinet ad Dei patris beneplacitum, simulque filii, minime acceptus erat utpote typicus et umbratilis cultus, infructuosus omnino quod ad spiritalem adtinet bonum odorem. Quapropter et reiectus est. Atque hoc nos docebit dicens ipse Servator caelesti patri Deo: sacrificium et oblationem noluisti, holocausta pro peccatis non tibi placuere. Et Isaiae ore: quis enim exquisivit haec de manibus vestris? calcare aulam meam non pergetis. Si adferetis similam, vanus est suffitus, abomination mihi est. Porro quod Deus odit atque abominatur, quomodo existimabitur animae fructus intellectualis et spiritualis, et ipsi acceptus?

Ecce mulier quae habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo (1).

Intererat autem synagogae mulier iam duodecim annis morbo curvata. Non mediocriter hoc quoque prodest sensatis; oportet enim nos quicquid utile est, undique colligere. Possumus enim hinc cognoscere, potestatem saepe Satanam accipere adversus aliquos, peccatores videlicet, et qui ad religionis cultum segnes se praebuerunt. Quos autem corripuerit, hos tradit corporalibus interdum morbis utpote carnifex et crudelis. Dat autem illi providentissime hanc facultatem omnitem Deus, ut calamitatis pondere impulsi, ad

πάντας γὰρ ὡς ὑπὸ πυρὸς, δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις δρυμὸς, τούτεσιν δὲ αὐτὴν δῆμος οὐκοῦν εἰς εἰκόνα δέχεται καὶ Ἱερουλίων συναγωγῆς, ὡς ἔφη, πηγὴ τὸ σῆστον Ἰσραὴλ, τὸ ἐν τῇ ὁδῷ βολῆ λεγομένην συκῆν ἥλθε δέ φοις ζητῶν καρπὸν, καὶ οὐχὶ εὑρεῖ τοῦτο ζήτον ἥλθε τὸ πρῶτον, διὰ Μωϋσέως καὶ Ἀαξών· δεύτερον, καθ' ὃν ἦν Ἰησοῦς ὁ τὸ Ναῦν, καὶ μετ' αὐτὸν οἱ κριταὶ ζήτοντες μὲν τούτους, καθ' ὃν γεγόνασιν οἱ μακάριοι προφῆται μέχεις Ιωάννης τὸ βαπτιστοῦ· ἐν τούτοις γένεται τοῖς καιροῖς ἀκαρπὸς ὁ Ἰσραὴλ· ὅσον γὰρ ἔκει εἰς τὸ ἀγαθὸν Θελματὸν Θεοῦ καὶ πατέρος, δῆλον τοῦτο καὶ τὸ νιοῦ, ἀπαρδέκτος ἦν ὡς ἐν σκιάσι καὶ τύποις λαζέα, ἀκαρπὸς παντελῶς τὸ γε ἕκοντα εἰς πνευματικὴν εὐοσμίαν· γέμονεν οὖν καὶ ἀπόβλητῷ· καὶ τοῦτο διδάξῃ λέγων αὐτὸς ὁ σωτὴρ πρὸς τὸν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα καὶ θεόν· \*θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἔβεβλεται, ὅλοκαυτώματα καὶ περὶ ἀκρίτιας, οὐκ εὐδόκησας· καὶ διὰ Ἡσαΐα· \*τίς γέδεξε οὐτούσε ταῦτα ἐπὶ τὴν χαρᾶν ὑμῶν· πατεῖν τὸν αὐλόν με οὐ προσθέσθε· ἐὰν φέρετε σημίδαιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυμά μοι εἰσίν· δὲ δὲ μισεῖ καὶ βδελύεται Θεός, τῶν ἀντονθείν καρπὸς εἶναι ψυχῆς νοτὸς καὶ πνευματικὸς καὶ εὐπαράκτεντός αὐτῷ;

· Ιδού γυνὴ ἡν̄ πνεύμα ἔχουσα ἀσθενείας;  
· ἐτη δύκα καὶ ὄντα.

· ps. XXXIX. 7.

· ls. 1. 12.

· Ήν ἡ ἐν τῇ συναγωγῇ γυνὴ ὀκτωκαΐδεκα ἔτη τὸ σῆστον ἀσθενείας συγκόπτεται· ὀνίηντον οὐ μεζήνως ὅστε εὖ φρονοῦντας, Καὶ τοῦτο δεῖ γὰρ ἡμᾶς πανταχόθεν τὸ γέρσιμον ἐρανίζεσθαι· ἔξειται δὲ οὖν τὸν εὐτεῦθεν ιδεῖν, ὅτι δέχεται πολλάκις τὴν κατά τινας ἔξοσταν διστανάς, πλημμελούντων δηλοντί, καὶ τοῖς εὐσέβειαν σωδασμάτων ἀνθηρημένων τὸ ἡράθυμον· οὐδὲ δ' ἀν λάβοι, τοιούτους ἐνίσιν ἀρρωστήμασιν, ἵσθι δὲ τοις αὐτοῖς κολαστὴς ὑπάρχων καὶ ἀπνής· δίδωσι τοῦτο καρπὸν αὐτῷ πρὸς τὸν οἰκονομικότατα λίαν δὲ παντεπόπτης θεός, ἵνα τῷ καὶ δυωράγιας

· v. II.

· A. f. 190.

· B. f. 133.

(1) Ante hunc textum in catena lat. D. Thomae sic. «Cyrillus. Ad expugnationem autem corruptiōnis et mortis, et invidiae diaboli contra nos, prodiit incarnatio Verbi; et hoc apparet ex ipsis eventibus; sequitur enim: et ecce mulier quae etc.»

βάρος κατηχθισμένοις, μεταφοιτῶν ἔλοιντο πρὸς τὰ βελτίων καὶ γέννον δοσφύτατος Παῦλος\*, ἐν Κορίνθῳ τινὰ διδαχθεβλημένον ἐπὶ πορνεῖα, ὡρδοῦντος τῷ σατανᾷ εἰς ὅλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ ανεῦμα σωθῆσθαι οὐκοῦν ἢ συλκευχυῖα γυνὴ τοῦτο λέγεται παθεῖν ἐξ ἀγριότερου διεβολικῆς. Τοιούτοις, καθάπερ ἔφην, παρερωρμένη παρὰ Θεοῦ δι’ οἰκεῖα πταίσματα, ἢ γοῦν τῷ καθ’ ὅλα λέσσῳ καὶ γυνικῷ ὕδριτιος γάρ τοις ἀνθρώπινοις σώματα πλὴν ὄντων τὸ ἀνθρώπων ἐν τούτοις, οὐ περιειδεν ἡμᾶς ἀγαθῶς ὅν φύσης Θεός, μακρὰ δὲ καὶ ἀφύκτῳ κεκολασμένης νόσῳ σὺν κάμηνοντας, καὶ ἀπήλλατε τὸ δεσμόθη, λυτικὴν τὸ ἀνθρωπίνων παθῶν ἀποφαίνων εὖ μάλα τὸ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ παρησταν τὲ καὶ ἀνάδεξιν αὐτοῦ ἀφίκετο γὰρ ἐκμορφώσων τὰ καθ’ ἡμᾶς πρᾶς τὸ ἐν ἀρχαῖς ὁ γὰρ θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησε, τῷ τὸ γειτονεύοντος\* σὺνδε τέρατεται ἐστὶ ἀπωλείᾳ ζώντων ἔκπισε γάρ εἰς τὸ εἶγαν τὰ πάντα. καὶ σωτῆροι αἱ γένεσις τὸ κόσμου, καὶ οὐκ ἐστιν ἐν αὐτοῖς φάρμακον ὀλέθρου. φθόνωρ δὲ διεβόλος, θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸ κόσμον.

\* Sap. I. 13. v. 12. f. 150. b.  
— Επ’ ἀναζοπῆ θανάτῳ καὶ φθορᾷς καὶ φθόνῳ τὸ καθ’ οὐρῷ γεγονότος παρὰ τὸ πονηρὸν καὶ ἀρχεκάνεις δράκοντος, ἢ τὸ λόγον γέγονε σάρκωσις, πήγε ἐντυρρηπτώς καὶ τοῦτο σαφῶς ἦμιν, δι’ αὐτῶν ἀπφαίνεται τὸ πραγμάτων ἥλθετερον τούτων τὸ Ἀβραάμ θυτάτερα, δὲ οὗτω μακρᾶς ἀρρώστιας, ὅπωντῶν τε καὶ λέσσων γύναι, ἀπολέλυσται δὲ ἀσθενείας συθεοπεπεσάτη λίαν ἡ φωνὴ, ἐξεσίας γέμεσσα δὲ ἀνωτάτων νεύματος γάρ βασιλικῷ τὸν σον ἐλαύνει· προσεπιτίθησι δὲ καὶ χείρας αὐτῇ· καὶ ἀνωρέθων φυσὶς ὁροχειρίμα· ἐξεσιδὴν οὖν καρυτεῦθεν ιδεῖν, ὅτι τὸ τέλον δύναμιν τε καὶ ἐνέργειαν ἡ ἀγία πεφόρηκε σάρξ· ιδίᾳ γάρ οὖν αὐτῷ, καὶ οὐχ ἐτέρας τινὸς παραποτόντος· οὐδὲν τὸ τιστὸν ἀνοτιώτατα δοκοῦν (1).

meliora transgredi velint. Quare et sapientissimus Paulus hominem quemdam Corinthi de fornicatione accusatum, tradidit Satanam in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret. Ergo gibbosa mulier id dicitur passa a saevitia diaboli; vel, ut dixi, ita Deo permittente ob eius peccata; vel etiam generali aliqua ratione et communi. Ceteroqui causa esse solet morborum humanis corporibus maleficus Satanam: namque illam quoque transgressionem in Adamo, structam ab eo dicimus, ex qua in infirmitatem atque corruptelam corpora hominum deciderunt. Verumtamen quum ita homines se haberent, haud nos languentes neglexit bonus suapte natura Deus, longo videlicet et insanibili percussos morbo, sed his vinculis absolvit, suo in hunc mundum adventu et ostensione, commodissimam humanis malis medicinam faciens. Venit enim ut naturam nostram in antiquam formam reponeret. Nam Deus mortem non fecit, uti scriptum est; neque viventium interitu laetatur, quia cuncta ut permanerent creavit. Sana quippe fuere mundi principia, neque iis exitii venenum ineral; sed invidia diaboli mors in mundum introiit. — Ob destruendam mortem, corruptelam, et improbi malorumque auctoris serpentis invidiam, Verbi facta est incarnatio sive humanatio; idque nobis manifeste factis ipsis appetet. Liberavit itaque Abrahae filiam tam diulina infirmitate, elata voce inclamans: mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Convenientissima Deo vox, supernaque potentia plena! nam regali nutu morbum proterret. Manus quoque ei imponit; illa autem, inquit scriptura, confestim erecta est. Ergo hinc quoque cognoscere licet, Dei virtute atque efficacia sanctam carnem fuisse praeditam. Erat enim caro ipsius Verbi propria, et non alterius ab eo diversi separatiue et distincti filii, sicuti nonnulli irreligiosissime censent.

(1) Contra Nestorianos haec dici, manifestum est.

Respondens autem atclisynagogus, indignans quia sabbato curasset Iesus etc.

Atqui cur non magis oportebat mirari Christum, qui ea ligatura filiam Abrahæ liberaverat? Vidisti hanc praeter omnium expectationem morbo resolutam. Haud vidiſti orantem medicum, neque ut precum fructum ab alio accipientem infirmae salvationem, sed potestativum opus facientem. Quum sis archisynagogus, profecto nosti Moysis historiam: nosti hunc saepissime orasse, nihilque omnino propria virtute effecisse. Nam et quum leprosa facta esset Maria, propterea quod leve quid dixerat improbandi causa, et quidem vere; uxorem enim, ait, aethiopissam duxit; non tamen Moyses illo morbo potentior fuit, sed Deo supplicans ait: rogo te, Deus, ut illam sanitati restituas. Neque idcirco, eo licet supplicante, remissa est Mariae peccati poena. Unusquisque vero propheta, quicquid omnino operaretur, cum Dei virtute id egisse conspicitur. Nunc mecum animadverte servatorem omnium Christum, haud preces fundere, sed suae virtuti efficaciam operis attribuere, dum voce sanat manusque contactu. Nam quum et dominus sit et Deus, aequipollentem sibi, ad morborum depulsionem, propriam carnem demonstrat. Oportuisset itaque hinc demum mysterii, quod in eo latebat, vim cognoscere. Si ergo ingeniosus fuisset archisynagogus, intellexisset utique quis quantumque esset Servator, tam insperato prodigo edito; neque more vulgi locutus esset; neque sanantibus exprobasset legis transgressionem, id est otiani in sabbato statutam traditionem. Atqui sanare aliquem, inquis, opera est. Sed quisnam laedi legem putet, si forte Deus etiam sabbato misericors fuerit? Cuinam praecepit otiani in sabbato, sibi ne potius an tibi? Si ipsi sibi, ne ergo res nostras sabbato regat: cessen solis cursus, pluviae non decidunt, stent aquarum fontes et fluminum perennium fluxus, ventorumque opportunitates.

'Αποκριθεὶς δὲ ὁ ἀρχισυνάγος, ἐγνωκτὸν ὅτι τῷ σαββάτῳ θέσπατεσσιν ὁ Ἰησοῦς κ. τ. λ.

v. 14.

Καὶ τοι πῶς οὐκ ἔδι μᾶλλον Θαυμάσαι Χριστὸν ἀπολύσαντα τῇ δεσμῷ τῷ Ἀβραὰμ Θυγατέρᾳ; εἶδες αὐτὸν ωἱδαδόξιος τὸ πάθος ἀπιλλαγμένων οὐκ εἶδες εὐχόμενον τὸ ιαζόν, οὐχ' ὡς ἀίτημα παῖς ἑτέρου λαβόντα τῆς καμνούστης τῷ ιασίν, ἀλλὰ ἔχεσσις ἥργον ἀστελέσαντα ἀρχισυνάγογῳ ἄν, τὰ Μωϋσέως οἰσθά που γεάμματα εἶδες αὐτὸν εὐχόμενον πλειστοῦ, ηγέλιας δυνάμεως οὐδὲν ἐνεργήσαντα παντελῶς· οὐ γοῦν λεπραθείσης ἡ Μαρία· \* διὰ τὸ εἰπεῖν τί μόνον κατ' αὐτοῦ ἐν καταγνώσεως μέρῳ, ηγ τοῦτο ἀληθές· γυναικα γάρ, φυσι, αἰθίσιασαν ἔλαβεν ἐχυτῷ· οὐ γέγονε κρέίττων τὸ κακοῦ, προσέπιπτε δὲ μᾶλλον τῷ Θεῷ λέγων ὁ Θεὸς, δέομαί σε, ιασαί αὐτήν· η ὥρας οὐδὲν ἀκτεύοντος συνεχωρίθη αὐτῇ ὁ ἀνθράκιας τὸ κηπίμιον· η ἔκασθαι ἦ τὸ ἀγίων προφητῶν, εἴ τους τί ηγένετον δλως, οὐ δυνάμει Θεοῦ τοῦτο ποιῆσας ὁράται· ἐταῦθα δὲ μοι βλέψε (¶) τὴν δλων σωτῆρα Χριστὸν, οὐκ εὐχὴν ἀνατείνειδη, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῷ δυνάμει ἀνατεθειότα τὸ πράγματος τῷ κατόρθωσιν, φωτὴν Θεαπίνογα, η καρὸς ἀρῆ κύριος γάρ ἄν η Θεὸς, ισοδυναμοῦσαν ἑαυτῷ, πρός γε τὸ δύναμθυ φημὶ νοσημάτων ἐλέθεροῦν, τῷ ιδίᾳν ἀπέφνει σάρκα· ἔδι ἦ οὖν ἐντεῦθεν συνεῖναι λοιπὸν τὸ κατ' αὐτὸν μυστηρίον τὸ δύναμιν· οὐκοῦν εἰπέρ τις ἦν ἀγχίνεις ὁ ἀρχισυνάγογος, ἐνένοσεν ἄν τις τε ηγ ὅσος ἐσὶν ὁ σωτὴρ, εἰς τὸ οὔτω ωἱδαδόξη Θεοσημείας, η μὴ ταυτὰ λέγειν τοῖς ὄχλοις, μὴ ἦ τοῖς Θεραποδομένοις ἐγκαλεῖν τὸ νόμον τῷ λόσιν, τὸ τὸ σάββατον ἀργίας τὸ παράδοσιν· ἐργάσαθαι γάρ δλως ἐσὶ τὸ θεραπεύειδες· ἀδικεῖται ηγ νόρος, θεοῦ κατοικτέρονται καὶ ἐν ἡμέρᾳ σαββάτου; τίνι προστίταχεν ἀργεῖν ἐν σαββάτῳ; ἑαυτῷ μᾶλλον, η σοι; εἰ μὲν οὖν ἑαυτῷ, μὴ διοικείτω τὰ καθ' ημάς ἐν σαββάτῳ ἀργεῖτω ηγ ὁ τὸ ἡλίας δρόμος, μὴ πιστέτωσαν οὗτοι, σήτωσαν αἱ τὸ ὕδατων πηγαὶ, η ποταμοὶ

A. f. 190. b.

\* Nov. XII. 10.

B. f. 134.

ἀεννών φοραι, καὶ ἀνέμων χεισται· εἰ δέ σοι προσέταχεν ἀργεῖν, μὴ ἐγκάλι τεῷ, τὸ ἥ γε ἐν σαββάτῳ διδόγαι τισι μετ' ἔξυσίας τὸ ἔλεον· διὰ τὸ ἥ διλας καὶ ἀργεῖν ἐκέλεσεν ἐν σαββάτῳ; ἵνα, φησί, ἀναπαύσονται ὁ παις σα, καὶ ὁ βοῦς σα, καὶ τὸ ὑποζύγιον σα, καὶ πᾶν κτήνος σας ὅταν οὖν ἀναπαύσῃ τινάς, νοσημάτων αὐτῶν ἀνέσει, εἴτα τοῦτο κωνῆς αὐτὸς, ἔλυτας ἐναργῶς τὸν τῷ σαββάτῳ νόμον, οὐκ ἔων ἀναπαύσθη ἐν ἀλγήμασιν ὅντας καὶ γένοις, οὐς ἕδησεν δ σατανᾶς.

A. f. 191. b.

'Αλλ' ὁ τὸν ἄχαρίστου συναγωγῆς ἀρχισυνάγωγος, ἐπειδὴ εἶδε τὸ τὰ μέλη δειμένην γυναικαν, καὶ ὅρθοποδεῖν μὴ δυναμένην, ἀλλ' εἰς γῆν καὶ ἐπὶ γαστέρα συνεύουσαν, ὑπὸ Χριστοῦ ἡλεμένην, καὶ ἀργή μόνη τέλεον ἀνορθῶσθείσαν, καὶ τὰ τοῖς ἀνθρώποις οἰκείαν πορείαν ἐν ὅρθιᾳ τῷ σχήματι ὁδεύουσαν, καὶ ὑπὲρ τούτου Θεὸν μεγαλύνουσαν, ἀχθεταὶ τῇ ταύτῃ λύσαι, καὶ ἐπὶ τῇ δόξῃ τοῦ κυρίου πυρπολούμενος, δεσμεῖται τῷ φόνῳ· καὶ ἐπιχεάζει τῷ θαύματι, καὶ ξύριον ἀφεις οὐδέγχοντα τὸ τούτου ὑπόκρισιν, τοῖς ὅχλοις ὅπτημά· ὡς δέξαι διὰ διὰ σάββατον ἀγανακτεῖ· ἵνα πεισθῇ ἐν ταῖς ἀλλασσήμεραις διεσκορπισμένοις, καὶ τὸ ἔργασταις σχολάζοντας, μὴ ἥ ἐν σαββάτῳ θεατὰς εἶναι καὶ θαυμαστὰς τῷ τοῦ κυρίου τερατηρηγμάτων, μὴ ποτε καὶ πιστεύσωσιν· ἀλλ' εἰπὲ ἡμῖν, ὡς βασκανίας ἀνδράωδον, ὁσαῖον ἔργον ὁ νόμος ἀκώλυτον, ὁ εἰπών σοι, ἀπὸ παντὸς ἔργου χειροκυήτης ἀποσκόπη τῇ ἡμέρᾳ τὸ σαββάτον; ἀρά τὸ διὰ σάματος καὶ διὰ λόγον; παῦσαι γοῦν ἐσθίων, καὶ πίνων, καὶ ὄμιλῶν, καὶ ἀλλῶν ἐν σαββάτῳ· καὶ εἰ μὴ ταῦτα πράτεις, μὴ ἥ τὸ νόμον ἀναγνύσκεις, ἵνα τί σοι καὶ τὸ σάββατον; ἀλλὰ τὸ διὰ χειρῶν καὶ ποιῶν διὰ χειρῶν ἔργον, τὸ φωνὴν γυναικαν ἀνορθώσαι; εἰ δὲ ὅτι ἔργων ἥ γυνὴ τεθεράπωται τοῦτο ἔργασταιν καλεῖς, ἔργον ἔργαζη καὶ σὺ τὸ θεραπείαν μεροφόρμορος· ἀλλ' εἰπε, φησί, ἀπολέλυσαι τὸ σαββάτον, καὶ ἀπολέλυται τί δέ; οὐ καὶ σύ λύεις τὸ ζῆντον ἐν σαββάτῳ; οὐ τῷ ποδῶν

Sin tibi potius otiali mandavit, nè Deum incuses, quod sabbato quoque nonnullis, pro potestate sua, misericordiam impertitus sit. Cur vero demum otiali iussit sabbato? Nempe, inquit, ut requiescat servus tuus, et bos tuus, et iumentum tuum, et quodlibet pecus tuum. Cum ergo is aliquibus requiem tribuit, morbis eos liberans, tu vero id prohibes, manifeste legem sabbati violas, dum non sinis eos requiescere, qui doloribus morbisque vexantur, et quos Satanas alligavit.

Sed ingratae synagogae princeps, postquam vidit mulierem iam pridem membris impeditam, neque pedibus consistere valentem, sed humi et in ventrem curvam, nunc demum a Christo misericordiam adeptam, et unico tactu perfecte sanatam, et consueto hominibus incessu, figura erecta, ambulante, ideoque Deum magnificantem; synagogae inquam princeps moleste fert hanc sanitatem, et Domini gloriae irascens, invidia corripitur, calumniantur miraculum, omissione Domino qui eius hypocrismi coartatur erat, turbas obiurgat, ut videatur sabbati gratia stomachare: re tamen vera, ut suadeat hominibus, qui diebus aliis dispersi negotiis propriis vacabant, quominus ne sabbato quidem spectatores fiant et admiratores Domini miraculorum, atque ita ad fidem aliquando accendant. Sed age dic nobis, o livoris mancipium, quodnam operis genus lex tibi vertuit, quae ait: omni opere manuali die sabbati abstinebis? Num oris opus aut sermonis intelligit? A comedendo igitur cessa, et a bibendo, sermocinando, atque etiam psallendo in sabbato. Quod si hoc non facis, neque legis lectioni vacas, cur tibi sabbatum? At opus manuale vetitum dicas. Quale vero est manuale opus, mulieris vocali iussu erectio? Quod si, quia revera mulier sanata fuit, ea res a te appellatur opus, tu quoque opus facis dum hanc reprehendis sanationem. Atqui ais, dixit ille: dimissa esto ab infirmitate, et dimissa est.

Quid porro? Nonne et tu zonam solvis sabbato? nonne pedum calceamenta exuis? nonne lectum sternis? nonne manum edulciis inquinatam abstergis? Cur ergo huic uni vocabulo « dimissa esto » irasceris? Quodnam vero opus et ipsa mulier post illa verba egit? Num fabrile, aut lignarium, aut murarium tractavit? Num istac ipsa die telam aut licium attigit? At erecta est, inquit: prorsus autem in operibus reputatur sanatio. Verum enimvero tu haud propter sabbatum reapse irasceris, sed quia Christum cernis honore adfici et tamquam Deum adorari, furis, angeris, et invidia tabescis: et aliud quidem corde celas, aliud simulias et praetexis. Quare egregie a Domino argueris, qui stultas tuas cogitationes intropiscit, et tibi congruas lucras appellations, hypocrita audiens, simulator, atque subdolus.

Hypocrita, unusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum? etc. Hanc autem filiam Abrahae etc.

Tu miraris, inquit, illum qui Abrahac solvit filiam; simulque bovi et asino quietem indulges, laboribus eos liberans et potatum ducens: nunc homine mirabiliter incolumi, Deoque benigne se gerente, ambos obiurgas uti transgressores, hunc quia sanavit, illam quia morbo liberata fuit. — Specta mihi archisynagogum, quomodo vilior sit apud illum iumento homo, si quidem bovem atque asinum sabbato cura dignatur, curvam autem mulierem non vult, Christo invidens, infirmitate liberari, neque naturalem recuperare figuram. — Sed synagogae lividus princeps erectam a Domino mulierem, quadrupedis potius instar deorsum repere solebat, quam proprium hominum recipere habitum: modo Christus non magnificaretur, neque Deus actibus suis demonstraretur. Coarguit ergo archisynagogus hypocrita, qui bruta quidem animalia sabbato ad aquam deducere paratus erat, mulierem vero, non magis genere quam sive Abrahac filiam, haud

έσκλειε τὸ ὑπόδημα; οὐ θ̄ σέωρινὴ σέωρυνεις; οὐ θ̄ χεῖρα ἀποσμήχεις ὑπώπταν ἐν ἐδέσμασι; πῶς οὖν ἐφ' ἐνὶ μόνῳ λόγῳ τῷ ἀποκέλυσαι ἀγανάκτεις; ὅποιον ἡ Θ̄ ἔργον ή γυνὴ μῇ Ἀλλό λόγον εἰργάσασθα; ἀξά γε χαλκευτικῆς, ἢ τεκτονικῆς, ἢ οἰκοδομικῆς ἐφίστατο; ἄρα ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ὑφαντικῆς ή ἵερικης ἐργον μετεχεισθατο; ἀλλ' ἀνωθέσθη, φησί· ἔργον γὰρ ὅλως ἐσὶ τὸ θεραπεύεισθαι ἀλλὰ γάρ οὐ διὰ τὸ σάββατον ἀλλθῶς ἀγανάκτεις, ἀλλὰ θ̄ Χριστὸν βλέπων τιμώμενον καὶ ὡς θεὸν προσκυνούμενον, μαίνη καὶ ἀποτνίγῃ, καὶ τῇ βασικανίᾳ κατατάκη· μὴ ἔτερα μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ ἐδομούχας, ἀλλον ἡ σκόπτη μὴ προφασίζῃ. Ἐθει μὴ χαρίεσσατα ὑπὸ θ̄ κυρίου τὸ εἰδότος οὖσα ματάκις σὺ διλογισμοὺς ἐλέγχῃ μὴ τὰ ἀρμέδεσάν σοι δέχῃ προσηγορίαν, ὑποκριτῆς ἀκούσας καὶ εἴρων μὴ θύουλο.

Τύποκριτα, ἔκστος ὑμῶν τῷ σαββάτῳ εὐ λύει τὸν βοῦν

ἀντοῦ· κ. τ. λ. Ταῦτην δὲ Συγκέτερα

Ἀβραάμ οὔσαν κ. τ. λ.

v. 15. 16.

A. f. 192.  
\* cod. ou pro sc.

Σὺ \* θαυμάζεις γάρ φησι θ̄ λύσαντα τὸ Αβραάμ θυγατέρας ἀλλὰ βοῦν μὲν μὴ ὅνον ἀναπαύεις, καμάτων αὐτῶν ἀνεὶς μὴ ἀποφέρων ἐφ' ὑδωρ· σωζομένης ἡ θεῖα πατοκτείρατος, ἀμφοτέροις ἐπιτιμᾶς ὡς θεῖαν πομπασι, τῷ μὲν ὅτι τεθράπευκε, τῷ δὲ ὅτι τὸ νοσεῖν ἀσπηλάττετο. — Θέα μοι τὸ ἀρχισυνάγωγον, ἥπιας ἀτιμότερος αὐτῷ τῷ κτήνεις ἐστὶν ὁ ἄνθεωπος, εἴ τε βέβη μὴ ὅνον ἐν σαββάτῳ προνοίας ἀξιοῦ· τὸ δὲ συμκεκυψίαν γυναικα οὐ βούλεται βασκαίνων Χριστῷ ἀπαλλαγῆναι τὸ ἀσθενεῖας, ξέδε τὸ κατάληπτον ἀπολαβεῖν σχῆμα. — Ἀλλ' ὁ τῆς συναγωγῆς ἀρχων ὁ βάσκανος ἐβούλετο τὸ ἀντροφθωθεῖσαν γυναικα, καὶ τὰ τεξάποδα μᾶλλον κατω κενυθέναι, ἢ τὸ οἰκεῖον ἀνθρώποις ἀπολαβεῖν σχῆμα· μόνον ήτα μὴ Χριστὸς μεγαλύνηται, μὴ δὲ θεὸς εἶναι υπὸ τὸ πράγματων κιρύττηται· ἐλέγχεται μέν τοι ὁ ἀρχισυνάγωγος ὑποκριτῆς ὃν, εἴ γε τὰ μὲν ἀλοσαζῶν ἐν σαββάτῳ ἐπὶ τὸ ὑδωρ ἀπάγοι, τὸ δὲ γυναικα, τὸ οὐ μᾶλλον δια-

A. f. 192.

A. f. 192.

τὸ γένος ἔσον διὰ τὸ πίστιν Αθροῖαμεν σύσσων Θυγατέρα, οὐκ ἀξιοῦ λυθῆναι τὸ δεσμοῦ τὸ ἀσθενεῖας ἀλλὰ τὸ ἐλευθερίαν τὸ νόσον, παράβοσιν κρίνεται σαβεῖάτε.

v. 17.

A. f. 192.

Κατησχόνοντο πάντες οἱ ἀντιπειρίμενοι αὐτῷ.  
Κατησχόνοντο μὲν οἱ διερθαμένες τὰς κρήσεις ἐφέροντες· οἱ τῷ ἀκροσονιαλῷ προσκόποντες, καὶ διὰ τοῦτο συνθλάμψουσι· οἱ τῷ ιατρῷ ἀνθεστηκότες· οἱ τῷ σοφῷ κεραμεῖ τὸ τέλος ἀσθενεῖας τῶν σκευῶν ἐπαγόρθωσιν ποιεμένῳ ἀτίτιταστοντες· καὶ οὐδὲ μία αὐτοῖς ἀπόκρισις ὑπέχειτο· ἀλλὰ τὸ σαν αὐτοὶ ἔστοις ἐλεγχος ἀνατίτριπτος, θησομιζόμενοι καὶ ἀποροῦντες ὅ τι ἄρα καὶ φθέγξονται· οὔτως αὐτῶν ἀπέρραψε τὸ Θρασύ σόμα ὃ κύριοι· οἱ δὲ ὄχλοι, οἷα ὠφελούμενοι ὃ τῷ σημείων, ἔχαιρον τὸ γάρ ἔνδοξον τὸ ἔργων καὶ στεφανεῖς ἔλεις πᾶσαν ζήτησον καὶ ἀμφιβολίαν τοῖς μὴ κακοήθεος ζητοῦσιν.

v. 19.

A. f. 193.

Ἐψύχεις τὸ παράδεισμα, ἡ τὸν ἀνικάνων ἔχον εἰς παράστασιν τὸ συμβεβούτων, ἡ γεγονομένων ἐπὶ τῷ θείῳ τέ τῷ ιερῷ κηρύκρατι, φημὶ δὲ τῷ εὐαγγελικῷ, ὃ δὲ καὶ βασιλεῖαν ὄνομαζε τὸ θεοῦ· δι’ αὐτοῦ λαζ κερδαίνομεν τὸ συμβασιλεῦσαν Χριστῷ· καὶ ἦν μὲν ἐν ἀρχαῖς παρ’ ὅλησις ηὐ συνεσταλμένον, ἐπλατύτην δὲ καὶ διέδραμε μῆτρα τοῖς πάγατα τὰ ἔθνη· ἐλατήν μὲν γένος καὶ μόνιον τὸ Ιεδαιόν, εὑνή καὶ εὐαριθμητοὶ παντελῶν γεγόναντον οἱ μακάρειοι μαθηταὶ· ἀπειθίσαντος δὲ τὸ Ιεροῦλα, τοῖς ὑγίοις ἀποσβόλοις ἐνετέλετο λέσσων· πορευθεντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὰ ἔξης· ὥστε οὖν τὸ στέρημα τὸ σινάπεως, τὸ μὲν ἐτέρων λαχανῶν πτερυμάτων ἤτταται λίαν εἰς τὸ ἐν μεγάθει ποσόν, ἀνίσχει γε μήτρα εἰς ὑψός, λαχανοπρεπεῖαν ἐπέκεντα μέτρα, ὥστε καὶ σχεδιών ἐναύλιτη μαργαρίτη πολλῶν, οὕτω καὶ ἡ βασιλεία τῷ οὐρανῷ, τούτης τὸ γέον τε τὸ Ιερὸν καὶ σωτήριον κύριυμα, δι’ οὗ πρὸς πᾶν διτοῦν τὸ ἀρίστων ἀνδραγαθημάτων πεποδηγήμεθα, καὶ φύσις τε καὶ ὅληθῶς ὄντα θεὸν ἐινώκαμψη, ὡς παρ’ ὅλησις μὲν ἦν ἀρχαῖς, καὶ οἶον θραχὴν καὶ σωεσταλμένον, προσθέπηκε δὲ τοτε πρὸς αὐξησιν· ὥστε καὶ εἰς σκίπων

aequum censebat infirmitatis vinculo solvi; sed liberationem a morbo, transgressionem esse legis iudicabat.

Eribubcebant omnes adversarii eū.

Pudebat eos qui corrupta mentis iudicia gerebant; qui in angularem lapidem impegerant, ideoque confracti fuerant; qui medico adversabantur; qui sapienti figulo fracta vasa instauranti resistebant: nec ullum eis responsum supererat, sed ipsi sibi irrefutabiles accusatores erant, muli effeci prius, et quid iam loquerentur ignari. Adeo audax illorum os oppilaverat Dominus! Turbae autem, miraculorum utilitatem expertae, gestiebant. Namque operum fama et gloria, quaestionem omnem et ambiguitatem haud malitiose inquirentibus dissoluebat.

Simile est (regnum Dei) grano simapis.

Pulchra similitudo, neque non idonea ad demonstrandum ea quae accidebant, id est quae in divina sacrae evangelii prædicatione siebant, quam etiam regnum Dei appellat; etenim per evangelium lucramur, ut una cum Christo aliquando regnemus. Et Dei quidem regnum ad paucos olim redactum, dilatum postea est, atque ad cunctas gentes propagatum. Prius enim in sola Iudea prædicatum fuit, ubi etiam pauci valde extiterunt beati discipuli. Verumtamen non credente Israhèle, sanctis apostolis mandavit dicens: euntes docete omnes gentes, et reliqua. Sicut ergo simapis semen, ceteris olerum seminibus valde minus est ad molem quod adinet, alte tamen consurgit, ultra cuiusvis oleris mensuram, ita ut passerculorum multorum habitaculum fiat; ita etiam caelorum regnum, id est nova et sacra ac salutaris prædictatio, per quam ad optimum quodvis opus deducimur, et eum qui suapte natura vereque Deus est cognovimus; etsi apud paucos initio erat, et breve veluti atque contractum, deinde in amplitudinem excrevit, ita ut receptui sit confugientibus illuc, qui

passerculis etiam comparantur, quia nimirum res nostrae Deo comparatae exigui valde moduli sunt. Data fait quidem Israhelis filiis per Moysem lex: sed quia impossibile erat, propter haerentem illic umbram materialemque cultum, salvare mundi incolas; necessario deinde evangelica Servatoris exorta est praedicatio, atque universo orbe diffusa.

Id nobis aenigmatico modo mosaice significant litterae, quae ita se habent. Dixitque Dominus Moysi: « fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare possis multitudinem, quando movenda sunt castra. Et infra. Filii autem Aaronis sacerdotes clangent tubis; eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. » Nempe ut hinc intelligas et legis paedagogatum, et perfectionem in Christo per evangelicam vitam, et magisterium quod umbram figurasque excedit. Tuba ergo lex est, pariterque evangelica quoque Servatoris praedicatio. Sic enim huius meminit etiam Isaia propheta dicens: « et erit die illa, tuba magna clangent. » Grandis reapse insonuit tuba per sanctos apostolos, haud sane priorem legem destruens, sed una secum complectens. Nam hi lege atque prophetis confirmant semper Christi doctrinam, dum ipsorum priscis testimonii utuntur. Duae sunt igitur tubae, et quidem argenteae ductilesque: ita ut argentum laetitiam significet, splendidus enim Dei sermo est: ductilis autem natura eiusdem innuat, fore ut dilatetur ac longius provehantur sacrae divinaeque tubae, id est nova simul et vetus doctrina. Re etenim vera semper quodammodo proficit, id quod dilatatur, lateque et longe protenditur. Futurum autem erat ut utraque doctrina excresceret, Christo apparente; vetus quidem lex in spiritalem sensum excrevit; evangelica autem praedicatio, sua per universum orbem dilatatione. Verumtamen sacerdotibus dabat lex tubarum usum, ob regendum populum; Christus autem ut se pree-

χρέως τοῖς προσιθίσιν αὐτῷ, οὓς δὴ καὶ σῆμα-  
τοις παραπατέον, θεῷ γὰρ τὰ καθ' ημᾶς  
ἐν ὁλίσιοι κομιδῇ μέζοις εἰσιν· ἐδόθη μὲν γῳ  
τοῖς ἔξι ισραὴλ ὁ διά Μωϋσέως νόμος ὅπῃ  
δὲ ἦν ἀνέφικτον διὰ τὸν αὐτῷ σκιᾶς, καὶ  
σωματικῶς λαβεῖται, διέσωθῆναι δύναται  
εὖτε ἐπὶ τὸν γῆν, λοιπὸν ἀγαπητώς τὸν εὐαγ-  
γελικὸν καὶ σωτήριον ἀνέψυκτον κείγυμα, τοῦτο  
ὅλης ἀκτέτατον ἐπ' οὐρανόν.

Τούτῳ ἡμῖν αἰνηματωδῶς τὸ μωσαϊ-  
κὸν ἐσπέμπει χρέμματα ἔχει δὲ οὔτως. \* καὶ  
ἔλαλησε κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων· τοῖν-  
τον σεαυτῷ μόνῳ σάλπιγγας ἐλατάς, ἀρνητᾶς  
ποιήσαις αὐτάς, καὶ ἐσονταί σοι διακαλέειν τὸ  
συναγωγὴν, καὶ ἐξάρσειν τὰς παρεμβολάς. καὶ  
μὴ ἔτερος καὶ οἱ νεῖοι Ἀαρὼν οἱ ἵερεῖς σαλ-  
πισθεῖσι τὸ σάλπιγγον· καὶ ἔσαι ὑμῖν νόμιμοι  
αιώνιοι εἰς τὰς θρεύσεις υἱοῖς· ἵνα ἐντεῦθεν ἀν-  
τοῖης καὶ τὸν νόμον παιδαγωγίαν, καὶ τελείωσιν  
τὸ διά Χριστοῦ διὰ πολιτείας εὐαγγελικῆς καὶ  
μυσταγωγίας τὸν ὑπὲρθε σκιὰν καὶ τύπους σάλ-  
πιγγὸν ὃ οὖν ὁ νόμος ὁ μοίως ἡ καὶ τὸ εὐαγγε-  
λικὸν καὶ σωτήριον κείγυμα· οὕτω γῳ αὐτοῦ  
διέμενηνοντας καὶ διέρχεταις·

A. f. 193. b.  
\* Num. X. 1.  
seqq.

\*. καὶ ἔσαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ὥστε σκέψην, σαλ-  
πισθεῖσι τὴν σάλπιγγι τῇ μετάλῃ·, μετάλη γῳ  
ὄντως ἀνεφώνησε σάλπιγξ, ἢ διά τε ἀγίων  
ἀποστόλων, οὓς ἀλειφοῦσα τὸ πρώτῳ, συν-  
ειδεῖχομέν τοις αὐτοῖς· διὰ γῳ νόμος καὶ προ-  
φητῶν, ἐμπεδοῦσιν δέοντες ἐπὶ Χεισθώ λόρον,  
μητρυρίας χρώμοις τὸ ἀρχαιοτεραῖς· οὐκέτι  
δύο μὲν αἱ σάλπιγγες, ἀρμυραι ἡ γῳ ἐλατά-  
τη μὲν ἀργύρεις κατασημαίνοντος τὸ φαιδρό-  
τητα, λαμπτρὸς λάρνακος τὸν ὄπαδα θεεῖς λόρον·  
τὸ δέ μὲν ἐλάσματος ὑποφεύγοντος, διτί προ-  
βλοσταῖς καὶ προκόβυσιν αἱ ἵεραι τε καὶ θεῖαι  
σάλπιγγες, ἤγνη τὸ νέον τε καὶ ἀρχαῖον κεί-  
γυμα· προκόπτει γὰρ δέοντες πάσι τὸ ἐλαυνό-  
μον, καὶ εἰς ἔρθος τε καὶ μῆκος ἀπτείνεται·  
ἐμβλόμοντες προκόπτειν, ἐπιλάμψαντος τοῦ Χει-  
σθώ, ὃ μὲν παλαιὸς νόμος, εἰς θεωρίαν πνευ-  
ματικόν τοῦτο κατευρυνθήσεσθαι τὸ εὐαγγελικὸν, εἰς  
τὸ πᾶσιν κατευρυνθήσεσθαι τὸν νόμος ἐδίδει τὸ χρῆναι  
τὸν τοῖς ἱερεῦσιν ὁ νόμος ἐδίδει τὸ χρῆναι  
τὸ σάλπιγγον διεπάττειν εὖτε λαούς· δεδοτά  
γῳ παρὰ Χριστῷ τὸ διακηρύγγειον αὐτὸν καὶ τὰ

Is. XXVII. 13.

αὐτῆς θεσπίσματα, τοῖς ἐνέργειαῖς, δηλοῖς ὅτι τοῖς ἀγίοις ἀπόστολοις ὅτι ἡ ἔμβλεμα εἰς αὐξησιν ὑπερεσ ἀναπτύδηι, βραχὺς ὃν ἐν ἀρχαῖς ἐναγγελικῶν κηρυγμάτων ὁ λόγος, ἀταλαίπωρος ἰδεῖν, προπορευότος θεᾶς διὰ φωνῆς Ἡσαΐας περὶ αὐτῆς. \*

\* Amos V. 21. “ὅτι ἐνεπλήσθη ἡ σύμπασα ἦν ἄνθραι τὸν κύριον, ὃς ὑδωρ πολὺ κατακαίνει τὸν θαλάσσαν·,, θαλάσσας γὰρ δίκεια ἐκπέχεται πανταχοῦ τὸ σωτήριον κηρυγμα, ἢ πανσθετιστάτων ἔχει ἡ ἐμβολίν. καὶ τοῦτο πάλιν ἡμῖν διαταρεῖ λέσχην ὃ τὸν θεόν, διὰ προ-

φυτὰ φωνῆς. \* καὶ κυλισθίστεται ὃς ὑδωρ, κηρύκαια ἡ δικαιοσύνη, ὃς κηρύάρχεις ἀβάτος,, κηρύκαια μὲν γὰρ ἡ Κύρη, πλὴν τὸ παντὸς φυράματος ἀμελητοῦ καταδράττεται, καὶ πάντα ἴδιαν αὐτῷ ποιότητα καταρίσῃ γοργῶς· τοιοῦτόν τι καὶ ἡ ἡμῖν ὁ θεῖος ἐγγάζεται λόγος· γεγονὼς γὰρ ἐν ἡμῖν, ἀγίας καὶ ἀμώματος ἀποτογεῖ· καὶ εἰς νῦν καὶ καρδίαν εἰσδεδυκάς, πνεύματικοὺς ἀποφαίνεται· ἦν ὡς ὁ Παῦλος

Οὐραὶ ἐπὶ τὸν κ. τ. λ.

\* A. f. 196. b. B. f. 196. b. Ὁ αὐτὸς δὲ ἐν γένει λόγος, καὶ περὶ τὴν Κύρην ὡς Θεοῦ· οὐδὲν μικρὰ μὲν γὰρ ἡ Κύρη, πλὴν τὸ παντὸς φυράματος ἀμελητοῦ καταδράττεται, καὶ πάντα ἴδιαν αὐτῷ ποιότητα καταρίσῃ γοργῶς· τοιοῦτόν τι καὶ ἡ ἡμῖν ὁ θεῖος ἐγγάζεται λόγος· γεγονὼς γὰρ ἐν ἡμῖν, ἀγίας καὶ ἀμώματος ἀποτογεῖ· καὶ εἰς νῦν καὶ καρδίαν εἰσδεδυκάς, πνεύματικοὺς ἀποφαίνεται· ἦν ὡς ὁ Παῦλος

dicarent doctrinamque suam, novae praedicationis sacerdotibus, id est sanctis apostolis, attribuit. Quod vero incrementum quodammodo esset capturus, qui initio exiguus erat sermo evangelicus, facile est cognoscere, Deo per Isaiam sic praenuntiante: « repleta est universa terra scientia Domini, sicut aquae maris operientes. » Enimvero maris instar quoqueversus salutaris praedicatio effunditur, et validissimam facit impressionem. Atque hoc rursus declarat nobis prophetae ore universalis Deus: « et volvetur quasi aqua iudicium, et iustitia quasi torrens intransibilis. » Nam iudicium atque iustitiam nominat evangelicam praedicationem; quam sic per orbem volvendam adfirmabat, ceu aquam atque torrentem, cuius impetum violenter decurrentem nemo potest infringere.

Simile est fermento etc.

Simili modo dicendum est de fermento quod cum regno Dei comparatur. Etenim tenue sane fermentum est, nihil tamen minus universam sine mora massam corripit, suamque vivaciter qualitatem immiscet. Huiusmodi quid in nobis quoque divinus operatur sermo: namque ad nos delatus, sanctos inculpabilesque efficit; et in mentem et cor receptus, spiritales ostendit; ut, quod ait Paulus, universus spiritus noster et corpus et anima sine querela servetur in die domini Iesu Christi. Nam quod in mentes nostras divinus influat sermo, patefaciet his verbis universalis Deus per unum de prophetis: « ecce dies veniunt, dicit Dominus, et complebo super dominum Israhel, et super dominum Iudee novum foedus, tradens leges meas mentibus illorum, et in eorumdem cordibus scribens. » In mentem igitur atque cor, intellectuale divinumque fermentum recipiamus; ut per tam sacram sanctamque rem spiritualiter azymi inveniamur. Etenim in mentem repens evangelici magisterii vis vivifica, animam simul et corpus in suam velut qualitatem convertit.

\* I. Thess. V. 23. διὰ ἡμέραις ἐγχορταῖ, λέσχη κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸ οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸ οἶκον Ἰσάβεα διέθετον καὶ οὐνταν, διδοὺς νέμεις με, εἰς τὰς διζενοίας αὐτῶν ἐπιτηρήσω αὐτούς·,, οὐκέτι εἰς νῦν καὶ καρδίαν, τὸν οὐτὸν καὶ θείαν δεκάμεθα Κύρην, ἵνα διὰ τὸ οὖτον σεπτῆς καὶ ἀγίας Κύρης ὅλυμοι νοτῶν εὐρισκώμεθα· εἰσδύνεσθαι γὰρ εἰς νῦν καὶ εναγγελικῆς παιδεύσεως ἡ ζωτοίος ἀέργεια, Φυχήν τε καὶ σῶμα καὶ τονεῦμα πρὸς τὰς ἴδιαν κατερ ποιότητα μεταστοιχεῖοι.

\* Hier. XXXI. 31. 33.

Ait autem illi quidam: Domine, num pauci sunt qui salvantur? Ipse autem dixit ad illos: contendite intrare per angustam portam etc.

(1) Videtur quodammodo responsio extra scopum interrogantis excurrere. Ille enim sciscitus fuerat, num pauci salvarentur; hic autem rationem qua possent iustificari exponit dicens: contendite intrare per angustam portam. Quid ergo heic dicimus? Solebat universalis Servator interrogantibus respondere, haud omnino prout ipsis libebat, sed spectare potius quid audientibus utile foret ac necessarium. Id vero potissimum agebat, cum aliquis supervacanea atque inutilia cognoscere avebat. Cur enim opus erat velle rescire, utrum multi an pauci sint qui salvantur? Quae-nam hinc utilitas audientibus obveniebat? Verum enimvero necessarium erat et utile cognoscere viam potius qua quispiam ad salutem pergeret. Prudenter itaque vanam interrogationem silentio transmittit, verba autem sua ad necessarium rem convertit; videlicet ad docendum quid facto opus esset ut per angustam arctamque ianuam intremus. Hoc ipsum et alibi monuerat dicens: intrate per angustam portam; nam lata spatiosaque via est quae ducit ad perditionem, multique per eam intrant: angusta vero et arcta via est quae ad vitam dicit, et pauci sunt qui inveniunt illam. Nam volentibus pervenire, necessaria in primis est recta fides; deinde inculpata vi-ta, quantum humana iustitia esse potest. Sic enim aliquando David etiam propheta Deum his verbis precabatur: iudica me, Domine, secundum iustitiam meam. Ve-rum tamen ii qui sancte vivere volunt, haud queunt sine Deo vocante id agere. Semper enim aspera et ardua, multisque haud gra-dibilis, quae ducit ad virtutem via est. Fa-cile vero introibit per angustam portam,

λέγει τοις οὐρανοῖς... Καὶ αἱ στέριμαι· ὅτι  
εἰπε πόδες αὐτοῦ διατίσαται λόγος θεοῦ  
νῦν πυλης κ. τ. λ.

A. I. 105. D.  
B. I. 122.  
D. I. 55.

Δοκεῖ πως ἡ ἀπέκρισις, ἔξω φέρεσθαι σκοτωτοῦ ἐξωτήσατος· ὁ μὲν Γάρ οὕτις μαθεῖν, εἰ δὲ λίγοι οἱ σωζόμενοι· ὁ δὲ ἐδύνα-θει δικαιωθῆναι Εἰβον ὅξηγειτο, λέγων· ἀγωνίζεσθε εἰς αἰθένι διὰ τὸ σενῆς πύλης· τί οὖν ἄρα πρὸς τόπο φαμέν; εἴθος δὲν τῷ πάντων σωτῆρι Χειστῷ, τοῖς ἑρωτῶσιν αὐτὸν ὑπαντάν, οὐχὶ πάντως κατὰ τὸ αὐτοῖς δοκεῖν, ἀλλὰ εἰς τὸ χρηστικόν τε καὶ ἀναγκαῖον τοῖς ἀκροωμένοις ὄρην· ἔδρα τοῦτο μάλιστα, δέ τε τις οὕτις μαθεῖν τι τὸ ὅστα φεύγεται ἐσὶ ἐ-ἀνέντα τι γάρ ἐδιφιλοπευτεῖν, πότερον ποτε πολλοῖ τινες εἶναι δὲ λίγοι οἱ σωζόμε-νοι; τί τὸ ἐντεύθεν ὄφγος ἀκβέεικεν ἀν τοῖς ἀκροωμένοις; δὲν ἡ ἀναγκαῖον καὶ λυσιτελές τὸ εἰδέναι μᾶλλον τὸ ζόπον δι' οὐπερ ἢν τις οἵ τοις ποτηρίαν· οὐκέντιν οἰκονομικώς πρὸς μὲν τὸ τῆς ἑρωτήσεως εἰκάσιον, ἀμοσιγ-α-μεθίστειον ἡ στὸν λόγγος ἐφ' ὅπερ δὲν ἀναγ-καῖον· τέτοιο τοῦτο τὸ εἰδέναι δράμα σκεῖνα δι' ἀν δὲν δύναθε τὸ σενῆς καὶ τεθλιμμένην εἰσῆγ-α-σαι πύλην· τοῦτο γάρ πει καὶ ἐτέρωθι διδά-σκων φησίν· \* εἰσέλθετε διὰ τὸ σενῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάλεσσα εἰς τὸ ἀπώλειαν, καὶ πολλοὶ εἰστιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς σενῆ τοῦτο δὲ εἰστιν οἱ εὐχίσκοντες αἰτήν· τοῖς δὲν εἴθελοντι ἀλθεῖν, δεῖ δὴ πάντως πίστεως μὲν, καὶ πρό γε τὸ ἀλλων, δοθῆναι εἰτα, βίᾳ ἀλί-πτῳ κατά γε τὸ μέτον δι' ἀνθρωπίνης δι-καιοισόντης εὐτῷ Γάρ πει καὶ ὁ προφήτης Δα-βὶδ τὰς πρὸς θεὸν ιερίσας ἐποιεῖτο λέσσων· \*

Matth. VII. 13.

\* Ps. VII. 9.

(1) Ante subsequentia, apud D. Thomam in cat. lat. sic. «Cyrillus. Angusta porta aerumnam et pa-tientiam sanctorum significat. Sicut enim pugnarum Victoria attestatur militis strenuitati, sic praecla-rum efficiet valida perpessio laborum et tentationum: »

(2) Animadverte gratiae divinae ob bene agendum necessitatem.

ται ἐ τεθλιμένων ὁ ἀγωνίζομενος η̄ έστι  
τοιούτης πόνους αἰρούμενος· γένερπται  
γεν \* ὅτι ἀνὴρ ἐν πόνοις, πονεῖ ἔμιντο, η̄  
ἔκβιάζεται ἐντοῦ τὸ ἀπόλειν· ὡς οὐδὲ  
τὸ πάλιν ἔφη οὐ κύριος \*\* βιασήσιν ή  
βασιλεία τὸ σύριγνων, η̄ βιασται αἴρεταισιν  
αὐτήν·, πλατεῖα ἡ πύλη, η̄ εὐρύχωρος  
η̄ ὁδός, η̄ πολλοὺς εἰς ὅληνν καταβέψεται  
η̄ όποιον ἂν νοθείν τὸ πλάτος αὐτῆς; αι-  
σχύλη η̄ φιλόδονος ζωὴ, ξυφαι, η̄ κῶμοι,  
η̄ μέθαι, η̄ πάντα τὰ δὲ κακίας ἐπιτη-  
δεύματα, η̄ φιλαγγυρία, η̄ τὸ προσκαΐρων  
δοξαρίων φυτασία κενὴ, τὸ ἀμιγονεῦν τὸ  
Θεῖον ἐνταμάτων, τὸ μὴ ἔχειν τὸ τὸ Θεοῦ  
όθεον πρὸ ὀρθαλμήρ· οὐκοῦν τὸ μὲν τοιού-  
των ἀποφοιτῶν ἀναγκαῖον έστιν εἰσβάλλειν  
ἔθέλοντας διὰ δὲ σεινης πέλης, παιεῖται ἡ  
η̄ συνεορτάζειν Χριστῷ· ὅτι οὐδὲ οἱ μὴ τοιού-  
τοι ἀπόβλητοι, διὸ ἐναργοῦς θεραπείμα-  
τος διέδεκτον ὁ σωτὴρ εἰπών·

v. 26. Ἀφ' οὐ ἀνείσθη (2) ὁ σικαδεσπότης καὶ ἀποκλείση  
τὴν Σύραν κ. τ. λ.

Ως ἐώ̄ τιν<sup>θ</sup> οἰκοδεσπότου πολλοὺς  
ἥρ̄ ἐπιτηδείων συναγηγέρκτ<sup>θ</sup> εἰς ἑστίαν  
καὶ Τάπε<sup>τ</sup>αν, εἴτα προιστεικότ<sup>θ</sup> μὲν  
ῶν ἔδει τοῦτο δρᾶν, ἀπολείσαντός τε τὰ  
Θύραν, σὺν μετὰ τοῦτο προύνοντας ἀκο-  
σεῖδαι φυσίν, οὐκ οἶδα ὡμάς· γνῶσιν δὲ  
ἐνταῦθα, οὐχ' ἀπλῶς τὰ εἰδότιν λέγει,  
ἀλλὰ τὰ οἰκότητα τὴν ἐς μεθέξει, τὴν  
ὡς ἐς χάριτι καὶ τιμῇ εἴπερ γάρ η γνῶσις  
μένον ἥμιν πατασφραίνεται εἰδόσιν, τῶς  
ἡγύνονται ἦρ̄ ὅντων τινάς, δι' ὧντα ἔχων  
γυμνὰ καὶ τεβαχυλισμένα τοῖς ὄφθαλμοῖς  
αὐτοῦ, οὐ καὶ πρὶν γένεσεως πάντα εἰδῶς;  
οὐκοῦν οὐ μόνον ἀνόντος ἀλλὰ καὶ δυσε-  
βής, τὸ ἀγροῦσι τινάς ὑποτοπῆσαι τὸ κύ-  
ριον οἰστόμεθα δὲ μᾶλλον εἰσεῖν αὐτὸν,  
ως οὐδαμόθεν τὸ οἰκαστήτα τὸ πρὸς αὐτὸν  
καὶ σχέσιν ἐπάγοντας οὐκ οἶδα γάρ φησι  
γεγονότας ἀρετῆς ἐραστάς· οὐ τὸ ἔμὸν τι-

(1) Apud Sabaterium bis Cassianus, et senet S. Hieronymus, ita habent ut nos latine scripsimus. Flaminius Nobilis tamen in sua Proverbiorum translatione maluit interpretari: *vim facit in interitum suum*; quod contrarium fortasse sensum exhibere videtur.

(2) Scripti *sic* cum aliquot codicibus apud Salterium et Scholtzium; sic enim legebat non solum vulgatus noster lat., verum etiam Cyrilus, ut appareat infra ex vocabulo eius περιστερικός. Vulgo tamen graecus textus habet ἐγεῖσθαι.

et arcta via gradietur, qui conabitur, et huiusmodi labores exaltare decreverit. Scriptum est igitur: « vir laborans, laborat sibi, et vim facit perditioni suaे (1). » Sicut enim rursus idem ait Dominus: « vim patitur regnum Dei, et violenti rapiunt illum. » Lata vero porta et spatiosa via quae multos ducit ad interitum. Quaenam porro intelligetur latitudo eius? turpis nimirum et voluptaria vita, deliciae, comissiones, crapulae, et omnia vitiorum studia, avaritia, et temporalis gloriole vana phantasia, divinorum mandatorum oblivio, Dei denique timorem non habere prae oculis. Ergo haec omnia vitare oportet, si qui volunt per angustum portam intrare, et cum Christo versari aeternumque festum peragere. Quod vero qui eiusmodi non sunt, reiiciuntur, evidenti exemplo demonstrat Servator dicens:

Cum autem intraverit paterfamilias, et ostium clauerit etc.

Ceu si quis paterfamilias complures amicos suos congregaverit ad mensae convivium, et deinde ipse introiverit quibuscum est caenaturus, ianuamque occluserit; quicumque postea pulsaverint, audituros dicit: non novi vos. Notitiam autem hoc loco non pro simplici scientia dicit, sed pro familiaritate, gratiaeque et honoris communione. Nam si heic notitia scientiam strictim significaret, quomodo quemquam is ignoraret cui omnia nuda et revelata versantur ob oculos, et qui ante quam etiam fiant, cuncta scit? Est ergo non modo insanum sed etiam irreligiosum suspiciari quicquam a Domino ignorari. Existimabimus potius dici ab ipso, quod hi nullam cum eo necessitudinem nexumque habent. Non novi, inquit, vos amatores esse virtutis, non meam in pretio habentes do-

etrinam, nec mecum per bonorum operum exercitia coniunctos. His consentanea Moysi quoque dicta fuerunt: novi te praem omnibus, gratiamque apud me nactus es. Nempe ad meam familiaritatem praem omnibus adsumptus es, multamque gratiam consecutus. Quare et iis qui ipsius amicitiam non sunt adepti, dicit: non novi vos; discedite a me, operarii iniquitatis. Nulla enim communio lucis cum tenebris.

Quinam vero credentur qui aiunt Christo , manducabimus et bibimus coram te ? Congruit utique Israhelitis potissimum sermo hic ; quibus certe dicebat Christus : videbitis Abrahamum et prophetas in regno Dei , vos autem foras expelli . Quomodo ergo manducabant atque bibeant coram Deo ? Nempe legali fungentes cultu ; nam cruentas victimas Deo afferentes comedebant et laetabantur . Audiebant insuper in synagogis libros Moysis , qui non tam sua scripsit , quam Dei verba interpretatus est : etenim semper sermoni suo praefabatur : Haec dicit Dominus . Haud tamen iustificando homini sufficit cruentus cultus : neque suas quisquam abluet maculas , audiens quidem divinarum legum lectionem , nihil vero mandatorum exsequens . Alioqui etiam fidem non admittentes quae impium iustificat , nec evangelica statuta sectantes , quae vires suppeditant ingenuae praestantiae vitae agendae , quo pacto regnum caelorum adire poterunt ? Praedictis adnumerabis et nonnullos alios qui dicere interdum queunt omnium iudici : comedimus coram te , et in plateis nostris tu docuisti . Quinam item hi erunt ? Multi crediderunt in Christum , sanctasque eius celebrant solennitates , et ecclesias frequentantes evangelicas audiunt doctrinas ; attamen sacra rum scripturarum nihil in mente sua reponunt , sed fructus sterilem gerunt cor . Ibi quoque igitur amare flebunt , dentibusque stridebunt ; namque et hos Dominus negabit . Ait itaque : non omnis qui dicit mihi , Domine Domine intrabit in regnum Dei ,

μησαντας λόγον, ἀλλ' οὐδὲ συναρθέντας  
ἔμοι διὰ πράξεων ἀγαθῶν ἀκολούθως η  
πρὸς Μωύσεα εἴρεται.\* οἵδα σε παρὰ πάν-  
τας, καὶ χάριν ὑπερ παρ' ἔμοι· ἀντὶ τοῦ  
οἰκειότερη τῇ ὑπὲρ πάντας ἐτέθης παρ' ἔμοι,  
η πολλὴν ἐπορίσω τὸ χάριν· οὐκοῦν η περὶ<sup>†</sup>  
τὸ οὐδαμόθεν οἰκειωθέντων αὐτῷ, λέγε.<sup>‡</sup>\*  
οὐκ οἴδα ιμᾶς· ἀπόστητε ἀπ' ἔμοι, ἐργά-  
ται δὲ ἀδικίας· οὐδὲ μία γέ κοινωνία φωτί-  
πρὸς σκέτο.

Τίνες δὲ ἀν τοιποτεῖν οἱ λέσμοτες τῷ Χρι-  
σῷ τὸ ἐφάγομεν καὶ ἐποιημόντες τοῖς  
ἀρμόστεσσιν ἀν δὲ τοισθέλοντος μάλιστα τοῖς  
ἔξι Ισραὴλ, οἵδε δὲ καὶ ἔφη Χριστός· διτὶ δὲ φε-  
σθεῖσαν περὶ τὸ Ἀβραὰμ καὶ σύντοτας  
ἐν τῇ βασιλείᾳ τῷ θεῷ, ἑαυτὸν γένεται  
μένεται εὐχώς· τῶς οὖν ἡ σθίσιον τῆς ἐπινοιαν  
τῷ θεῷ; τὸ γομικήν τριγονίτες λαζαρίαν· προσ-  
κομίζοντες δὲ τῷ θεῷ τὰς δὲ αἰμάτως Θυ-  
σίας, ἡ σθίσιον καὶ πύρφραινοντο· πάροντο δὲ τῷ θεῷ  
ἐν τῷ συναγωγαῖς τῷ Μαύσεως Βιβλίων οὐ  
τὰ ἁματοῦ γεγενάφοτες μᾶλλον. ἐγμυνέον-  
τος δὲ τὰ περὶ τὸ θεόν· προανετίθετο γάρ δέ  
τὸν ἁματοῦ φωνῆς, τὸ τάδε λέει κύριος· ἀλλὰ  
οὐκ ἀρκεῖ πρὸς δικαιωσιν, οὐδὲ δὲ αἰμάτων  
λαζαρίας· οὐδὲ ἀν αἰσνίκαιτο τις μολυσμός,  
ἀκροτής μὲν τὸ θείον χρόμφρος νόμων, πε-  
ραχώς δὲ οὐδὲν τὸ κεκελαθμένων· Καὶ ἐτέρω  
δὲ τὸν θεόν τους προστικάμψοις δὲ δικαιουσταν τὸν  
ἀστεβῆ, οὐδὲ τοῖς εὐαγγελικοῖς θεωρίσμασιν  
ἀπολεθρίσατες, διὸ ὅν τὸν δύναντό τοντον  
καὶ ἐξαπεγμένον δίσκοποντος τὸν ζωον, πάσι ἀν-  
τισθάνται εἰς τὸ βασιλείαν τῷ θεῷ; ἐπαρθι-  
μόσιας τοῖς ἀνομαστρέοις καὶ ἐτέροις τινάς  
διναμένεις εἰπεῖν ἔσθι· ἔτε τὸ πάντων κατηπή-  
ἐφάγομεν καὶ σώσισιν σα, καὶ τὸν τοιαύτην  
ἡμῖν ἐδίδαχες· καὶ τίνες ἀν εἰπεῖν ἐποιησάν;  
πολλοὶ πεπιστεύκασιν εἰς Χριστὸν, καὶ τὰς  
μύλας ἐπ’ αὐτῷ τριγονίτες ἐρότας, φοιτῶντες  
δὲ τὸν ἄντρον κακούσιας, τὸν εὐαγγελικῶν ἀποδῶ-  
ται παιδεύματων ἀποτίθεται δὲ εἰς νέν, τὸν  
γεγενάμενον οὐδέν· δαλλὰ καὶ πιθαματικῆς  
εὐκαρπίας γυμνὴν ἔχεισι τὸν καρδιάν· πλεύ-  
σονται οὖν οὐδὲν τοικαῦσι, καὶ βρύζονται σύντο-  
δδότας· ἀρνήσεται γάρ καὶ αὐτὸν ὁ κύριος  
ἔφη γοῦν. \*

\* Exod. XXIII.  
12.

<sup>7</sup> Matth. VII. 23.

ριε, εἰσελεύσεται εἰς τὸ βασιλεῖαν τὸ Θεοῦ,  
ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τὸ πατέρος με τὸ  
ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

A. I. 29.  
B. I. 198.  
B. I. 199.

"Πέπουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν κ. τ. λ.

Πολλοὶ συνελεύσονται τοῖς ἀγίοις, αὐτοὶ δὲ ἐξωσθήσονται καὶ τὴν περιόδον ἑσχηκότες τάξιν, τὴν μέστεραν ἔχουσι τότε, προτεταγμένων ἑτέρων, δὲ καὶ γέγονε προτείμηται γάρ τὰ ἔθνη δὲ Ἱεραίων ἀγέληις εἰ καὶ περὶ πολλῶν ἑτέρων καὶ ἀδιορίσας τοῦτο εἴριται ἔσονται οἱ ἐξ ἔθνων πιστοὶ πρῶτοι, οἱ δοκοῦντες ἑσχατοὶ νῦν, ὡς ἑσχατοὶ (W) Θεὸν ἐπιγνόντες ἔσονται δὲ τότε πρῶτοι διὰ τὸ εἰλικρινῆ πίστιν αὐτῶν οἱ δὲ ἀπιστοὶ ἴεραίοι, οἱ δοκοῦσι μὲν περιώδοι νῦν, ὡς πρῶτοι (W) Θεὸν ἐπιγνόντες (νιδὸς γάρ φησι πρωτότοκός μου Ἰσραὴλ \*) ἔσονται τότε ἑσχατοὶ διὰ τὸ ἀπιστίαν αὐτῶν νοεῖται δὲ ὁ λόγος καὶ περὶ τοῦ πιστῶν τὸ δοκοῦντων μὲν εἶναι ἑσχάτων ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἐσομένων δὲ πρώτων ἐν τῷ μέλλοντι αἰώνι, καὶ αὐθις ἐναλλάξ.

Exod. IV. 22.

A. I. 198.

— "Οτι δὲ ἔμελλον Ἰουδαῖοι δὲ πρὸς αὐτὸν οἰκεῖότητα, δῆλον δὲ διὰ τηνεματικῆς, ὀλορέπτως ἀπολισθείν, ἀνταπενεγμήσεισθαι δὲ τῷ ἔθνῳ καὶ διέδεξεν εἰσάντων. οτι δέ τοις καὶ δυσμῆς καὶ βορρᾶ καὶ νότου κεκλημένοι πολλοὶ συναναπατασσονται τοῖς ἀγίοις αὐτοὶ γε μὴν ἐξωσθήσονται [οὗτοι δέ] ἀνακλιθήσονται ἐν τῷ βασιλεῖα τὸ Θεοῦ. — Καὶ πρῶτον μὲν καὶ δύο λογισμέθα ὡς εἴρηται (1), καθ' ὃν ἦν ἐν ψαλμοῖσιν ἀδάμ· δεύτερον, ὡς ἐν ᾧρᾳ τρίτῃ δηλούμενον, καθ' ὃν ἦν Νῶε· Σίτον, ὡς ἐν ἔκτῃ, καθ' ὃν ἦν Αβραάμ· τέταρτον, ὡς ἐν ἕνατῃ, καθ' ὃν ἦν Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται περὶ δὲ τῶν ἑνδεκάτων, τούτεσιν ἐν τῷ πέμπτῳ καιρῷ, συστελλομένης ἡδη τῆς ἡμέρας, ἥγουν τοῦ παρόντος αἰῶν<sup>(2)</sup>, ἐμισθώσατο τὰ ἔθνη δὲ Χριστὸς, κεκλημένα πρὸς ἐπίκτωσιν, παρ' οὐδενὸς ἐτέρος.

sed qui facit voluntatem patris mei qui in caelis est.

Venient ab oriente et occidente etc.

Multi convenient cum sanctis, ipsi autem Israelitae expellentur. Et qui primas partes tenuerant, tunc secundas occupabunt, aliis sibi praepositis, quod reapse accidit: nám gentes praelatae sunt iudaico gregi. Quamquam de multis quoque aliis atque indefinite haec dicta sunt. Erunt autem priore loco qui ex ethnicis crediderunt, illi scilicet qui nunc sunt postremi, ceu qui postremo tempore Deum agnoverunt. Erunt vero tunc primi propter fidem suam sinceram. At increduli Iudei, qui nunc priores videntur, quatenus priores Deum cognoverunt (nam filius meus, inquit scriptura, primogenitus Israel) tunc incredulitatis sua causa fient novissimi. Intellicitur sermo hic etiam de fidelibus, qui in hac vita videntur infimi, sed in futuro saeculo primi erunt; et vice versa. — Quod autem Iudei amicitiam Dei, spiritalem scilicet, omnino forent amissuri, proque iis gentium multitudo introducenda, demonstravit dicens: quod ab oriente et occidente, aquilone, et austro, vocati multi requiescent cum sanctis. Et illi quidem expellentur, hi autem accumbent in regno Dei. — Et primum quidem tempus esse putamus, ut diximus, quo erat in paradyso Adamus. Secundum, ceu si esset tertia hora denotatum, quo fuit Noë. Tertium, quasi hora sexta, dum viveret Abrahamus. Quartum, quasi hora nona, quo tempore fuerunt Moyses atque prophetae. Undecima denique hora id est quinto temporis spatio, die iam inclinante, id est praecente saeculo, mercede gentes conduxit Christus, quas nemo praeter ipsum ad se cognoscendum vocavit.

(1) Reapse haec partim dieta fuerunt p. 315. Et quidem hoc fragmentum pertinere potius videtur ad Cyrilli in Matthaeum (cap. XX.) commentarium qui desideratur; illic enim actum fuit de parabola viene. Porro similia his scribit Cyrillus in suo de praedicta parabola sermone ad populum, quem graece nos edidimus in Spicilegio rom. T. V. p. 119. seqq.

(1) Accesserunt quidam pharisaei dicentes:  
exi, et vade hinc.

Nolebant propter invidiam pharisaei Christum habitare Hierosolymis, ne miraculis et superioribus legi doctrinis ad fidem suam multos pertraheret. Sed quia utpote Deus cogitationes illorum non ignorabat, respondet mansueti teclaque, pro more suo. Dicite, inquit enim vulpi huic. — Sedulo animadverte sermonis vim. Videletur enim fortasse dictum hoc contra Herodis personam dirigi, ut quidam existimant; reapse tamen contra pharisaei hominis potius nequitiam intenditur. Nam quum dicere potuisse: dic vulpi illi, hoc non facit: sollertiae vero medio quodam usus vocabulo, demonstrat pharisaeum praesentem, dicens: vulpi huic. Vulpi autem comparat hominem: est enim illud animal callidum et malignum, cuiusmodi erant pharisaei.

Ecce efficio daemonia, et sanitates perficio hodie et cras, et tertia die consummari.

Vident ut quod molestum esse pharisaorum globo sciebat, hoc se facere profitetur? dicens videlicet se impuros increpitum spiritus, aegros morbis expeditum, et ipsum se denique consummatum iri; id est sponte laturum crucis passionem, ut terrarum orbi saluti sit. Sciebat ergo et quomodo et quando mortem in carne foret experturus: interim tamen putabant pharisaei timeri ab eo Herodis manum, licet virtutem esset dominus. Sed enim quod hominum iniquae potentiae nullam rationem haberet, demonstravit dicens: « verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare; quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. » Cum dicit « oportet me » haud inevitabilem imminentemque sibi necessitatem in-

Prosequitur τινες φαρισαιοὶ λέγοντες ἐξελές,  
καὶ πορεύου ἐπεῦθεν.

v. 51.

Οὐκ ἡθελον ὑπὸ βεσκανίας οἱ φαρι-  
σαῖοι τὸ χριστὸν ἐδημεῖν τοῖς Ἱεροσολύμοις,  
ἴνα μὴ ὁ θεοσημεῖος, καὶ τὸ ὑπὲρ νόμου μυ-  
σταγωγίας πρὸς τὸ αὐτὸν πίσιν συγνεύσῃ  
πολλοῖς· καὶ τὸ θεὸς ἦν οὐκ ἡγίαστον αὐ-  
τῶν διελογισμοῖς, ὑποπαγτὰ πρέψας τε καὶ  
ἐπεσκιασμένος ὡς θεὸς αὐτῷ· εἰπατε ὅτι φισι-  
τῇ ἀλώπεκι ταῦτη. — Πρόσχες ἀναζητῶν τὴν  
λόιμη δυνάμην· δοκεῖ μὲν ἡράς πως τετέλεσθαι καὶ  
βλέπειν εἰς τὸ Ἡράδες πρόσωπον, τὸ εἰρη-  
μένον, ὡς τινες ἐρύμασιν ἐχεται τὸ μᾶλλον  
καὶ τὸ φαρισαῖον σκαιότητος· καὶ τοι γάρ  
δυνάμεως εἰπεῖν, εἰπὲ τυχὸν τῇ ἀλώπεκι  
σκέψειν, τοῦτο μὲν παρείσταται ὡς μέ-  
ση τινὸς ἔργῳ φωτῆ, μονογυχή κατέδε-  
ξεν ἐμῆντος ὄντα φαρισαῖον, εἰπὼν τῇ ἀλώπεκι  
ταῦτη (2) τῇ ἀλώπεκι τὸ παρειάζει τὸ ἀν-  
θρώπων πανέργον ἥδη δεῖ τις εἰς καὶ οὐστό-  
πον τὸ θύρον· τοιοῦτο καὶ οἱ φαρισαῖοι.

B. f. 136. b.  
B. f. 55. b.

A. f. 198. b.

· Ιδού ἐκβάλλον θυμόνια καὶ λάσις ἐπιτελῶ σήμερον  
καὶ αὔριον· καὶ τῇ τρίτῃ, τελειούμεναι.

Cur vero non potius dixit: volo, mundamini, sicut fecit alii leproso, sed iubere maluit ut se ostenderent sacerdotibus? Lex ad id invitabat lepra sanatos, iubens si-stere se sacerdotibus, et sacrificium offerre propter purgationem. Tamquam igitur iam sanatos profici sci iubet, et quodammodo testari sacerdotibus, sive Iudeorum principibus, Domini semper gloriae invidentiibus, se praeter spem ac mirabiliter ea miseria liberatos, valetudinem ipsis largiente Christo. Neque tamen ille antea sanavit, sed ad sacerdotes misit, quandoquidem sacerdotes indicia leprae noverant, et quandonam ea curata fuisset. Misit inquam ad sacerdotes, simulque comitem misit sanitatem. De his quidem, et de lege circa lepram, et quanam eius purgandae iura, et quid unumquodque praescriptum exigeret, plenius nos initio miraculorum Servatoris apud Lucam, ubi leprosus sanatus fuit disserimus. Illuc igitur amandatis huius rei studiosis, ad reliqua progrediamur. — Et novem quidem, utpote Iudei, ingratae oblivioni rem tradentes, ad gloriam Deo retribuendam non sunt regressi; ex quo Israhelem duro corde et immemore praeditum demonstrat. Alienigena vero, id est samaritanus, dictus videlicet alienigena quia de Assyria stirpem duebat (non enim temere dicit, per medium Samariam et Galileam) reversus est magna voce Deum glorificans. Ostendit itaque Samaritanos benivolos, Iudacos autem etiam beneficiis adfectos, ingratum animum prae se ferre.

Interrogatus autem a phariseis, quando venit regnum Dei?

Quod suo tempore venturus esset in specie nostra Dominus, praedixerant pro-

Εἰπεν αὐτοῖς· τοις γένεσι τοῖς ιδίαις μάρτυρες.

v. 1.

Καὶ διὰ τί μὴ μᾶλλον ἔφη, θέλω, καθ-  
αγόσθητε, καθὼν ἐφ’ ἑτέρᾳ λεπρῷ\*, προσ-  
τέταχε ὃ μᾶλλον ἔαυτοὺς ἐπιδείξαι τοῖς  
ἱερεῦσι; νόμος ἀκάλι πρὸς τέτο πάλιν οὖν  
ἢ λέπρας ἀπολλαγμένος. \* ἀκέλθει γάρ  
ἔαυτον ἐπιδεικνύειν τοῖς ἱερεῦσιν, καὶ θυσίαν  
προσάγειν ὑπὲρ τοῦ καθαρισμοῦ· ὡς οὖν ἂδη  
τεθεατικήν τοῦ βαδίζειν εἰλέσεις, καὶ τόπον  
τοντὸν τοῦ βαδίζειν εἰρέας, ἢ τοι  
οὖν τειδαῖον καθηγητᾶς, οὖν ἀεὶ βασικά-  
νοντας αὐτοῦ τῇ δέξῃ, ὅτι παρ’ ἐπίπεδα καὶ  
οὐδαέξως ἀπολλαγμάτων τῷ κακοῦ, κατα-  
νέυσαντ<sup>θ</sup> αὐτοῖς τὸ ιασιν τῷ Χριστῷ· οὐκ  
ἔθεράσεως ἀρδώντον, ἀλλ’ ἐπεμψεις πρὸς οὖν  
ἱερέας, οἵτινες τὰ τεκμήρια ἥδισταν  
ἢ λέπρας, καὶ τῷ πότε Θεραπεύεται· ἐπεμψεις  
οὖν ιερέας, σκέψειρις αὐτοῖς καὶ τῷ Θερα-  
πεύειν· περὶ τούτων μέν τοι καὶ τίς ὁ νόμος  
ἢ λέπρας, καὶ τίνα τὰ ὑπὲρ τοῦ καθαρισμοῦ,  
καὶ τί ἕπασιν τῷ νεομοθετημένῳ ἐβούλετο,  
κύτελέσερον ἐν ἀρχῇ τῷ παρὰ τῷ Λεπῆ  
Ταυρίπατων τῷ σωτηρος, ἵνα δὲ λεπρὸς τε-  
θεράπευται, διεξήλθοι μὲν (1)· πάκειτε πα-  
ρατάσματες οὖν φιλομαθεῖς, ἐπὶ τὰ ἔξις  
ἴωρθ. — (2) Καὶ οἱ μὲν ἐννέα, ἀτειδαῖοι  
ὄντες, οἱς ἀχάειστον λήθεν ἐμπεσόντες, οὐχ  
ἴστεστρεψαν δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ· ὅτεν  
σκληροκάρδιον καὶ ἀμνήμονα παντελῶς δι-  
κυρότ τὸ Ισραὴλ· ὃ δὲ ἀλλογνῶς, τούτεσιν δὲ  
συλλείτης διὰ τὸ εἰς Ἀσυρίας κατέγεν  
τὸ γένος ἀλλογνῶς (οὐ ταῦ μάτια λέσι, ἐν  
μέσῳ δὲ Σαμαρέτας καὶ Γαλιλαίας) ὑπέστρε-  
ψε μὴ φωνῆς μεγάλης δοξάζειν (3) θεόν.  
δεινόντες οὖν ἔτι Σαμαρεῖτας εὐχρώμονες,  
ἰειδεῖσθαι τὸν εὐεργητούμενον ἀχαεισούσιν.

Περιεργωθῆσθαι δὲ ὑπὸ τῶν φαρισαίων πότε ἐρχεται  
ἢ βασιλεία τοῦ Ιησοῦ;

v. 2

<sup>a</sup> Οτι μέχει καὶ καιρούς ἐν εἰδει τῷ καθ<sup>b</sup>  
ἡμᾶς ὁ κύριος, προεκήρυττον οἱ προφῆται,

A. f. 232. b.  
B. f. 113. b.  
C. f. 104

(1) Reapse haec extant apud nostrum Cyrillum ad Lue. V. 12, p. 169-175.

(2) Haec brevius in codice A. sic: πεπράγματι μὲν τοις κεκενευμένοις δίκαιοι, καὶ ἀπειδόντες ἐθεραπεύθη-  
σαντ<sup>c</sup> εἰς δὲ μόνος ὑποστρέψαντ<sup>c</sup>, ἀνετίθησαν τὰ καριστήρια, τῶν ἐννέα τάχα που καὶ εἰς ἀχάειστον ληθῆν ἐμπεσόντων.  
Fecerunt quidem imperata hi decem; et dum irent, sanati sunt. Unus autem tantummodo reversus,  
gratias egit; reliquis undecim, ut videtur, ingratiae oblivioni beneficium tradentibus.

ηγ τετέλεσαι ἐπέφανε γάρ τοῖς ἔστι γῆς,  
μορφὴν δούλου λαβὼν, ὃν δὲ καὶ σύτως ἐν  
κυριότητι φυσικῇ, Καὶ ἐν Ἐξουσίᾳ καὶ δέξῃ τῇ  
Θεοπρεπεῖ τοιούτον γάρ πάντιν αὐτὸν ἡ τῷ  
ἀποτελεσμάτων ἑδεῖτε λαμπρότερον ἀλλὰ οὐ  
πεπίσευκας εἰς αὐτὸν, ἀσύντετο φαρισαῖς,  
οὐ παρεδέξω τῷ παρὰ αὐτοῦ δικαίωσιν εἴτα  
πᾶς ἐρωτᾷς τόποτε ἔρχεται ἡ βασιλεία τῆς  
Θεοῦ; Μεγαλῷ τοιγαδούν τὸ σεπτὸν οὖτε  
καὶ ἀγάγασον ἀληθῶς μυστήσοιον ἐπεὶ γάρ  
ὅτι ὅλων σωτῆρεν ἐν τοῖς πρόδοσι ἀπαντάς  
λέγοις, διερέμηντο πανταχοῦ τὴν βασιλείαν  
τῷ Θεῷ, διὰ τοῦτο παταραδίδωνται οἱ τά-  
λαντες: Η τέχη πει τῇ εἰς νοῦν ἔχοντες ὅτι  
ἡ ἐών ξύλον Θάνατον ὑπορρέει, τῷ αὐτῶν  
μυστροπάνται σεσωματικῷ Θεῷ εἰς τοῦτο,  
κατεπωνεύονται καὶ φασὶ, ὥστε ἔρχεται ἡ  
βασιλεία τῷ Θεῷ; Ἀπό τοῦ προδόσεως τοῦ  
σοῦ λαζουριέντος βασιλείας, σταυρός σε καὶ  
Θάνατος λαζεῖται τί εὖν πρός ταῦτα Χρι-  
στός; δείκνυσι πάλιν τὸ ἀνεξίκεκον καὶ τὸ  
ἀπαράβλητον εἰς φιλανθρωπίαν λοιδορεύ-  
μαρν γάρ, οὐκ ἀντελοιδόσει πάσχω, οὐκ  
ἵππειλει: \* οὐκοῦν ἐντόμως μὲν οὐδὲ ἐλέγχει,  
πονηροὺς δὲ ὄντας, ἀποκρίσεως τοῖς ἐπερω-  
τηθεῖσιν οἰκεῖας οὐδὲ ἀξιοῦ: πάλιν ἀκέντο  
μόνον φούντι εἰς ὄντας ἀνθρώπου παντός:  
ἡ βασιλεία τῷ Θεῷ ἐντὸς ὑμῶν ἐστι: οὐκ  
ἔρχεται μὴ ωδανηρίσεως μηδὲ λαζ δηλού-  
ντος ἐρωτᾶτε. φούτι, καθ' οὓς ἐπιλάμψα-  
πάλιν, πήγεν ὁ καρὸς εἰς πάντες τὸν  
μόνον βασιλείαν, σπουδάσατε δὲ μᾶλλον  
τυχεῖν αὐτῆς. Τοτὲς γάρ ιμέδον ἐστι. τούτ-  
έτιν ἐν τῷ ὑμετέραις προαιρέσεσι ηγένετο ἐν ἐξου-  
σίᾳ καίτιαι τὸ λαβεῖν αὐτήν: ἔτει γάρ ἀν-  
θρώπῳ παντὶ, τῷ εἰς τὸ Χριστὸν δικαιωσιν  
τῷ διὰ πίσεως δηλοντὶ παταταληθῆσαιτι,  
ηγένετο πάσης ἀρετῆς ἐκλελαμπρυσμένῳ, οὐ  
τὸ οὐρανὸν βασιλείας τυχεῖν<sup>(1)</sup>. ἀεργείᾳ  
μὲν γάρ ἐπτός ὅστι, ἀφ' ὧν ἐξίστους ὡς  
καρδίας μελλογισμοὶ ποιηροὶ δυνάμεις δὲ  
ἐντὸς πάντων ὅτι γάρ ηγένετο φαρισαῖων  
ἐντὸς ήν ἡ βασιλεία τῷ Θεῷ, ἀγροούντων  
καὶ οιομένων πρόνοιαν τοῖν αὐτῶν εἰς τόπον

phetae, et reapse peractum fuit. Apparuit enim terrae incolis, servi forma suscepta, nihil tamen minus naturalem suum dominatum retinens, potestatemque et gloriam Deo convenientem. Talem quippe cum nobis exhibet patratorum operum claritas. Sed non credidisti illi, pharisaei insipiens, iustificationem ab eo non recepisti. Cur ergo interrogas, quando venit regnum Dei? Deridet is tam venerandum vereque admirabile mysterium. Nam quia communis Servator in cunctis ad vulgus sermonibus regnum Dei semper memorabat, idecirco iocantur miseri: vel etiam fortasse cogitantes, fore ut ipsorum malitia circumventus, nocem in ligno perferat, ironice aiunt: quando venit regnum Dei? Quasi dicant: pro eo, de quo loqueris, regno Dei, crux te ac supplicium expiciet. Quid ergo ad hanc Christus? Ostendit denuo patientiam suam, et incomparabilem erga homines caritatem. Maledictus, non vicissim maledicebat; patiens, non comminabatur. Quapropter praeceps quidem non reprehendit, sed tamen utpote improbos, responso suo ad interrogata non dignatur. Illud tantummodo ob communem utilitatem dicit: regnum Dei intra vos est. Adventus eius humanam fugit observationem. Nolite de tempore sciitari, inquit, quo Christus iterum apparabit, sive quandam regni Dei tempus instabit: date operam potius ut id possideatis: est enim intra vos, id est in vestra electione ac potestate est, ut illud consequamini. Licet enim cuique homini, si modo iustificationem in Christo per fidem impetraverit, et omni virtute praefulserit, licet ei inquam caelorum regnum adipisci. Etenim hoc, quod ad actus adinet, extra est; prout improbae cordis cogitationes eruperint. Virtute autem intra nos omnes est. Namque et intra ipsos pharisaeos extitisse regnum Dei, qui tamen id ignorabant, putabantque foras aliquando in patentes lo-

(1) Et ut de predestinationis divinae naturae sancti patres loquuntur.

cos proditum, ostendit Iohannes dicens: medius vestrum stetit quem vos nescitis, Christum videlicet significans.

Venient dies quando desideratis videre unum diem filii hominis, et non videbitis.

Iac ait, volens ipsos adversus quamlibet molestiam esse munitos, et ad patientiam comparatos; ut sic probata virtute, in Dei regnum ingredi queant. Praedicit itaque, fore ut ante sumum de caelo adventum in mundi consummatione, tribulatio fiat et persecutio, ita ut vel unum eius diem videre sint optaturi, nempe illius temporis, quo cum Christo versabuntur et convivebant: quamquam plurima fuerat contra ipsum Iudeorum contumelia; nam et lapidibus eum appetiverant, nec semel sed saepissime persecuti fuerant: duxerant usque ad montis supercilium, ut eum praeципitem darent: conviciis vexaverant atque columnis, nullumque improbitatis genus Iudei praeteriverant. Quomodo ergo dicit optaturos esse discipulos unum ipsius diem videre? Nempe quia prae impudentibus malis, eligenda quadammodo erant illa minora. Maiores videlicet post Domini ascensionem calamitates experti Iudei sunt.

Nam sicut fulgor coruscans de sub caelo etc.

Verumtamen quod caelo sit descensurus non ignobiliter neque obscure, sed cum gloria Deo conveniente, et inaccessa luce circumdatus, significavit dicens, fulguris instar adventum suum futurum. Natus est quidem cum carne ex muliere, suum nostri causa dispensatorium opus completerus; propterea se exinanivit et humilitavit, nec deitatis gloriam apparenter servabat. Sic enim tempus postulabat, et susceptae dispensationis ratio. Sed post resurrectionem a mortuis, in caelum evolans, et patri Deo factus confessor, postea rursus descendet, haud subtraeta iam gloria, neque cum humana humilitate, sed cum patris maiestate, comitante angelorum multitudine, et tamquam Deum om-

ῆγων ἔρχεται, Ἰωάννης δέκατοι λέγων. \*

<sup>\* Ioh. I. 20.</sup>

μέσος ἡ ὑμῶν ἐπικεν ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, περὶ Χριστοῦ λέγων.

<sup>A. C. 22.</sup>

Ἐλεύσονται ἡμέραι ὅτε ἐπιδυνάσσετε μίαν τὸν ἡμερῶν τοῦ νιοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν, καὶ οὐδὲ ὄψεσθε. Ταῦτα λέμων, ἔτοιμος εἶναι αὐτὸν βρή-  
λεται πρὸς πᾶν ὅτιον ἐν ἀγίᾳν πεφυκότων,  
ἡ προσυπετίζειν πρὸς ὑπομονήν ἡνα εὐ-  
δόκιμοι γενοντες, εἰσελάσσαι δυνηθῶσιν εἰς  
ἢ Τὸν Βασιλείαν προσπαγγέλλειν τοί-  
νυν, ὅτι τῷος ἐξ οὐρανῶν ἀφίκεως ἢ ἐσο-  
μένης ἐπὶ σωτήριᾳ ἐπιλόντος, θλήσις προσ-  
ελάσσαι καὶ διωρίσσαι, ὡς μίαν ἡμέραν αὐτοῦ  
ἰδεῖν ἀποθυμῆσαι, τοιτέστι ἐπὶ τῷ καιρῷ  
ἢ σωματεῖον ἔτι καὶ συγδεσμῶν Χριστῷ  
καὶ τοι τολεῖσθαι τίς ἦν ἡ κατ' αὐτοῦ γένο-  
μενη ἐπὶ Ιεδαίων ἔξιτηλία. Λίθοις δὲ ἐβαλ-  
λον αὐτὸν, ἐδιωξαν σύχον ἀπαξίαν δὲλλὰ πλει-  
σάντος. Ήγον ἔως ὁφένος τὸ ὄρες, ἵνα κατα-  
κρημνίσωσιν αὐτὸν· λοιδορίας λελυπίκασι  
καὶ συκοφαντίας, καὶ οὐδεὶς ἦν δύποτος σκαιό-  
τητος τοῖς Ιεδαίοις ἀνεπιτίκλωτος· πῶς οὖν  
ἀποθυμήσιν εἶπε Σὺν μαθηταῖς μίαν ἡμέ-  
ραν ἰδεῖν αὐτοῦ; ἀπικαθαθήσει δὲ τὸ ὑπερ-  
κειμένον κακῶν, αἱρετά πως εἰσὶ τὰ ἐλάτ-  
τον· μειζόνων γάρ μη τὸ αὐτοῦ ἀράληψιν  
Θλίψεων ἐπειράθησαν.

<sup>A. C. 23.</sup>

<sup>C. I. 15.</sup>

Ποτερ γάρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστρεπτούσα ἐκ τῆς  
ὑπὸ οὐρανὸν κ. τ. λ.

<sup>V. 21.</sup>

Πλὴν ὅτι καταβίσσεται μὲν ἐξ οὐρανοῦ  
οὐκ ἀσήμως ἡ ἀσυμφατῶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ  
τῇ Θεοπρεπεῖ, καὶ φῶς ἀστράσιτον οἰκῶν,  
δραμεμένυκε λέγων, ὡς ἀστρεπτὴν ἐσεδωμ  
ἢ ἐντοῦ παρισταν ἐγχυντὸν μὲν γάρ καὶ  
σάρκα καὶ ψευδαίρας, η ἐφ' ὑμῖν ἀσ-  
πληρώσων οἰκονομίαν καὶ κεκένωκε διὰ τοῦ-  
το, καὶ τεταπείνωσεν ἐντὸν, καὶ ἦν οὐκ ἐν  
δόξῃ Θεότητος ἐμφανῶς ἐκάλει γάρ εἰς  
τοῦτο καιρὸς, Καὶ τῆς οἰκονομίας ἡ χρεία  
μηδὲ τὸ ζεύς νεφελῶν ἀνάστατην, ἀναπτάσσει  
οὐρανὸν, καὶ συνεδρέσσει τῷ Θεῷ καὶ πατέρι,  
καταβίσσεται πάλιν οὐκ ἐν ἴσφεσι δόξῃ,  
οὔτε μὴν ἐν ἀνθρωπίνῃ μικροπρεπείᾳ, ἀλλ'  
ἐν τῇ τῇ πατέρος ὑπεροχῇ, πληθύσος ἀγγέ-  
λων δορυφορούσης αὐτὸν, καὶ παρισταμένης  
ὡς Θεῷ καὶ πυρίῳ τῷ ὅλῳν. Ηὗται τοιγάντων

<sup>A. C. 233. b.</sup>  
<sup>B. f. 264. b.</sup>  
<sup>C. I. 114.</sup>

ν. 22. ἀστέραπν, καὶ οὐ λεπτότως. Καὶ οὐδὲν πιστεύεον λέγοντι, ίδον ὁδε, ίδον όκει. Ὅτῳνίαν ἐτέραν δὲ τη μαθητῶν ὑποκείρει καρδίας ὄντο γάρ θι φενοσήσας ή τιθαῖαν, εἴτα γειονώς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, εὐθὺς ἀναδέξει τῷ Φεοῦ βασιλέαν καὶ γοῦν προσιόντες, ἔφασκον· εἰ δὲ τῷ γρόνῳ τούτῳ κύριος ἀποκαθισάντας ή βασιλέαν τῷ Ἰσραὴλ: ἀλλὰ καὶ ή μόνηρ τοῦν Ζεβεδαῖος τοῦ θυμέως προσδοκήσασα, προσήνε περὶ καθέδρας ἀξιούσα· οὐκοῦν ἵν' εἰδεῖν ἔτι δεῖ πρώτον αὐτὸν τὸ σωτήριον ὑποσῆραι πάθος, οἱ καταργήσαι Θάνατον τῷ θανάτῳ δὲ ίδιας σαρκός, καὶ ἀποσῆσαι τὸ πόσμα τῶν ἀμαρτιῶν, καταργήσαι δὲ καὶ τὸ ἀρχοντα τὸν αἰώνιον τούτου, εἰδὼν οὕτως ἀναβίναι πρὸς τὸν πατέρα, ἐπλάμψαι τὲ καὶ καιρούς, ίνα κρίνῃ τὸν οἰκεμένων δικαιοσύνην, φοσὶν ἐτί πρώτον δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν. — Οτι δὲν ἀδόκιτος, καὶ διὸν εἰδότος οὐδὲνός, ἐπιλάμψῃ, καὶ τὸ παρόντα αἰώνα ἀφίξεται πέρας, οὕτω φοσὶν ἔσεσθαι τὸν συντέλειαν, ὡς γέγονεν ἐν τῷ θερασίᾳ Νέας καὶ Λάτ. ἐξέφοντα γάρ φοσιν ἀμερίμνως, πασθιον, ἔπινον, ἔπωλεν, πήγόραζον, φοδόδημον ἀλλὰ τόσο μὲν ὑδάτων ἀπόλεσε φορά, οἱ δὲ γεγόνατο θεία πυρὸς ἕργον καὶ δρόπον· τι οὖν ἐπεῦθεν τὸ δικούσιμον; Βούλεται ἡμᾶς ἐργηγορέναι διὰ παντὸς, καὶ ἐτοίμας εἶναι πρὸς ἀπολογίαν τῷ θείᾳ Βηματῷ.

v. 23. Έν ἐκείνῃ τῇ ὥμερᾳ ὃς ἐστι ἐπὶ τοῦ δύματος,  
καὶ τὰ σχένια αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ κ. τ. λ.

α. 1. 22. Ἀλογῆσαι προσάττει παντὸς δημοσίου  
καὶ προσκαίρεις πράματος, καὶ εἰς ἔτα βλέψαι  
σκοπὸν τῷ ἐπὶ γε τῷ δεῖν ἔκαστον δημοσίωσαι  
τὸν εὔντελον πυχνόν· ὃς ἂν τοίνυν ἦ, φοσὶν, ἐπὶ<sup>τὸν</sup> δώματος, μὴ καταβιώτω ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀραι  
τὰ σκένια αὐτοῦ· ἔστι δὲ διὰ τούτων, τῷ ἐν  
ἀναπτύσσει καὶ πλούτῳ, τῷ φενοσήσασι κο-  
σμικαῖς βούλεσθαι δηλοῦν· ἀεὶ γάρ πως οἱ ἐν  
δώμασιν ἐτηκότες, ἀπόβλεπτοι γίνονται  
τοῖς τῷ οἰκίᾳ φενεστηκόσιν· εἰ τις τοίνυν  
τοιοῦτος ἐστι, φοσι, μηδένα ποιείσθω λόγον  
κατ' ὅπερνον παῖρον τῷ ἐναποκειμένων τῇ οἰ-  
κίᾳ σκεδῶν· ἀγενησα γὰρ ταῦτα καὶ ἀσυτελῆ

niumque dominum stipante. Veniet itaque sicut fulgur, non autem clam. Nec cuiquam credendum est dicenti: ecce hic, ecce illic. Aliam hanc quoque amputat de corde discipulorum suspicionem. Existimabant enim ipsum, perlustrata Iudea, deinde ad urbem Hierusalem reducem, statim illic Dei regnum manifestaturum. Quare et accedentes dixerunt: an hoc tempore, Domine, Israheli regnum restitus? Sed et liberorum Zebedaei mater, hoc futurum expectans, accessit, honorem illis cathedrae postulans. Ergo ut scirent, oportere ipsum antea salutarem sustinere passionem, et mortem morte propriae carnis extinguere, mundoque peccatum expellere, principem item huius saeculi profligare, et sic deinde ad patrem ascendere; tum suo tempore rursus apparere, ut mundum aequo iure iudicet, ait se ante oportere multa pati.

— Quia vero insperato, nulloque praesciente apparebit, simulque praesentis saeculi finis aderit, sic ait fore consummationem ut temporibus Noë ac Loti. Deliciabantur enim, inquit, secure, manducabant, et bibebant, vendebant, emebant, et aedificabant. Verumtamen illos aquarum extinxit impetus, hi autem ignis praeda atque esca fuerunt. Quid ergo hinc significatur? Vult nos Christus semper vigilare, et paratos esse orandae defensioni ante Dei tribunal.

In illa die qui fuerit in tecto, et vasa eius in domo etc.

Flocci facere iubet rem quamlibet terrenam ac temporalem, atque unum præ oculis scopum habere, ut animam quisque suam salvet. Qui ergo, inquit, supra tectum fuerit, ne descendat in aedes ut sua vasa sumat. Videtur autem his verbis hominem in otio et opibus mundanoque splendore versantem velle denotare. Nam qui in tectis sunt, conspicui sunt illis qui domum circumstinent. Si quis ergo huiusmodi est, ne det operam illo tempore, ut partem ullam repositorum in aedibus vasorum sumat: inutilia erunt enim haec, nec

quicquam eius commodis profutura: « nam thesauri nihil impios iuvant, prout scriptum est; iustitia autem a morte eripit. » Sed et si quis, inquit, in agro fuerit, ne regrediarit: id est si quis studiose laboribus impendit operam, et excolendi spiritus gerit sollicitudinem, ac honorum sudorum mercedem colligit, ne retro cedat. Namque ut ipse alibi Christus dixit « nemo mittens manum suam ad aratum, et conversus retro, regno caelorum aptus est. » Quare ad studia sacra sine paenitentia incumbendum est, ne id forte patiamur quod illi feminae accidit in urbe Sodomis, cuius ipso exemplo Christus utens ait: mementote uxoris Loti; quae Sodomis egressa, deinde regressa, salis statua facta est, id est fatua ac lapidea. Ergo viriliter ad propositum finem tendendum est.

Quicumque quaesierit animam suam salvam facere, perdet illam.

Quo pacto perdat aliquis animam suam, ut illam salvet; vel quomodo salvare existimans, perdat ipsum, Paulus declarabit, de sanctis quidem dicens: « qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. » Nam qui vere fideles servatori nostro Christo sunt, suam crucifigunt carnem, id est mortificant; labores nimirum et pro religione certamina exantantes, et carnales cupiditates mortificantes. Scriptum est enim: « mortificate membra vestra quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam. » Qui ergo in rebus huiusmodi mortificantur, hi animam suam servant; qui vero voluptariam amant vitam, putant fortasse animam suam possidere, sed contra potius illam amittunt. « Quoniam qui seminal, inquit, in carnem, de carne metet corruptionem. Alioquin etiam animam suam aliquis perdens, prorsus illam servat; quod beati martyres egerunt, usque ad sanguinem decertantes, et germanam suam erga

πρὸς ὄντων αὐτῷ. « οὐ γὰρ ὁ φίλος θισταροὶ ἀδέμας, καὶ τὸ γεγενημένον \*, δικαιούντη ἐγένεται ἐπὶ Θανάτῳ, ἀλλὰ καὶ εἰ τις ἦ, φοιτὸν, ἐν ἀρχῇ, μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὅπιστα τούτους εἰς εὐρίσκοιτο τις ἐν φιλεργίαις ὑπάρχων καὶ πόνοις, καὶ τανυματικῆς εὐκαρπίας ἐπιμέντης, καὶ σύν ωρῶν ἀγαθῶν συλλέων μισθών. μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὅπιστα· ὡς γὰρ αὐτός πε πάλιν ἐφι Χριστὸς \* καὶ οὐδεὶς βαλλὼν τὸ χεῖρα ἐπὶ ἄροτρον, καὶ σφαφεὶς εἰς τὰ ὅπιστα, εὐθετές ξεῖν εἰς τὸ βασιλεῖαν τὸ οὐρανὸν, , οὐ γὰρ ὁ ἔχεις τὸ ιερῶν αὐθαδυτῶν, ἀμετασχέπτοις ὄρμασι, οὐτα μὴ τέτο πάθωμα ὃ δὴ καὶ συνέβη παθεῖν τὸ ἐν Σοδόμοις γυναικα, μηδὲ τὸ λαβθεῖν εἰς παράδειγμα, φοιτὸι μημονεύετε τὸ γυναικὸς Λότης ἔξελθοῦσα γὰρ ἀπὸ Σοδόμων, εἰδὸς πονοστήσασα, σύντη \* γέζοντεν ἀλός, τούτους εἰς ἀπεμωράντης ἡ ἀπολιθώθη· δεῖ δὲ οὖν ἀντέχειν νευκαῆς τὸ προτείνετος σκοποῦ.

Οὐ ἐάν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσεις αὐτοῦ.

\* PROV. X.

\* Luc. IX. 62.

v. 32.  
\* cod. πονοστήλη.

v. 33.

Πᾶν ἀπόλυτον τις ἔαυτοῦ ψυχὴν, ἵνα αὐτὸν δρεσθωσῃ, η κατά τινα ἕπον ὁ θραστὸς νομίσας, ἀπόλυτον αὐτὸν, σαφνινέται λέγων ὁ Παῦλος. \* περὶ μὲν τὸ ἀγίων :: οἱ γὰρ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τὸ σάκρα ἐταύχωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ τὸ θειθυμίας ::, οἱ γὰρ ὄντως γεγονότες γυνήσιοι τῷ ἡμέρᾳ σωτῆροι Χριστῷ, τὸ ἔαυτὸν σωροῦσι σάρκα, τούτους θανατοῦσι πόνοις διλονότι καὶ τοῖς εἰς εὐδίβειαν ὀμιλοῦντες ἀγώστι, καὶ κατανευροῦντες αὐτὸν τὸ ρεόντα γέγενηται λάρη \* τὸν γεγονότας τὰ μέλι τὰ ἐπὶ τὸ γῆς, πορνείαν, ἀπαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὸν αἰλονεζίαν ::, οἵσοι οὖν τούτων ἔνεκα νευροῦνται, οὗτοι σεσκάστοι τὸ ἔαυτὸν ψυχὴν. οἱ γε μὲν τὸ φιλίδονον ἀγαπῶντες βίον, τάχα τε τὸ ἔαυτὸν οἰονται καταθεῖ ψυχὴν ἀπολύτοις τῷ πάντως αὐτῶν :: ὃ γὰρ σωτήρων, φοιτὸν \*, εἰς τὸν σάρκα, ὃν τὸ σαρκὸς θερίσει οὐθοράν ::, ἀπολέσας δέ τις καὶ ἐτέρως τὸ ἔαυτόν τοῦτο πεπράχασιν οἱ μακάρειοι μάρτυρες, τῶν μέρει τοῦ ψυχῆς ἐδίματος διεγείκοντες ἀγῶνας, καὶ εἰς Χρι-

A. f. 235.  
C. f. 144. b.  
D. f. 58. b.

\* Gal. V. 21.

\* Coloss. III. 5.

\* Gal. VI. 8.

σὸν ἀδέπτη τὸ γνήσιον, οὐα τίνα σέφαρν, Φὲ ξαῦτῶν ἀνάλαρτες κεφαλαῖς· οἱ γε μὴν ἔξι ἀνάθρεψ ψυχῆς καὶ γνώμης ἀρνισάμενοι Φὲ τίσιν, οὐ τὸ Θεατήνα δὲ σαρκὸς εργα-  
γύοντες Θάρατον, οὐτοι φοευται Φὲ ξαῦ-  
τῶν γεγόνατο ψυχῆς· κατοικήσοται γὰρ  
εἰς ἄδου, Φὲ κακαιδρίας ισχέονται δίκαιοι.

Ταύτη τῇ νυκτὶ ἔσονται ένοι ἐπὶ κλίνης μιᾶς· ὁ εἰς παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἔτερος ἀφεθήσεται.

A. 1, 2<sup>nd</sup>, b.  
 B. 1, 1<sup>st</sup>, b.  
 C. 1, 1<sup>st</sup>, 1.  
 D. 1, 1<sup>st</sup>, b.

Νόκτα γε μὴν ὄνομάζεται τὸ κρίσεως καιρὸν, διὰ τοι, καθάπερ οἵδημαι, τὸ ἀσυμφανὲς καὶ ἀπροσδέκατον οὐ αὐτοῦ παρεσίας. Διὰ τὸ δύο τὸ ἐπὶ κλίνες ὄντων μιᾶς, οἰκεῖ ὑπαντίτερος σχῆμα ἀναπαύσιν ηγαντούτῳ, καὶ ἴσομοιροῦντας ἀλλήλοις κατά γε φημὶ τὸ ἐν εὐπαθείαις εἶναι κοσμικαῖς πλίνη Γάρ ἀναπαύσεως σύμβολον· ἀλλ᾽ εἰς ἔξι αὐτῶν, φησι, ὁ θαλαποθήσεται, οὐδὲν ἀφίεται πῶς ήτίνα ζόπον; οὐ Γάρ πάντες οἱ ἐν πλούσιῳ καὶ ἀναπαύσα τοεσύντες τῇ καὶ τόρδε τῇ βίον, πυρηνοὶ γεγέναιοι καὶ ἀμελίκτοι· τί γάρ; εἰ πλούσιος μὲν ἔσι τίς, ξενίστος δὲ καὶ φιλοικτέλεμον καὶ τὸ πίσιν ὅρθος, οὐδὲν ὁθαλαμοβάνεται· διὸ γε μὴν ἔτερος, ὡς μὴ γενοῖντος τοιοῦτος, ἀφεύθεται· διὰ τὸ ἀληθεστῶν, οὐκούς δέντεν ἐν πτωχείᾳ καὶ πόνοις ὄντας ὑποδηλοῦν· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ αὐτῶν δὲ τούτων φησι, πολλὴ τίς έστι δρυφορά· οἱ μὲν γὰρ τὸ δι πτωχείας φορτίον ψυχίων φέοντες, σωφρόνιος τε καὶ ἐπικαῦς βίσσους, οὗτοι πρᾶγματι φέρονται, δίκαιοι δηλορέτι τυγχάνοντες· οἱ δὲ μὴ τοιότοι, δειγοὶ δὲ μᾶλλον πρὸς καινοργίας, καὶ ἀτάσθιος φυλοτοποῖος ἀπατηδευταί, ἀφεύθεται, τῇ διὰ πυρὸς ὑποκεισθέντοι διηνύ· ἔσται τοίνυν καὶ ἐπὶ αὐτοῖς πλείστη τίς καὶ ἀκριβέστερος ζόπον οὐ δοκιμασία· καὶ ὁ μὲν ζητός, ὁθαλαποθήσεται· διὸ γε μὲν οὐ τοιοῦτος, ἀφεύθεται [1].

Christum caritatem, coronae instar, capit  
suo circumponentes. Sed qui animi senten-  
tiaeque mollitie fidem negaverunt, et praec-  
sentem carnis mortem vitayerunt, hi re-  
vera animarum suarum carnifices extite-  
runt. Abibunt enim ad inferos, suaque  
ignaviae poenas sustinebunt.

In illa nocte erunt duo in lecto uno; unus adsumetur, et alter relinquetur.

Noctem quidem nominat iudicii tempus, quemadmodum ego arbitror, propter incognitum et improvisum Christi adventum. Per duos autem qui in uno sunt lecto, innuere videtur homines in otio opibusque viventes, mundanasque voluptates aequae invicem participantes: nam lectus requiei symbolum est. Sed ex his hominibus unus, inquit, adsumetur, et alter relinquitur. Cur? vel quomodo? Quia non omnes qui in divitiis et tranquillitate praesentem vitam exegerunt, improbi fuerunt et immisericordes. Quid enim? Si quis dives quidem est, simul tamen clemens et misericors atque orthodoxus, hic sane adsumitur: at alter, quia talis non fuit, relinquetur. Per feminas vero molentes, videtur pauperes et laboriferos homines subindicare. Sed in his quoque grandis est, inquit, diversitas: alii enim paupertatis pondus viriliter ferentes, modesteque ac mansuetae viventes, utpote iusti adsumentur: alii vero cum non fuerint huiusmodi, sed acres potius ad maleficia, et cuiuslibet nequitia studiosi, relinquuntur, ignis poenam experturi. Erit itaque circa hos quoque plurima et accurata morum exploratio; et bonus quidem adsumetur; qui vero secus fuerit, relinquetur. — Quum di-

(1) Heic paulo amplior est Cyrus apud Corderium in lat. cat. « Cyrus. Valde autem accommodata  
defectionis tempus, et rationalis lucis privationem, noctem appellavit: nocte siquidem et tenebris dete-  
rior hominum tunc erit constitutio, propter amentiam et errorem qui tum illos adprehendet. Quapro-  
pter, inquit dico vobis, duo erunt in lecto uno, et duo erunt in molendino, quorum unus assumetur  
tamquam alienus ab ira, et alter relinquetur igni tradens, quem thesaurizavit sibi in die irae. Atque  
ita fieri separatio proborum et amicorum Dei ab improbis, ne indifferente ira superveniens etiam iustos  
adprehendat. Quapropter sicuti ad Lot misit Deus angelos suos, qui illum e Sodomorum eversione edu-  
xerunt, sic etiam ante consummationem universi, ante quam improbus ira corripiat, ne una cum hoc  
mundo iusti condemnentur, mittet quoque angelos suos, qui impii poenam passuris in terra re-  
lictis, sanctos et iustos ad Deum adducent. Tunc duorum in lecto iaceantium, unus tamquam Deo dignus

xisset, adsumetur, utiliter immo necessario interrogat discipuli: « ubi, Domine? Qui dixit illis: ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilae. » — Quid vero est hoc? Ex re communi ac manifestissima, grande atque profundum mysterium innuitur. Quale porro hoc est? Descendet nimurum caelo, ut aequo iure mundum iudicet: sed tamen angelos suos praemittet, qui a peccatoribus iustos sanctosque secernent, eique exhibebunt; reliquos autem in terra relinquunt, puniendo videlicet. Huiusmodi aliquid sapientissimus quoque Paulus significat scribens: « dico enim vobis, quod nos qui vivimus, qui residu sumus, non praevenimus eos qui dormierunt; sed ipse bucina clanget, et mortui in Christo resurgent incorrupti, in puncto temporis, in ictu oculi. Et nos qui vivimus, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aërem, et sic semper cum Domino erimus. » Sicut ergo iacente cadavere, carnivorae aves in id convolant; ita cum filius hominis veniet, tunc omnes aquilae, id est qui alte volaverint, et supra terrenas mundanasque res sese extulerint, ad ipsum concurrent.

## CAP. XVIII.

Quoniam oportet semper orare et non desicere.

Sine intermissione itaque oportet orare, secundum beati Pauli dictum; bene conscientes firmiterque credentes, omnia Deum invocatum feliciter posse praestare. « Postulet enim quisque, inquit, fide nihil haesitans. Nam qui haesitat, similis est fluctui maris qui a vento movetur et circumfertur. » Certe huiusmodi homo haud puteat quicquam a Domino accepturum: nam

adsumetur; alter vero, quippe dignus quem impiorum ira punitoque corripiat, relinquetur. Eadem erit ratio de duabus in uno molendino molentibus. Molentes autem appellavit eos qui tenuerunt atque inopem inter homines vitam ducunt. In lecto vero iacentes vocavit eos, qui mollem et dissolutam vitam traduerunt. Simile quid etiam Moyses scripsit in exodo (XII. 29.) ubi ait iram Domini percussisse primogenita Aegypti a primogenito Pharaonis usque ad primogenitum captivae quae erat in carcere, aut eius quae pinsebat in mola. Per quod, ut nobis scriptura innuit, et in fastigio honoris existentes, et infimos atque abiectissimae conditionis homines voluit significare. »

— Εἰπόντος γε μὴν τὸ ὄντα φθάληθίσται, ξενίσμως καὶ ἀγαγκαῖος διερωτῶσιν οἱ μαθηταὶ ποὺ κύριος; ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς: ὅπε τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί.

— Καὶ τί δὲ τοῦτο ἔστιν; ἀπὸ κοινοῦ καὶ ἐμφανεστάτη πράγματος, μέγα καὶ βαθὺ μυστήριον ὑπανίττεται. Καὶ ποῖον τοῦτο ἔστι; καταβήσται μὲν Γάρ εἴξοργανόν, θνατίην τὸ οἰκεμένῳ ἐν δικαιοσύνῃ· ἀλλὰ αὐτός φοστὸν ἀποσελεῖ οὖσα ἀγέλεις αὐτοῦ, καὶ ἐκλέγεται εἰς τὸ ἀμφιτραλόν τὰς δικαιίες τῆς ἀγίας, καὶ προσοίσθισιν αὐτῷ· τούς γε μὴν ἐπέρεις ἀφίαστον εἰς γῆν, κολασθησομένους διηλονότι· τοιοῦτόν τι καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος ὑποδολοὶ γεράφων. \* « λέσσι γὰρ ὑπὸν, διτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ πελεκυπόροιο, οἱ μὴ φθάσωμοι οὖσα κομιθέντας, ἀλλὰ αὐτὸς σαλπίσιν, καὶ οἱ νεκροὶ εἰς Χριστὸν ἀναστήσονται ἀφθαρτοί, εἰς ἀτόμῳ ἐν ρίτῳ ὅφθαλμοῦ· καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, ἀμά σαν αὐτοῖς ἀρπαγησομένα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου, εἰς αἴρα· καὶ οὕτως ἀντοτέοντας σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα·,, ὥστε οὖν σώματος καμένα νεκρός, τὰ σαρκοβόρα τὴν πτηνῶν ἐπὶ αὐτῷ συντέχει, οὕτως ὅταν ὁ νίδος τὸν αὐθεόπον ὄφελον παραγένηται, τότε δὴ πάντες οἱ ἀετοί, τούτεσιν οἱ τὰ ὑψηλὰ πετόμοιο, καὶ τὸν οὐτισμὸν Καὶ κοσμικὸν ἀνεγμένον παραγμάτων, ἐπ’ αὐτὸν συνδραμένται.

## ΚΕΦ. ΙΙΙ.

Πέδος τὸ δεῖν πάντοτε προτεύχεσθαι, καὶ μηδὲ ἐκκακεῖν.

\* Αδελείπτως οὖν γεννὶ προσεύχεσθαι, καὶ τὸ μακαρία Παύλος φωνὴν \*, εὗ εἰδότας καὶ ἀρροτάς πισεύοντας, διτι πάγτα δύναται κατορθοῦν ὃ ὄφελον παλαιόν μοιος· αἰτείτω Γάρ τις, φησι \*, πίστα μιδὲν ὄφελον μοιος· ὁ γάρ ὄφελον μοιος, οὐκέτι κλίδωνι Θαλάσσης, ἀνεμοζομένω καὶ ρίπιζομένω· μὴ γάρ οὔσεσθαι οὐσία τὸ ἄνθερωπος ἀπελείνος, ὡς ληψήται τι παρὰ τὸ κυρίον· οὐθριστὸς γάρ οἵκο-

v. 26. 37.  
A. f. 234. b.

B. f. 1. D. 7.  
D. f. 58. b.

\* I. Thess. IV.  
14. seq.

v. 1.

A. f. 236.  
C. f. 184. b.  
D. f. 59.  
D. f. 1. Thess. V. 17.

\* Iac. I. 6.

λογομένως ὁ θύγαιορύθμος· εἰ γὰρ μὴ πεπίστευκας ὅτι ἐστὶ σὺν αἴστοις ἀποπερανεῖ, μὴ ἡ προσέλθης δλως· ἵνα μὴ κατήγορος εὑρέθης τὸ πάντα λογόντος· διψυχίσεις ἀβούλως· ξεῖ τοιγαροῦν τὸ σύντοις αἰσχύλαν ὑδαιτεῖδεν νόσον· ὅτι ἡ τοῖς οὐκέτερως ἡ ἀτημελῶς, ἀλλ' ἐν περιποίησι ἡ ἀμφιλεπίτως ποιεύμένος τὰς λιτὰς κατατίσουν ὁ Θεός, ἢ προκειμένην ὁδοβολή πιστώσεται· εἰ γὰρ τὸ ἄδικον κειτὴν, τὸ μήτε Θεὸν φοβούμενον, μήτε μὲν ἀνθρώπον ἐντεπόμενον, δεδυσπόπικες τῷ χίρας ἡ συνεχῆς πρέσσοδόςθ, ὡσεὶ τῇ ἀνογτα ποιῆσαι τὸ ἐκδίκησιν αὐτῆς, πᾶς ὁ φιλοικτέρρων ἡ μισοπόνητος, ὁ τοῖς ἀδαπτῶσιν αὐτὸν χείρα νέμων δεῖ τὸ σόλεσαν, οὐ προσδέξεται μὲν προσιόντας αὐτῷ καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ, ποιῆσαι τὸ ἐκδίκησιν αὐτῶν ὃς ἔξειλεγμένων;

A. f. 236.

\*cod. καπτανητήσιον.

\*Αλλὰ Γέρο τινες δλως οἱ ἀδικοῦντες αὐτῶν, φέρε διν φίέσε καταβρίσαωμεν. \* ἀδικεῖσιν ἀγίας πλεῖστοι, τέ δοσοὶ καὶ ἔπι πολλοῖς, τὸ δὲ ἀδικεῖας δρθοτεμεντάς λόδον, οἱ τὸ ιερῶν δομάτων ἀνεπιτέμονες, καὶ πάντας ὄρθοτητος ἀπεννεμένοις οὗτοι δεῖ εἰσι, τὰ μιαρὰ καὶ βεῖηλα τὸ αἱρετιῶν ἐρμασήσια, ἀπέρ τὸν εἶποι τις θανάτος πύλας οὗτοι διωγμούς καὶ θλίψιες ἐπάμεστοι τοῖς δρθοποδῆσι περὶ τὸ πίστιν· καὶ τούτων οἱ Θεῷ γνώριμοι ποιοῦνται τὰς λιτὰς, τούτης ἀγίας ἀποσόνεις ἀπομιμούμενοι, οἱ τὸ Ιεδαίων σκαιότητος κατακεκρυπότες, ἔφασσον. \*

Act. IV. 29.

“ καὶ τὰ νῦν κύριε, ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σα μὴ παρρησίας λαλεῖν τὸ λόγον σα·,, Ἀλλὰ γὰρ οἵσως ἐρεῖ τις τοῖς ἀγίοις ἀποστόλοις ἔφη πάτερ Χριστὸς· \* ἀδαπτές τοῦ ἔχθρος ὑμῶν, ἠροσεύχεσθε ἐπὶ τὸ ἐπιπρεπόντων·,, πᾶς οὖν ἄρα προσευχόμεθα κατ' αὐτῶν, εἴτα τὸ θείας εὐκαὶ ἀλογίσθωμεν ἐποτλῆς; πρὸς τοῦτο φαμέν· ἀρ' οὖν εὐχόμεθα παρρησίαν αὐτοῖς καὶ ισχὺν δοθῆναι παρὰ Θεοῦ, ἵνα τοῦτα αὐτὰ πρεσβεύοντες μὴ ἐνσι μυσταγογεῖν; καὶ πᾶς οὐκ εὕηθες παντελῶς τὸ κεῖμα ἐστίν; οὐκέτι δταν μὲν εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ τὰ παρά τινας ἔρχονται αλημμελήματα, τότε δὴ τότε καύχημα ποιούμεθα τὸ ἐπὶ αὐτοῖς ἀμνησίκακον καὶ φιλάληλον·

Euseb. VI. 27. 28.

sine dubio facit iniuriam qui haesitat. Nisi enim credideris, Deum precibus tuis fore consensurum, numquam ad eum supplex accedas; ne accusator omnipotentis fias, dum inconsulte haesitaveris. Oportet itaque tam turpem morbum aversari. Quod autem nec ambitiose nec temere orantibus sed studiose atque incessanter, Deus annuet, praesens parabola confirmabit. Nam si iniustum iudicem, qui neque Deum timebat, neque hominem reverebatur, perseverans viduae instantia pudore suffudit, ut, invitus licet, ius ei redderet, quomodo ille misericors et iniquitatis osor, qui salutarem semper diligentibus ipsum manum porrigit, sibi diu noctuque supplicantes non exaudiet, eosque tamquam electos defensabit?

Sed quinam omnino adversus eos iniuriosi sint, age iam videamus. Sanctos, qui veritatis doctrinam recte docent, plurimi admodum et multifariam offendunt, qui sacrorum dogmatum sunt imperiti, et procul omni recta via deferuntur. Sunt autem hi, exsecrables et impuræ haereticorum officinae, quas merito quis appellari mortis ianuas. Hi persecutiones tribulationesque recte in fide incidentibus concitant. Contra hos amici Dei preces fundunt, sanctos imitantes apostolos, qui adversus Iudeorum nequitiam reclamantes aiebant: « et nunc, Domine, respice in minas eorum, et da servis tuis cum fiducia loqui verbum tuum. » Atqui aliquis fortasse, dicet: sanctis apostolis ait aliquando Christus « diligite inimicos vestros, orate pro calumniantibus vos. » Quomodo ergo orabimus contra ipsos, quin simul divinum praeceptum negligamus? Ad haec respondemus. Num igitur orabimus, quòd fiducia improbis viresque suppeditentur a Deo, ut eos qui sic orant non sinant religionem propagare? Quid ni hoc usquequaque factum negotium sit? Cum ergo contra nos ipsos aliqui peccant, tunc enimvero obliisci iniuriarum, et amorem exhibere glo-

**riabimur:** tunc sanctorum patrum exempla  
sectantes, verberent licet, convicientur,  
alia iniuriarum genera inferant, omni eos  
culpa absolvemus, iram doloremque omit-  
temus. Sed cum in ipsam Dei maiestatem  
peccaverint aliqui, et sacram sacerdotum  
praedicationem, bella et tribulationes cu-  
mulantes, tunc Deo supplicamus auxilium  
eius implorantes, et adversus ipsiusmet  
gloriae hostes reclamamus. Sicut nimirum  
et magnus Moyses, qui ait: « exsurge, Do-  
mine; dissipentur inimici tui; fugiant om-  
nes qui oderunt nomen tuum. » Ipsa quo-  
que sanctorum apostolorum verba demon-  
strant, non parum prodesse divinae do-  
ctrinae, si infirmetur quodammodo perse-  
cutorum manus: respice, aiunt, in minas  
eorum; id est illorum adgressiones fac va-  
nas; daque servis tuis cum fiducia loqui  
verbum tuum. Nam quod orthodoxam do-  
ctrinam nonnulli cauponaturi forent, at-  
que a recta fide multos alienaturi, pae-  
dixit dicens:

Verumtamen filius hominis veniens, putas  
inveniet fidem in terra?

Profecto haud hoc ignorabat. Cur? Quia Deus rerum omnium conscius est. Significat autem fore ut frigescat multorum caritas, et deficiant aliqui extremis temporibus a recta et inviolabili fide, attendentes fraudulentis spiritibus et falsis hominum sermonibus mentem cauteriatam habentium. Adversus quos, tamquam fideles famuli ad Deum nos accedimus, orantes ut inefficaces sint illorum improbitates, et contra illius maiestatem conatus. Offendunt autem Dei famulos alii quoque nonnulli, contra quos plane inculpabile erit nostrum certamen quod oratione fit. Quinam vero hi? Improbæ et contrariae potestates, et omnium hostis Satanæ, is qui cuilibet bene vivere volenti acriter adversatur, qui in nequitiae foveas dormitantes impellit, qui denique peccati omnis semina nobis immittit. Urget enim nos intolerabiliter cum propriis satellitibus. Quam ob rem incla-

τότε έστιν ὡγίας πατέρας ἀπομιμούμενοι, καὶν ταῖσι, καὶν ἴβρίζωσι, καὶν ἔτερος ἡμῖν πλεονέκτης ἐπιφέρουσι θέρπες, ἀπαλλάξομεν πάσις αἰτίας αὐτῶν, κρείττινος ἐσομέθα οὐδὲ γῆς Κλάυπης· ὅταν δέ τινες εἰς αὐτὴν ἀμφιτάνωσι τὸ θεῖον δόξαν, τὸ τὸ θεῖον ιερεψούντων κύριμα, πολέμους ηγεθήσεις καταστρεψοντες, τότε πρόσιμην θεῷ, τὸ παρ’ αὐτῷ ζητεῦντες ἐπικερίαν, οὐδὲ τοιχορόντων αὐτῷ τῇ δόξῃ κατακερχυότες· καθάπερ ἀμέλει ηγεθήσεις Μωύσης· ἐφι γὰρ τοις οὐρανοῖς θεοῖς θεοῖς· μάρτυρες τοιχορόντων οἱ ἐχθροί σας· φυγέτωσαν τάντες οἱ μισθίντες τὸ ὄνομά σας· οὐδὲ μάντος ἢ τὸ εἰρημένον παρὰ ὑγίων ἀποσδέλων, καὶ δεῖξειν ἀν οὐκ ἀσυγτρέψαν πρὸς ὄντησιν τῷ θείῳ κηρύγματι, τὸ ἀσθενήσας πασι τὸ διωκόντων τὸ χειρῖται ἔπιδε γάρ, φοστιν\*, ἐπὶ ταῖς ἀπειλαὶς αὐτῶν, τούτεσι ματαίωσον αὐτῶν τὰς ἐπανασάσεις· ηγεθήσεις δούλοις σας, μηδὲ παρρίσιας λαλεῖν τὸ λόγον σας· ὅτι γὰρ ἡμελλον έστιν οὐρανούτος λόγος καπηλεύειν τινὲς, ηγεθήσεις πάσις πίστεως ἀποφέρειν πολλοὺς, προσαντεφθώντες λέγων.

Πλὴν ὁ οἰός τοῦ ἀνθρώπου ἐλαύνει ἄρα εὐρήσει  
τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς;

Num. X. 35.

<sup>a</sup> Act. loc. cit.

V. 5.

Οὐκ ἡγύνομε τοῦτο πόθεν; Θεὸς γάρ  
ἔστι οἱ πάντα εἰδῶν· ὑπερφαίνεις ἐστὶ φυ-  
γῆσται οὐδὲν τῷ πολλῶν, οὐδὲ ἀποδρα-  
μοῦνται τίνες εὐ ἐσχάτοις κατεῖσθιν ὅρθης  
ηὐ ἀδεβλήτω πίσεως, προσέχοντες τοιεύ-  
μασι πλάνοις ηὐ φύλακοις ἀνθράκων  
κεκαυτηριασμένων νοῦν· καθ' ἣν ᾧ οἰκέ-  
ται γνήσιοι τῷ θεῷ πρόσιμοι, ἀπράκτες  
αὐτῶν αὐθακαλοῦντες ἀνθρακίναι τὰς  
πονηρίας, ηὐ τὰ καὶ οὐτοῦ δόξην ἔπειχε-  
ρημάτα· ἀδικοῦσι ηὐ τὸν θεόν διλεινοτας  
ηὐ ἔτεροι τίνες, καθ' ἣν ἀρέγκλιτος οὐ παρ'  
ηὐ μηδεὶς εἴσαι πρέσοδος, οὐ διά γε οὐ προσδ-  
χης· τίνες ηὐ οὗτοι πάλιν; αἱ πονηραὶ ηὐ ἀν-  
τικείμεναι δυνάμεις, ηὐ οἱ πάντων ἀντίδικος  
στατανᾶς, οἱ τοῖς εὖ βιοῦν ἔθελσιν, ἀργεῖσις  
ἀντανιστάμενος, οἱ τοῖς φαυλότητος βέθοις  
ἐπεισ έστιν ιτυσάζοντας, οἱ πάσις ιμιν ἀνθρ-  
τιας ἐμφυτεύων πάρεμματα· ἔκπτωται γὰρ οὐ  
φορητῶς μηδὲ τῷ ιδίων οπασισῶν ηὐ ἐστὶ οὐτῷ  
δὴ τούτῳ κατατεβόηκεν αὐτῷ οἱ Φαλμα-

- A. f. 235.
  - B. f. 108.
  - C. f. 145.
  - D. f. 59.

\* ps. LXI. 4. δός, λέμων. \* “ ἔως πότε έπιπλεθεῖς ἐστὶ ἄνθρωπον; φογεύετε πάντες ὑμεῖς, ὡς τοίχῳ κεκλιμένῳ εἰς φραγμῷ ὀσμένων; .. ὥσπερ γέ τοῖχος πῦλον τὸ κλίνεσσαι παθῶν, εἰς φραγμός ὡσθεῖς πήγεν ἀναζητεῖς, αἴπετον εἰσόμως ἀθοῦντος τίνος, οὐτας ὁ ἀνθρώπους τοῦς, πλείσιν εἰς ἔαυτον ἔχον τὸ ρόπτην εἰς φιλιδονίας κοσμικὰς, πίπτει πρὸς αὐτάς ἐποίμως, ἐλκοντές τίνος εἰς πατερεθίζοντος ἔργον ἢ τούτο τῷ σατανᾶ· οὐκοῦν περὶ τούτων ἐροῦμεν ἐν προσδοκαῖς πρὸς τὸ δῆσσον τοις δυνάρχοντος ἀκόλυτον μη ἐπὶ τῷ ἀντίδικῳ μη ὅτι ἐπέργασθεν ὁ μονογενὴς τὸ βεῖλόγος θεούμαρος ἀνθρώπος· ὀκβέλην τοῦ γάρ τοι καθ' ἡμέρην τυχανίδος τὸ ἀρχοντα τὸ αἰώνιος τούτος, ἐξείλετο ἢ νέστωκε, εἰς τοῖς τὸ ἔαυτον βασιλείας ὑπῆγε ζυγοῖς· εἰς τὸν εἰς ὑμῶν τινὲς ὡς οἰκέται γυναικοὶ ἐν ἀδραιότητι πίστεως διεγνωριθήσονται παρὰ Θεοῦ ἐστὶ γῆς ὄντες· καλὴ τοίνυν ἡ ἐντελεῖξις ἢ διὰ συγχῆνος προσευχῆς· προσοδεῖξεται γάρ ἡ μῆρη τὰς λιτάτας, πληρώσῃ τέ τὰ αἰτήματα Χριστοῦ· εἰ γάρ τὸ κεττὸν ὃ ἀδικίας, τὸ μὴ πρὸς Θεὸν εἰς πρὸς ἀνθρώπους ἀπανταύεινται, εἰς πάστοις κακίας πεπληρωμένον, ἢ τὸ χιρρὸν προσεδέξεια εἰς καρτερίαν ἐμάλακτε, πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς τὸ πατέρα τὸ ἐλέες εἰς οἴκον ἐλαύνομεν, καθ' μαρκοθυμηὶ πρὸς τὸ παρόν;

Ἐπειράθησαν δέ τινες θεμεργότερον πώ τοῦ φθειροῦ ταύτην ἐρμηνεῦσαι, χάραν μὲν τὼ ἀποβαλοῦσσιν (¶) διάβολον, ψυχὴν λέγοντες· ἀντίδικον δὲ αὐτῆς, αὐτὸν καθ' οὗ καὶ πρέσσοις τῷ Θεῷ τῷ κεττῇ τῆς ἀδικίας, τούτεσι, τῷ κατακρίνοντι τὴν ἀδικίαν, ἐς οὐκ ἔχει Θεὸν ὃν φοβηθήσεται, οὐδὲ πρόσωπον ἀνθρώπου λαμβάνει, ὃς μὴ πώ προσέδερεύσαν αὐτῷ ψυχὴν οἰκτέρῳ· ἀλλὰ ταῦτα μὲν τολμηρῶς καὶ φαύλως τινὲς ἔξελάβοντο· ὃ μέν τοι κείθει, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῆς σωτελείας πρὸς ἕστι τότε κινδύνες τῇ προσευχῇ συντένως ζητεῖσθαι, θεπούρεργος· ὅτι ἀρχαὶ ἐλθῶν εὑρίσκει πώ πίστιν; ἐν σχηματι ἐρωτήσεως τὸ σώμαν τοις παρισῶν εἰωθε γάρ εἰπει τοῦ σωματίου, τῷ ἐρωτηματικῷ τρόπῳ γεᾶθει τοῦ κανταῦθα Δημητρίῳ, ὅτι βραχεῖς ἔσον-

mat illi psalmista dicens: « Quousque irruitis in hominem, interficitis universi vos; tamquam parieti inclinato, et maceriae depulsae? » Sicut enim paries iam inclinatus, et maceria depulsa sive subruta, illico procumbunt impellente aliquo, sic mens humana, plurimam naturaliter habens ad mundanas voluptates proclivitatem, in eas facillime decidit, trahente alio vel provocante. Est autem hoc Satanae officium. Ergo de his dicemus in precibus ad eum qui salvare potest: vindica me Deus de adversario meo. Quod sane fecit unigenitum Dei Verbum homo factum. Depulit de tyrannide sua principem huius saeculi, liberavit nos salvosque fecit, suique regni iugo subiecit. Nam ex nobis nonnulli, ut fideles servi, in fidei stabilitate conservabuntur a Deo, adhuc in terra manentes. Bona est itaque frequentis orationis consuetudo. Excipiet enim nostras preces, et postulatis annuet Christus. Nam si iudicem iniustum, qui neque Deum neque homines reverebatur, viduae adsiduitas et perseverantia flexit, quanto magis nos misericordiae patrem ad pium sensum trahemus, etiamsi forte in praesentiā mōretur?

Moliti vero sunt nonnulli parabolam hanc curiosius interpretari: nempe viduam, quae diabolum (ceu pristinum virum) abiecit, animam esse dicentes: adversarium vero eius, ipsum diabolum, contra quem fit supplex Deo iniquitatis iudici, id est qui iniquitatem condemnat; qui quidem non habet alium Deum quem timeat, neque humanam personam veretur, et supplicis sibi animae miseretur. Sed enim audacter haec et perperam ita quidam intellexerunt. Dominus quidem, quia tempore mundanae consummationis, propter instantia tunc pericula constanter ad orationem est incumbendum, subdit: num quum venerit, fidem inveniet? figura nimirum interrogativa ratiocinat denotans. Solebat enim in re rara, interrogativo modo uti; sicuti et nunc,

significans paucos fore qui fidem retinebunt, eamque apud paucos se in terra reperiturum quum nubibus insidens venerit.

Ut autem discas quali poenae sit obnoxius is qui alios condemnat, nec suorum potius peccatorum paenitentia tangitur, ex ipsis tibi evangelii testimonia exhibebimus. Itaque beatus hic Lucas de ipso servatore nostro Christo ait: « dixit autem et ipsis parabolam, de illis qui se ipsis iustos dicebant, et ceteros aspernabantur. » Quaenam porro est haec parabola?

Duo homines ascenderunt in templum  
ut orarent etc.

Heic scilicet docet nos quemadmodum ad Deum precatio[n]es facienda sint, ne res sine effectu utentibus fiat; et ne dum putat aliquis utilitatem capere, hoc ipso sibi iratum faciat supernorum munerum datorem Deum. Scriptum est enim: est iustus qui perit in iustitia sua. En hoc loco pharisaeus condemnatus fuit, quia imprudenter instruxit orationem. Multae enim ipsius contra eundem militant culpae. Primum quia arrogans est et fatuus: admiratur enim se ipsum, quin sacrae litterae clament: « laudet te proximus, et non os tuum; alienus, et non labia tua. » Deinde quia nescivit, eum qui peccato resistit, non omnino esse summa admiratione dignum; sed studium aemulandi eos qui virtute praestare solent, id demum facere hominem splendidum et excellentem, atque in eorum numero collocare, quos merito admiramus. — Publicanus itaque procul constiterat; neque, ut ita dicam, oculos attollere audebat, sed pudibundo aspectu, animae timiditatem significabat. — Viden, ut fiduciam cohibens, quasi ea sibi nulla esset, conscientiae suea morsibus vulneratur? Vel solum quippe Dei conspectum revertetur, quoniam leges eius parvi fecerat; et ipso exteriore habitu iniquitatem suam accusat. Pectus tundit, peccata fatetur, ostendit velut medico morbum suum, misericordiam implorat. — Sicuti ne publi-

ται οἱ τὸν πίστιν φυλάττοντες. καὶ ἐν ὅλησιν αὐτὴν εὐρήσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν νεφέλαις ἐλθῶν.

<sup>A. f. 236. b.</sup>  
Ἴητα μὲν μάθης ὅσιων ἔχει ζημίαν τὸ  
κατακρίνειν ἑτέρους, καὶ μὴ ἐπὶ τοῖς οἰ-  
κείοις πταίσμασι μετανοεῖν, ὡς αὐτῶν σε-  
τὲ εὐηγγελίων πιστώσομεν· λέγει τοιχαροῦν  
οὗτῳ ὁ μακάριος Λουκᾶς περὶ τοῦ σω-  
τῆρος ἡμῶν Χριστοῦ. “ εἴπει Ἰητας ἡ αὐτοῖς καὶ  
προφετεύοντας περὶ τοῦ δικαιούντων ἐστέντων,  
ἔξουθενοντων δὲ ἐστὶν ἑτέρευτος, ” καὶ τίς η  
προφετεύοντα;

Ἄλλη ται τοι τοις ἀπεδεσμον εἰς τοις ιερον  
προστάταις κ. τ. λ.

V. 10.

<sup>A. f. 236. b.  
C. f. 113.  
E. f. 298.</sup>  
Ἐνταῦθα λαζ διδάσκει ἡμᾶς, τίνα γένη  
ἔχόντων τὰς πρέδες αὐτὸν ποιεῖθεν λιτάς, ἵνα  
μὴ ἄμισθον εὑρεθῇ τοῖς χρωμένοις τὸ γεῖμα-  
μὴ διδούσῃ ὥν ἂν τις ὀφεγεῖται νομίζοι, διὰ τού-  
των αὐτῶν παροξενήν καθ' ἐαυτὲς τὸ ἄνω-  
θεν χαεισμάτων δοτῆρα Θεόν· γέγεραται  
γάρ· \* διτὶ ἔστι δίκαιος ἀπολύμανος ἐν δι-  
καιῷ αὐτοῦ· ίδού γένεται τὸ φαεσταῖος  
κατακεκείται, διτὶ μὴ ἐπιτημόνιος ἐποιεῖτο  
ἢ προσευχήν· πολλὰ γένεται αὐτὸν αὐτοῦ  
τὰ ἐκλήματα· πρῶτον μὲν φορτικός γένεται  
ἄνεγξ· τεθαύμασε γένεται αὐτὸς ἐσαυτὸν, καὶ τοι  
βοῶντος τὸν ιερὸν γεάματος. \* “ ἐκκωμιαζέ-  
τω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν σόμα· ἀλλό-  
τιος, καὶ μὴ τὰ σὰ χεῖλα·, εἴτα, πήγόνσεν  
ὅτι τὸ κακῶν εἶναι κρείττονα, οὐχὶ πάντη  
τὴν πάντας ἀξιοθαύματον ἀποφαίνει τιά-  
τὸ γένεται πάντας φιλεῖν τοῖς εἰωθόσιν εὐδοκι-  
μεῖν, λαμπρὸν καὶ δραπετῆ, καὶ τοῖς δικαίων  
τεθαύμαστρούς ἐναρθίθμιον ἀπεργάζεται.

<sup>V. Prov. XXVII.</sup>

— Ο γοῦν τελώνιος εἰσῆκει μακρόθεν· οὐδὲ  
ὅσον εἰπεῖν ἀνατείναι τολμῆσθαι εἰς ὑψός ἐστι  
ὁ φθαλαρίς, ἀλλὰ τῷ ἐρυθρίῳντι βλέμματι,  
τὸ δὲ πυχῆς μηνύων ἀπαρρησίασον. — Ορέας  
ὅτι φεύγειντος τὸ παχύσιαν, ὡς ἐκ τῶν αὐ-  
τῶν, τοῖς ὑπὸ τὸ πωαεδότος ἐλέγχοις αλήτ-  
τεται; δίδιε γάρ καὶ μόνον ὁφθίναι θεῶν, ὡς  
διλίτιος φροντίσας τὸ αὐτοῦ νόμων· καὶ διὶ αὐ-  
τοῦ τὸ φαινομένη σχήματος, δὲ ἐαυτῷ φαυ-  
λότητος κατηπορεῖται πέπτε τὸ σῆθος, ὥρωλο-  
σεῖ τὰ ἐκλήματα, δείκνυσιν ὡς ἴαζε τὸ νό-  
σον, καὶ κατοικείειδες προσακαλεῖ. — Οπανερ

<sup>V. 12.  
A. f. 230.  
E. f. 298.</sup>

<sup>V. 14.  
A. f. 231. b.  
E. f. 299.</sup>

οὗν οὐδὲ δὲ τῷώντις [έξερθνι] τί λάρ φυτι περὶ αὐτοῦ, τὸ τὰς οἰκεῖας ἀμέτιας ὁμολογοῦντος, ὁ τῶν πάντων κριτής, ὁ τὰς καρδίας ἐπιμήσκων, ὁ τὰς πάντων δεχόμενος προσευχάς; “λέων ὑμῖν, κατέβη δὲ δεδικαιωμένος εἰς τὸ οἰκον αὐτοῦ, ἢ γὰρ σκέπτονος,, – Καὶ ἐν εἴ τις ὃδε γένοιτο χρηστὸς καὶ ἐπιεικῆς, μὴ ταῦτας ἔνεκα δὲ αἰτίας ὑπερβούτας γοσεῖτω· μεμνήσθω ὃ μᾶλλον Χριστοῦ λέγοντος τοῖς ἀγίοις ἀποστόλοις. \*“ὅταν ταῦτα ποιήσητε, δηλον ὃ διὰ τὰ δικτεταμένα, λέσετε ὡς δοῦλοι ἀχρεῖοι ἐσμέν· ὁ ὀφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν·,, ὁφείλομεν δε ὡς τοῦ ἀναγκαίου ζυγοῦ τῷ ἐπὶ πάντας θεῷ τὸ δελεῖαν, τὸ ὑποταγὴν τὸ εἰς πᾶν ὅτιον· ὃδέ τοις ὁπως ὁ τελώνης τὰ ἀμέτιματα ἀπεδύσατο, τὸ Φαρισαίος κατηγορίαν πράως ἐνεγκάνων; καὶ ὁ μὲν ἀπὸ δόξης, εἰς τὸ δὲ ἀτιμίας κατέπεσε βάραθρον ὃ διὰ ἀπὸ δὲ ἐπονειδίσεις ζωῆς, εἰς μακαρίαν ἐπανῆλθε κατάσασιν· καὶ ὁ μὲν πολλῷ τῷ μέσω δὲ πρὸς θεόν ἐγγύτιος ὄψεχώριστο· ὁ δὲ ἀρὸς δὲ παρρησίας ζώραν ἀνειλκυτο· καὶ ὁ μὲν ἐξ ὅγκου τεταπείνωτο, ὁ δὲ ἐπὶ ταπεινώσεως Ὕψωτο.

v. 15. Προσέργειον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη ἵνα αὐτῶν ἀπηταῖ.

A. f. 213. B.  
B. f. 169.  
D. f. 60.

Προσέθετο ποτὲ γύναια, καὶ δὴ καὶ βρέφη προσεκόμιζον αἱ μητέρες, ἵνα ἐπιθῇ αὐτοῖς τὰς κειμένας ὄχλον ἥ τὸ χεῖμα νομίσαγες εἶναι, ἀπειρονοὶ οἱ μαθηταὶ· αὐτὸς ἡ καὶ λίαν ἀσκένων προσίτο, λέγων· Ἀφέτε, τὸ γὰρ τοιούτων, η βασιλεία· ἐντεῦθεν ἀταλαίπωρον ιδεῖν, ἡς ἀπεκίνας σύμβολον τὸ ἀρτιγύριος θέτει παιδίον· νέα λάρωστερ κτίσις, τὸ βρέφος· οὐ βασιλανοτες μέν τοι τοῖς βρέφεσιν ἐπετίμων οἱ μαθηταὶ· ἀπονέμοντες ἡ μᾶλλον ἡς διδασκάλῳ τὸ χειών, Καὶ οἰογεὶ τὰς ὁσειτάς ὄχλοτοις ἀστέργοντες· οὐκ ἀσωτέτες δὲ ἡμᾶς εἶναι βούλεται Χριστός, φάσκων· τὸ γὰρ τοιούτων ἐστὶν, η βασιλεία τὸ οὐρανῶν· ἀλλὰ τῇ κακῇ νηπιάζειν, τὸ δὲ φρεσὶ τελείες ὑπάρχειν· τὸ γὰρ βρέφος, η ὀλίγα παντρύνεις, η οὐδὲν θλοις εἰδός, ἀπαλλάττοιτο ἀν εἰκότως δὲ ἐπὶ φαυλότητι καὶ πονηρίᾳ διστολῆς· οἷς καὶ ἡμᾶς ἐξομοιοῦνται προσήκει, ἀπλοῦν καὶ ἀπόγνορον διαζώντας

canus quidem despectus fuit. Quid enim de ipso dixit, propria peccata confitebitur, omnium iudex, qui corda novit, qui omnium preces recipit? « Dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam prae illo. » – Etiamsi aliquis bonus sit et pius, caveat ne ob hanc causam superbiae morbo labore. Meminerit potius Christi dicentes sanctis apostolis: « postquam haec feceritis, scilicet imperata, dicite: servi inutiles sumus; quod facere debueramus, fecimus. » Utique nos debemus, tamquam iugo necessario suppositi, supremo Deo famulatum, omnimodam inquam subiectiōnem. Viden ut publicanus peccatis se suis exuit, dum pharisei accusationem manuete pertulit? Et hic quidem a gloria in ignominiae barathrum decidit; ille autem e turpissima vita ad beatam morum regulam consurrexit. Hic multo intervallo a Dei familiaritate fuit seiunctus; ille ad fiduciae gradum fuit erectus. Hic e tumore depresso est, ille ex humilitate exaltatus.

Afferebant autem ad illos et infantes, ut eos tangeret.

Accurrebant aliquando mulierculae, et infantes quoque adferrebat matres, ut eis manus imponeret, quam rem molestam existimantes discipuli, illos arcebant. Is autem libenter admodum excipiebat dicens: sinite, horum enim regnum est. Hinc facile agnosciunt, innocentiae symbolum esse recens natum infantem; est enim nova veluti creatura, puer. Neque tamen livore aliquo increpabant puerulos discipuli, sed officium potius magistro praestabant, dum vanas veluti molestias arcebant. Neque ideo insipientes nos vult esse Christus, dum ait talium esse regnum caelorum; sed malitia puerulos, praecordiis perfectos requirit. Nam puerulus, vel oppido pauca, vel nihil sciens, merito malitiae atque nequitiae accusationem vitat. Quibus nos similes esse decet, simplicem et iuxtam vitam gerentes. Attamen perfectis praecor-

diis esse debemus, maturam habentes mentem ad perspicue sciendum quis sit omnium Deus, tum ad vitanda etiam diabolica scandala. Definitur enim philosophia, cum prudentia simplicitas.

Interrogavit eum quidem princeps etc.

Qui heic introducitur princeps ut accusatus ac suspicax, existimavit posse a se Christum coargui, quasi is Moysis spretis legibus, suas obtruderet. Accedit ergo, et benivole loqui simulat; nam et magistrum appellat, et bonum dicit, et se discendi cupidum profitetur. Iam quia tentator interrogat, merito is qui sapientes capit in astutia ipsorum, ait illi: si quidem non credis me esse Deum, cur vocabula uni convenientia supremae naturae mihi apponis? Cur bonus appellas, quem hominem arbitratu tuo iudicas? Nam bonus suapte natura Deus est, et haec illius propria est substantialiter insita et singularis dignitas, ut sit bonus; per participationem autem, angeli atque nos. Haec fuit verborum Christi sententia. Fortasse vero non patietur hanc sensuum rectitudinem quisquis impietas Arii censors est, dicetque: en manifeste negavit se esse bonum, idque deus uni patri Deo ut congruum adtribuit. Iam si esset ei consubstantialis, et ex eodem naturaliter natus, nonne ipse quoque bonus foret, utpote Deus? Verum his ita respondendum est. Quoniam tota orthodoxa atque accurata doctrina consubstantiam agnoscit patri filium, cur non hic sit bonus, si quidem Deus est? Non enim potest arbor bona malos fructus facere, neque ex dulci fonte fluvius pariter dulcis non procedere. Dei ergo boni bonus fructus filius; atque ut imago, gignentis pulchritudinem in propria natura demonstrat. — Sed haec quidem in praesenti sufficient; namque et-

βίον τελείν ἡ εἶναι χεὶς ἐφεσίν, ἑδράτων ἔχοντας τὸ νοῦν, εἰς τὸ εἰδέναι σαφῶς τὶς ὅ τῷ ὄλων Θεός. καὶ διεβολικῶν σκανδάλων ἀποφοιτῶν ἔστιν γὰρ ἕρος φιλοσοφίας (1), τὸ μὴ συέσσως ἀπλαστὸν εἶναι (2).

<sup>Ἐπηρώτησε τὸν αὐτὸν ἄρχαν κ. τ. λ.</sup>

Οὐ ἐνθάδε λεγόμενος ἄρχων, ἀκριβῆς εἶναι τὶς ὑποονούμρος, φήσῃ δύναται ἐλέγξαι Χριστὸν, ἀτιμάζοντα μὲν τὸ διὰ Μωϋσέως ἀντολὴν, ιδίας ἡ νόμους εἰσκεκομικότα· προσέρχεται τούνυν, καὶ χριστολογεῖν ὑποπλάττεται, διδάσκαλον γὰρ ὑποκαλεῖται, καὶ ἀγαθὸν ὄνομάζει, καὶ μαθητιῶν ἐπαγγέλλεται· εἰ ἡ πειράζων ἐπέθετο, εἰκότως ὁ δραστόρμυνς ἔστιν σοφοὺς ἐν τῇ παναργύᾳ αὐτῶν <sup>τόπῳ</sup>, φοτὶ πρὸς αὐτὸν· εἰ μὴ πεπίστευκας ἔτι Θεός εἴμι, πῶς τὰ μόνη πρέωντα τῇ ἀνωτάτῳ φύσις φεύγειθικάς μοι; καὶ ἀλλού ἀποκαλεῖται, ὃν δὴ καὶ νενόμικας ἀνθρώπων εἶναι τῇ σέ; φύσις γὰρ ἀγαθὸς ὁ θεὸς, καὶ ἕδιον αὐτοῦ καὶ οὐσιῶδης ἐμπεφυκός ηγέτηρον ἀξιωμα, τὸ εἶναι ἀγαθὸν, καὶ μέθεξιν ἡ ἀγγελοι καὶ ήμεταις καὶ ἔστι μὲν ὁ τὸ λόγιον σκοπὸς γέγονε τῷ Χεισῷ. Οὐκ ἀνέχεται ἡ ίσως ὁ τὸ οὐρανὸν ὁρθότοπος, ὁ δὲ Αρεΐς δυσαεβίας μέτοχος, φάσκων ἴδον σαφῶς ἡγενόταο εἶναι ἀγαθὸς, ἀνατίθησι ἡ ὡς μόνη πρέπον τῷ Θεῷ καὶ πατέρι· ἀλλ᾽ ἐπερήνη, φονοῖς, ὄμοσίοις αὐτῷ ηγέτης αὐτοῦ τῇ φύσιν, οὐκ ἀν ὑπῆρχε καὶ αὐτὸς ὡς θεὸς ἀσθέος; ἀλλὰ λεκτέον πρὸς αὐτούς <sup>τούτους</sup> πᾶς λέγος ὁρθότες τε καὶ ἀνριβῆς, ὄμοσίοις οἰδεῖν ὄτα τὸν πατέρι τὸν οὐδὲν, πῶς οὐκ ἔτινι ἀγαθὸς, θεὸς ὢν; οὐ γάρ δύναται δεινόδοξον ἀγαθὸν καρποὺς πονηρούς ποιεῖν, οὐδὲ ἐκ γηλακίας πηγῆς ποταμὸς πρέστειν οὐ γηλακίας. Λεοῦ τοιγάροιν ἀγαθοῦ, καρπὸς ἀγαθὸς, δὲ οὐτές· καὶ ὡς εἰπὼν, τὸ γηγένσαντες τὸ κάλλος ἐν ίδιᾳ φύσις δικινός. — Ἀλλὰ ταῦτα μὴ ἀπόξει πρέστες γε τὰ παρόντας εἴρηται ἡ καὶ τῷ Ματθαίῳ <sup>τούτῳ</sup>, προσδοκῶν-

(1) Intellige philosophiam praesertim christianam, ea notione qua saepe apud ecclesiae patres hoc vocabulum usurpat. Et vide Suicerum thesaur. eccl.

(2) Refertur ad Christi domini dictum Matth. X. 16: *estote prudentes et simplices*. Quo in effato philosophiae summa est.

3 Nempe ad Matth. XIX. 17. Periit . . . Cyrilli nostri ad Matthaeum commentarius, neque in Possini et Corderii symbolis, quiequam Cyrilli hoc loco occurrit.

V. 48.

A. f. 220.  
D. 1. 109.

V. 19.

1. 1. 13.

V. 2. 20.

τος ἡ Ἀρχοντος, ἀπούσεθμα λέγοντος τῷ Χριστῷ· ἀποπήδησον τῷ Μωϋσέως γραμμάτων, καὶ πρόσθι τοῖς δι’ ἐμοῦ Θεωπίσμασι· τοῦτο μὲν οὐν ἔφη, τὸ ἐνότα σκοτὸν τῷ πειράζοντι Θεοπρεπέστατα βλέπων· ὥστε ἦ οὐκ οὐσῶν ἑτέρων ἐντολῶν, πλὴν ὅτι μόνων τῷ δὲ Λαούσεως, πέμψει τὸ ἄνθρωπον πρὸς αὐτὰς, καὶ φονί·

Τέτοιοις οἶδας μη μοιχεύσῃς, μη φονεύσῃς κ. τ. λ.

Οἱ μέν τοι νόμοις πᾶν εἰδός ἀποφάσους ἐναλότητος, καὶ τὸν ἀνοσιότητος κατακιβδηλεὺς ἔροπτος οὐ γάρ μοιχεύσαις, φονίῃ, οὐ φόρμουσις\*, καὶ τὰ λοιπὰ ἐναργῶς ἀποφάσιν, τὸ μῆτε χεῦναι φονεῖν, μῆτε μὴν ἀλλοζίοις γάμοις ἐπιμεινεῖσθαι· καταδικάζων ἦ καὶ κλοπῆς, καὶ ὕπορκίας, καὶ τὸν πλεονεκτούρειν, καὶ ποιητὰς τοῖς πλημμελεῖσιν ὁρίζων εἴτα δὲ εἰς γονέας αἰδοῦς ἐπιμελητὰς ἡθοθετητι προσέταχεν, ἀξιοκτητα τοῖς εὑδοκιμεῖν ἐθέλεισι τὰ γένεα προθείσ- τιμα γάρ φονοὶ τὸ πατέρα σι καὶ τὸ μητέρα σι, ἵνα εὖ σι γένηται, καὶ ἐστη μακροχορδό- νιος ἐπὶ τὸ γῆς. — Ἐνόμιστεν ὁ δύσκολος καὶ δανός εἰς κακεργίας, καὶ τοι θεὸν ὅπτα τὸ ἐρωτάριμον σωματάσαν ἀνοικτή, πρὸς τὸ αὐτῷ δοκοῦν ἀποκρινόμορον· ὃ τὸ Χεισός, καὶ τοι πονηρὸν ὅντα, οὐκ ἀπεσθέσεν.

“Οἱ δὲ κάκιστας ταῦτα, περίλυπος εἴνετο·,, “Ο τὸ Ιεδαιάν σωμαγωγῆς ἀρχῶν, τὸ νέον οὐκ ἐχώρησεν οἶνον, ἀσκὸς παλαιὸς ὑπάρχων, ἀλλ’ ἔραγνην καὶ ἀχεῖτον·,, οὐκ εἰς αὐτῷ πατηται γάρ, καὶ τοι πάθημα λαβὼν ζωῆς δὲ εἰς αἰώνα πρόξενον. — Κάμηλον, οὐ τὸ ζῷον, ἀλλὰ τὸ ἐν τοῖς πλοίοις παχὺ σχοινίον (α). — Ἔξει τὸν αὐτοῖς, εἰ μὴ εἰσάπαν ἔλουντο τὸ τὸ ὄλον ὅντων ἀποισθεῖν, ἐτέρως εὑδοκιμεῖν, ποιῆσαι φίλος δὲ τὸ ἀδίκειο μαρωνᾶ, ἵνα δταίσισι, δέχωνται αὐτὸν εἰς τὰς αἰωνίες σκηνάς\*.

v. 28. Αργάκαμεν πάντας, καὶ ηὔλους θάψαμέν σου.

Προσεπάγε τὸντούς ὁ Ματθαῖος, τὸ

iam in commentariis ad Matthaeum de his dictum fuit. Expectante autem principe audire a Christo, omitte Moysis scripta, transi ad constituta mea; nihil hic huiusmodi dixit, arecanam tentatoris mentem divinitus introspiciens. Tamquam vero nulla alia praeter Moysis praecepta extarent, hominem ad haec amandat dicens:

Mandata nosti; non moechaberis, non occides etc.

Lex quidem omne genus nequitiae vetat, et quamlibet malitia rationēm improbat. Non moechaberis, inquit, non occides: itemque reliquis diserte interdict, nempe ne caedes patretur, ne contra alienas nuptias insaniamus. Damnat insuper furtum, periurium, testimonium falsum; et peccantibus poenas decernit. Tum etiam ut parentes studiose honoremus iubet, praeclarā recte agentibus praemia spondens: honora, inquit, patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi, et longaevis in terra vivas. — Existimavit homo hic improbus, et ad malitiam ingeniosus, Deus licet esset quem interrogabat, nihilominus a se facile deceptum iri. Ceteroqui Christus quantumlibet perversum, non reputat (1). « His ille auditis, contrastatus est. » Iudaicæ synagogæ princeps novum vinum capere non poterat, etenim erat utriculus vetus, diruptusque est. Non erat idoneus, ideoque contrastatus est, quamquam doctrinam audierat aeternae vitae donatricem. — Camelum dicit non animal, sed navium crassum rudenter. — Possunt enim hi, nisi prorsus volunt re omni funditus everti, aliter se gratos facere, nimirum amicos sibi ex iniusto mamona conciliare, ut cum defecerint, ab his in aeterna tabernacula recipientur.

Dimitimus omnia, et secuti sumus te.

Adiicit his Matthaeus (XIX. 27.) quid

(1) Heic apud Corderium in cat. lat. prosequitur sic Cyrillus: non repulit, sed ostendit, quod si aliquis vetus testamentum peregerit, perfectus non sit, sed adhuc desit illa sequela Christi. Quaeris, inquit, quomodo possidenda sit vita aeterna? Accipe responsum: sparge facultates pauperibus, et obtine nebis illam: parva sunt quae impendis, magna quae recipis. »

(2) Ergo ante Theophylactum dixerat hoc egregie Cyrillus, vel potius recentior ille a prioco nostro sumpsit. Hieronymus tamen cum aliis veteribus maluit de camelō iumento cogitare.

ergo erit nobis? Heic aliquis dicit: quid demum discipuli dimiserant, vel quorumnam compensationem a Christo postulant? Nos vero quid respondebimus? Utique ob hanc maxime causam necessario interrogant. Nam quia nihil possederant, praeter pauca et vilia, scire volunt quomodo Deus remunerabitur minima etiam deserentes propter regni caelorum adipiscendi cupiditatem, et propter Dei amorem. Congruenter sane dives homo multis opibus contemptis, praemium expectabit; qui vero pauca possidens, mox haec dimiserit, cur non cognoscere aveat, quid sit speratus? Insuper et illud necessario dicendum est: sive multa sive pauca quis dimittat, par videtur hominis meritum, si recto sensu iudicare velimus. Ergo quod adtinet ad obedientiam atque propositum, pari ac divites gradu erunt, qui pari opum gradu non sunt, sed tamen pari propositores suas sponte vendiderunt. Tum vero his quid respondit Christus?

Amen dico vobis: nemo est qui reliquit domum,  
aut parentes etc.

Digna Deo vox, et sanctum decretum! Namque in spem firmam audientes cunctos adducit: iuratamque adeo facit promissionem, praeposito amen vocabulo, quod iuriandi vice fungitur. Est autem operae pretium querere quinam sint qui patrem reliquerunt aut matrem, uxorem, et fratres, atque domos: et deinde singillatim perpendere quomodo hi multiplicatam habebunt praesente tempore remunerationem? Derelinquent itaque interdum quidam patrem, et universae cognationis affectum negligunt, propter Christi amorem. Quomodo autem id fiat, ipse nos docebit his verbis: qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Praeterea: veni separare hominem a patre suo, et reliqua. Nam dum mundum divina prædicatio in fidei sagenam pertrahit, volunt quidem aliqui huic se cursui tradere; sed tamen patres aut matres infideles adhuc,

τί ἔρα έσται ὥμιν; πρὸς τοῦτο ἐρεῖ τίς, τί γὰρ ὅλως ἀφίκεται οἱ μαθηταὶ, ἢ τίνων ἀγάπητοιν αἰτήσι τῷ Χριστῷ; τί οὖν πρὸς ταῦτα φαμέν; μάλιστα μὲν ταῦτης ἔνεκα δὲ αἰτίας, ἀναγκαιοτάτῳ ἐποιοῦντο ἢ πεῦσιν· ὡς γάρ οὐδὲν κεκτημένοι, πλὴν δὲ μικρὰ καὶ εὐτελῆ, βούλονται μαθεῖν τίνα θόσον ἀμείζεται θεός, καὶ τοὺς ὄλιγις εἰς καταλελοπότας, διὰ ἢ βασιλείαν τῷ θεῷ, τούτεσι διὰ τὸ ἐφίεσθαι τυχεῖν δὲ τῷ οὐρανῷ βασιλείας, διὰ δὲ εἰς αὐτὸν ἀλάπτες· ἀσαρότως μὲν γὰρ ὁ πλούσιος καταφρονήσας πολλῶν, προσδοκήσας τὰς ἀμοιβάς· ὁ δέ γε μικρὰ κεκτημένος, εἴτα τέτον ἀποσάς, ἐν ποίαις ἐλπίσιν ἔσται, πῶς οὖν ἔδει μαθεῖν; εἴτα πρὸς τούτοις, κακεῖνο εἰπεῖν ἀνάκτην τὸ γάρ τοι πολλῶν ἢ ὄλιγων ἀποιτεῖν, ἵσσον τοις παθοῦσιν εἴη ἀν καὶ τὸ δρόσοτος λόγον· οὐκοῦν τό γε ἦκον εἰς ὑπακοὴν καὶ πρόθεσιν, ἐν τῇση τάξει καταλομοθεῖσιν ἀντοῖς πολλὰ κεκτημένοις οἱ μὴ καταβάσσοντες μὲν ὄντες, εἴτα τῷ ἵσσαι προθυμίασις γενέθλιοι, καὶ τὸν τούτων τὸ ἀπεμπολῆν ἐκάστου σπορεύοντες· εἴτα τί πρὸς αὐτὸν ὁ Χριστός;

Ἄμην λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς ἔστιν ὃς ἀπῆκεν οἰκίαν ἢ γανές κ. τ. λ.

v. 29.

Θεοπρεπῆς ἡ φωνὴ, καὶ ἡ φῆφος ὁσία·

εἰς ἐλπίδα γὰρ βεβαίαν ἀνακοινίζει ἀπαν-

τας τοῦ ἀνεῳωμένεις καὶ ἐνώμοτον ποιεῖται  
τὸ ὑπόσχεσιν, προτιθεῖς τὸ λόγον τὸ ἀμήν, οἷον ἔρεις καρέιαν ἀποπληροῦν· ζητᾶσι δὲ τὴν πρέσαι, τίνες ἂν εἰν οἱ ἀφίεντες πατέρας ἢ μητέρα, γυναικα τε καὶ ἀδελφοὺς καὶ οἰκίας· εἴθε οὗτος πολυπραγμονῆσαι λεπτᾶς, πῶς ἀν οἱ τοιοῦτοι πολλαπλασίονα λάβοιεν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ; οὐκοῦν καταλιμπάνεσθαι τινες πατέρα, καὶ τὸ εἰς ἄπαν τὸ γένος φιλοσογρίας ὀλιγωροῦσι ἕσθος τοῦ, διὰ γένετος Χεισδύν ἀγάπων καὶ τίνα θόπον, αὐτὸς ικέτης διδάξει λέγων· ὁ φιλῶν πατέρας ἢ μητέρα υπέρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι με ἀδειος· καὶ ἡλθόν μερίσαι ἀνθρώπον ἀπὸ τοῦ πατέρος αὐτοῦ\*, καὶ τὰ ἔχεις σαγηνεύοντος γάρ εἰς τὸν ἴστον αὐτῷ πίστιν τῷ Θεῷ ηγεύγματος τῷ δὲ οὐρανῷ, βούλονται μὲν πρὸς τοῦτο ἴεναι τινες, ὑφορῶνται δὲ τοῖς πατέρας ἢ μητέρας ἀσίτκες ὄντας καὶ πονηρούς· καὶ νιοὺς

A. f. 250.  
B. f. 172.  
D. f. 69. b.

<sup>a</sup> Matth. X. 37.

<sup>b</sup> Idem X. 35.

δὲ πολλάκις οὐκ ἡγεμόντο λυπῆσαι πατέρες, διὰ τὸ προσδραμένην τῇ πίστει ὁ αὐτὸς δὲ ἀνήροιτο λέγω<sup>θ</sup> καὶ περὶ ἀδελφῶν πρὸς ἀδελφοὺς, καὶ νύμφης πρὸς πενθεράν, κακίνης πρὸς ταύτην· ἀλλ’ οὐ γε τῇ πίστῃ ἔργαιοι προτάττεσιν οὐδὲν ἂν εἰς Χριστὸν ἀγάπην, τὸ καὶ σάρκα γένος ἣν οὐδὲν ποιούμενοι λέγω.

Σκοτιώσαις Ἰησοῦ πάσας ἀντὶ τις τεύτες ἀρεῖς, πολλαπλασίαν λήψεται οὐ τῷ νῦν αἰδονί· ἀλλὰ γὰρ πολλῶν γυναικῶν ἔσαι ἀνὴρ, ἢ πολλοὺς ἀνθρώπους πατέρες εὑρίσξῃ ἐπὶ τῷ γῆς. καὶ πολυπλασιασθὲν οὔτω τὸ καὶ σάρκα γένος; οὐ τοῦτο φαμέν· ἀλλ’ ὅτι τὰ σαρκικὰ μὲν πρόσκαιρα παταλεοπίποι, τὰ πολλῷ καρίτονα λήψεται καὶ οἶνον πολυπλασίαν τὴν καταφονεμένων (1). καὶ οἱ ἀπόστολοι γῳλάφεντες ὀλίγα μὲν μερέσωνται τονίματος, καὶ παντοδαπῶν ἔτυχον κακεσμάτων, ἀπόλεκτοι τε καὶ ἀδίδιμοι γεγόνασι τοῖς ἀπανταχοῦ. ἀπάντες δὲν ἐσόμεθα κατ’ ὄστειν οἱ πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν, καὶ ἥγαπηκατες αὐτοῦ τὸ ὄνομα· καὶ οἴκον ἀφῆτις, τὰς ἀνωλήψεται μονάς· καὶ ἀπολισθήσῃ παῖδες, τὸν ἐν οὐρανοῖς ἔχει πατέρα· καὶ ἀδελφῶν γένηται μακράν, ἀλλ’ εἰς ἀδελφότητα αὐτὸν τὸ θαλαίνεται Χριστός· ὅταν ἀφῇ γυναικαὶ σύνοικον, εὐρύσει τὸ ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ σοφίαν (2), εἴτε τεκνογονίσεις εὐναρξπίας· καὶ ἀφῆσῃ μητέρα, εὐρίσει τὸ ἄνω τεραταλήμ, η τις ἐστὶν ἐλεύθερα καὶ μήτηρ οὐδὲν.

Τελεοθέσονται πάντα τὰ γεγραμμένα οἷς ταῦτα προφητῶν τῷ νῦν τοῦ ἀνδράποδον.

Προσποκείει διὰ τὸ λέγειν τὰ συμβιστόμενα, οὐδὲ λογιστήρι ἀτοπίαν, η παντὸς σπανδάλεως πρόσφασιν· οἱ γὰρ τὰς παρῷ αὐτῷ

A. C. 250.  
B. I. 172. b.  
D. I. 61.

(1) Sic etiam S. Hieronymus interpretatur lib. III. in Matth. XX: *qui carnalia pro Salvatore dimisit, spiritualia recipiet* etc. Egregius est toto eo tractu Hieronymus; nam et paulo ante, contra illam sententiam, quam Graeci male tueruntur, quod coniux innocens, dimiso reo, novas nuptias inire queat, ita peremptorio stilo scribit: *quia evenire poterat, ut aliquis calumniam faceret innocentem, et ob secundam copulam nuptiarum, veteri crimen impingaret, sic priorem dimittere iubetur uxorem, ut secundam, prima vivente, non habeat.* — *Nec non quia poterat evenire ut iuxta eandem legem uxor quoque marito daret repudium, eadem cautela praecipitur, ne secundam accipiat virum.*

(2) Sic prorsus idem Hieronymus lib. III. in Matth. XVIII. fin. *Iusti uxor, dicitur sapientia.*

(3) Paulo plura apud divi Thomae catenam lat. « Cyrilus. Inveniet Hierusalem caelestem, quae ei mater nostra. A fratribus etiam et a sororibus sui propositi glutino spirituali colligatis multo in hac vita gratiosiore accepit caritatem. »

aut improbe viventes, subvercentur. Certe patres saepe non desinunt esse filiis modesti, quia ad fidem occurunt. Idem dicendum est de fratribus erga fratres, de nuru erga socrum, et de hac erga illam. Sed enim qui firmiter in fide perstant, nihil antererunt Christi amori, et carnale genus nullius pensi habent.

Saperest videndum, quomodo qui hos reliquerit, multiplicatam mercedem hoc quoque in saeculo accipiet. Num enim multarum seminarum fiet vir, aut multos prouo reperiet in terra patres, et multiplicatum suum carnale genus? Haud sane hoc dicimus; sed quod carnalibus temporibusque dimissis, meliora multo recipiet, et quasi piae contemptis multiplicia. Nam et apostoli exiguis rebus relicts, Spiritu sancto replete fuerunt, et complura charismata adepti sunt, et eximii ac perillustres toto orbe evaserunt. Cuneti igitur pares illis siemus, qui Christo credidimus, eiusque nomen in pretio habuimus. Et si domum quis reliquerit, supernas sedes accipiet: si patre destituetur, habet in caelo patrem: si fratribus procul discesserit, cum ad suam fraternitatem Christus adsumet: cum uxorem omiserit, supernam inveniet apud Deum sapientiam, ex qua bonos fructus procreabit: et si matrem aequae dereliquerit, inveniet supernam Hierusalem, quae est libera, et mater nostra (3).

Consummabuntur omnia quae scripta sunt  
per prophetas de filio hominis.

Eventura praedicens, praecedit simul perversas cogitationes, et cuiusvis scandali causam. Namque hi, qui nunc miracula

eius spectaverant, eiusdemque verbis ad fortitudinem roborati fuerant, nihilominus visuri eum erant a Iudeis irrisum, crucifixum, dehonestatum. Verisimile ergo erat, his ludibriis scandalizatos, ita apud se cogitare: hic tanta potentia praeditus, et vel solo nuto prodigia patrans, qui patris providentiam usque ad passeres pertingere aiebat, hic unigenitus ac primogenitus, quomodo eventura ignoravit? quomodo ab inimicis captus est, qui nosmet ipsos salvaturum promiserat? Ut ergo agnoscerent, se et passionem praescire, et quum vitare facile posset, sponte ad hanc venturum, iam nunc significat quae futura sunt. Necessario insuper adiecit, cuncta a sanctis prophetis fuisse praedicta, Deo id etiam antea commode consulente, ut quum haec fierent, nemo scandalum pateretur. Etenim licebat sine dubio ei vitare passionem, qui futuram esse neverat. Sed nemo eum coegerit, sponte pati voluit, probe sciens salutarem universo orbi fore passionem suam. Nam pertulit in carne necem, sed resurrexit victa corruptione; et per suam a mortuis resurrectionem, infudit in humana corpora propriam vitam; universa enim hominum natura cum ipso reversa ad immortalitatem est.

Ipsi nihil horum intellexerunt.

Et communis quidem Servator haec sanctis apostolis praenunciabat, illi autem haud intellexerunt, inquit, quae dicebantur; nondum enim prophetarum vaticinia accurate cognoverant. Quamobrem discipulorum princeps, mysterii adhuc profunditate non intellecta, contradixit ita: absit a te Domine; non eveniet tibi hoc. Quod dictum obiurgatione castigatum fuit. Postquam autem a mortuis surrexit Christus, aperuit illorum oculos, ceu quidam sanctorum evangelistarum ait; illuminati quippe fuerunt, copiosam Spiritus participationem adepti; ita ut dicerent: « habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentibus quasi lucernae lucenti

τοῦ Θεοπηίας τε Θεαμένοις, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ λόγοις πῶς εὐανδρίαν δικαιούμενοι, ἔμελοις ὁρᾶν αὐτὸν τὸ Ιεδαίων ὑπομένοντα γέλωτα, σαυρούμφυν, καὶ ἀτημάζόρφυν· ἦν οὖν εἰκὼν ἐπ' αὐτοῖς δὲ τούτοις σκανδαλούμένους, ἀκείνα καθ' ἑαυτὸν διενθυμεῖσθαι τε καὶ λέγειν· δοτοσῦτος ἐν ισχύι, καὶ νείματι μόνῳ θαυματερῷ· ὃ τὸν πατέρα πάροντα πάροντας καὶ μέχει σῆκυθίων καθικνέιθει λέγων, ὃ μονογενῆς καὶ πρωτότοκος, πῶν ἡγούσεται τὰ ἐσόμβυνα; καὶ τε θήρωται παρ' ἔχθρῶν δικαὶος αὐτὸν διασώσειν πιστοχέρμηνος; ἵνα τοίνυν εἰδεῖεν, ὡς καὶ προέμνην τὸ πάθος, καὶ διεφυγεῖν εἰκόλως ἔξον, ἐκὼν εἰς τέτο παρηπλήθε, προκαταμνεῖ τὰ συμβισσόμφυν προσετίθεται ἄναγκαιος, ὡς πάντα προείρηται διὰ προφητῶν ἀγίων, προσικονομεῖτος θεῖον καὶ τοῦτο χρησίμως, ἵνα διατελέσῃ συμβῆ, σκανδαλίσθειν μηδέτις. ἕπεν γὰρ δὲ λαως μηδὲ τὸ παθεῖν τῷ προεινωνότι τὸ συμβισσόμφυν ἀλλ' οὐ βεβίασαι πρέστι τίνος, εἴλετο δὲ τὸ παθεῖν ἐκὼν, εἰδὼς δὲ τὸ σωτηρία ἔται τῷ κόσμῳ παντὶ, τὸ παθεῖν αὐτόν· ὑπέστη μὲν γὰρ τὸν σάρκα Θάνατον, ἐγκίγερται δὲ πατητας τὸ φθορὰν, καὶ διὰ δὲ τὸν νεκρῶν ἀναστάσεως, ἐνεψύτεσσι τοῖς ἀνθρωπίνοις σώμασι τὸ παρ' ἑαυτοῦ ζωήν· δηλαὶ γάρ ἦν καὶ ἀνθρώπες φύσις ἐν αὐτῷ παλινδρομοῦσα πρὸς ἀφθαρσίαν.

Ἄντοι οὐδὲν τούτων συνῆκαν.

v. 31. —

A. f. 250. b.

Οἱ μὲν τὸν σωτὴρ προαπήγγαλε ταῦτα τοῖς ἀγίοις ἀποσόλοις, οἵδε οὐ συῆκαν φοῖτα τὰ λεγόμφυν· οὐπω γὰρ ἥδη σαν ἀκειθῶς τὰ παρὰ τὸν ἀγίων προφητῶν προκεκηρυγμένα· καὶ γοῦν δὲ φεύγων ἐν μαθηταῖς, σωτεῖς, οὐπω τὸ μυστηρίον τὸ βάθος, ἀντανίσατο λέγων· \* ἴλεως σοι κύπε, οὐ μὲν ἔται σοι τοῦτο· ἐπειτηκῆθι δὲ τοῦτο λέγων· ἐπειδὲ ἀνεβίω Χριστὸς ἐν νεκρῶν, διηνοίξεν αὐτῶν τὸν ὄφθαλμούς καθ' ὃ γέραρέ τις τὸν ἀγίον εὐαγγελισῶν· \* κατεφωτίσθησαν γὰρ, τὸ πνεύματος μέθεξιν ἀμφιλαφῇ πλετήσαντες· ὡς λέσειν· \* “ καὶ ἔχομφυ βεβαιότερον (ἢ) ἀφορπτικὸν λέγον, ὡς καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνογτειν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἔως οὖν ἡμέρᾳ διαν-

\* Matth. XVI. 22.

\* Luc. XXIV. 31.

\* II. Petr. I. 19.

γάστη ἡ φωσφόρος ἀνατελῆ ἐν τῷ καιρίδαις  
ὑμῶν. „

Ἴησοῦν τις Δαβὶδ, ἐλέπεσσον με.

Προσῆλθε μὲν οὖτις ὡς Θεῶν τῷ πάντα  
ἰσχύοντι ὄνομάζει ἦ αὐτὸν νιὸν Δαβὶδ· τε-  
θραυμένος γὰρ ἐν ιεραῖσμῷ, καὶ αὐθίζων  
ὑπάρχων, οὐκ ἥγνοντες τὰ διά γε τῷ νόμῳ  
καὶ τῷ ἀγίῳ προφήτᾳ περὶ αὐτοῦ προηγο-  
ρθείμενα, καὶ ὡς ἡς γένες ὑπῆρχε τῷ Δαβὶδ  
τὸν σάρκα· οὐκοῦν ὡς ἡδη πεπισθεώς  
ἦτι Θεὸς ὁν δὲ λόγος, ὑπέμεινεν ἐκάλων τῷ καὶ  
σάρκα γέννησιν, τῷ ἀπό γε φημὶ τῷ ἀγίᾳ  
παρθένῳ, πρόσεσσιν ὡς Θεῶν, λέγων ἐλέ-  
πον με τις Δαβὶδ· ἔτι γάρ οὔτω δεξιαῖς θεο-  
προσεκέμεσε τῷ ικετησάν, διπλάσιον τοῦ  
λέγων αὐτῷ ὁ Χριστός· ἢ πίσις σὺ σέσωκέ σε-  
μιμπόσαθωσαν αὐτὸν τῷ ταῖς ὅψεις ὑπῆρχωση-  
κότα, οἱ διειρουντες εἰς δύο τῷ ἔνα κύεον  
Ἴησοῦν Χριστὸν (2), δις ὡς θεῷ πρόσεσσι τῷ  
πάντων σωτῆρι Χριστῷ, καὶ κύεον (3) αὐ-  
τὸν, καὶ νιὸν ὄνομάζει Δαβὶδ· μέρτυσεν ἦ αὐ-  
τοῦ τῇ δόξῃ, διὰ τὸ θεοπρεπεσάτελον ἐνέ-  
γκαν παῖς αὐτοῦ Κητεῖν· Θαυμαζέτωσαν  
αὐτοῦ τῷ ἐντασιν τῷ ὁμολογίας· τινὲς μὲν  
γάρ ἐπετίμων ὄμολογοῦντι τῷ πίσιν ὁ δὲ  
οὐκ ἀνίσ, οὐδὲ ἐνεποδίζετο ἢ πάρηστα διὰ  
τῆς κωλυσάντων οἰδεν ἢ πίσις πρὸς πάντα  
μάχεσθαι καὶ πάντα τικάν· διὸ ἐπετίμων, ὁ  
ἥ πιστὸς οὐχ ὑπερέλλετο, ἀλλὰ πάκολον θέτει  
τῷ δεσμόῃ, εἰδὼς ὅτι καλὴ ἢ ὑπὲρ εὐσε-  
βειας ἀναίδιαν εἴ ταρ ὑπὲρ χρημάτων ἀναι-  
δεῖς πολλοί, ὑπὲρ σωτήριας Φυχῆς οὐ καὶ  
τῷ καλὺν ἀναίδιαν ἐνδύσαθαι; – Ἡσπαι τὸ  
κύεον ἡ φωνὴ τῷ μῷ πίσεις διπλαχεμένη·  
καὶ τετίμηται εἰκότως παρὰ Χριστοῦ ὁ τυ-  
φλός· κέκληται γὰρ παρὰ αὐτοῦ, καὶ ἔγνως  
θύεται προσέτακται, ἵν’ ὁ ἔγγιστας αὐτῷ  
τῇ πίσιδι πρότερον, πλησιάσης καὶ τῷ σώμα-

in caliginoso loco, donec dies elucescat,  
et lucifer oriatur in cordibus vestris. »

Iesu fili Davidis, miserere mei.

(1) Accessit hic ut ad omnipotentem Deum, quem tamen Davidis filium appellat: etenim enutritus in iudaismo atque indigena, non ignorabat praedicta de eo in lege et a sanctis prophetis, et quod de genere Davidis esset secundum carnem. Ergo ut iam credens, eum uti Dei Verbum sponte sustinuisse carnalem de sancta virgine sortiri nativitatem, adest ut Deo dicens: miserere mei, fili Davidis. Quod enim ita animo comparatus preces obtulerit, testis mox erit Christus qui illi dicit: fides tua salvum te fecit. Imitentur hunc oculis capitum, hi qui in duos Christum dividunt: hic enim ut Deum adit communem servatorem Christum, simulque dominum, et filium Davidis nominat: eiusdem vero maiestatem testatur, dum ab eo dignam Deo operationem expostulat. Mirentur in eodem caeco confessionis constantiam; etenim nonnulli dum is fidem profitebatur, increpabant; qui tamen non desinebat, neque prohibentium causa fiduciam dicendi amitterebat. Novit fides proeliari cum omnibus, et omnia vincere. Ideo illi quidem increpabant, hic autem fidelis non cedebat, sed Dominum sequebatur, sciens pulchram esse in religione tuenda audaciam. Nam si divitiarum causa multi audent, propter animae salutem nonne oportet pulchram audaciam sumere? – Domini gressum sistit hominis vox cum fide invocantis, meritoque honoratur a Christo caecus. Ab ipso enim prope advocatur, ut qui fide iam apropinquaverat, nunc corpore etiam fiat

(1) Apud S. Thomam in cat. lat. « Cyrilus. Multus autem erat populus circa Christum; et caecus » eum quidem non noverat, sentiebat autem effectum, et rapiebat per affectum quod non hauit aspectus; » unde subditur: et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Et oculati quidem » secundum opinionem loquebantur. Sequitur enim: dixerunt autem ei, quod Iesus nazarenus transiret. » Caecus vero vera clamabat. Alia docetur, et alia prædicat. Et clamavit dicens: Iesu fili David, misere- » rere mei. Quis te docuit haec, o homo? Num perlegisti libros privatus luminibus? Unde igitur nosti lu- » minare mundi? Vere Dominus illuminat caecos. In iudaismo autem nutritus etc. »

(2) Contra Nestorianos.

(3) Nam Nestoriani in vocabulo *Dominus* (v. gr. cum Elisabeth salutavit matrem Domini) Deum non agnoscabant. Idecirco Cyrus animadvertis, eumdem dominum simul ac Deum dici.

proximus. Nos quoque fides Christo sic admoveat, ut etiam sermones eius audire dignifiamus. Iam vero caecum prope adstantem interrogavit dicens: quid tibi vis faciam? Num caeci votum Dominus ignorabat? quomodo hoc credibile sit? Prudente oeconomia sciscitatus est, ut qui coram aderant, unaque incedebant, discenter, pecuniam ab eo caecum non petere, sed tamquam a Deo divinam operationem. — Num itaque solitus infirmitate caecus diligere Christum neglexit? Minime; sed opere gratum animum demonstravit. — Duplici liberatus est caecitate, et corporali et mentis atque cordis: non enim honorasset illum ut Deum, nisi vere visum recuperasset. Sed et ceteris quoque glorificandi Christum causa extitit.

## CAP. XIX.

Ecce vir nomine Zacchaeus.

Publicanorum princeps erat Zacchaeus, pecuniae amore plurimum captus, et avaritiam unice spectans: hoc enim est publicanorum studium; quod idolatriae nomine appellat Paulus, ceu illorum tantummodo proprium qui Deum ignorant. Convenientissime igitur publicanos hanc prae se ferentes impudentiam, cum meretricibus contulit Dominus dicens Iudeorum dubibus: meretrices et publicani praecedent vos in regnum Dei. Sed tamen inter hos non mansit Zacchaeus, sed Christi clemencia dignus fuit. Ipse enim prope advocat qui longinqui erant, et illuminat obtenebratos. Quenam vero se obtulerit Zacchaeo conversionis occasio, age videamus. Cupiebat Iesum videre, quia salutis semen iam in eo germinabat. Viderat eam, rem Christus divinitatis oculis: nunc vero suspiciens ipsum quoque humano visu observavit. Et quia finem sibi proposuerat omnium hominum salutem, benignitatem exprimit, eique animos addens, descendit inquit; siquidem ille videre Iesum cupierat, sed turba impediabatur non tam hominum

τις καὶ ἡμᾶς οὖν ἡ πίσις παρίστησι καὶ ἐγγὺς ἀποφέρει Χριστοῦ, ὥστε καὶ λόγων ἀξιωθῆναι τὴν παρὰ αὐτοῦ ἐγγὺς γάρ εἰσεχθῆντα τὸ τυφλὸν, ἥρετο λέγων τί σοι Θέλεις ἴνα ποιήσω; ἀρ̄ο οὖν ἥγνόδε τὸ αἴτιον; καὶ πῶς ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον; ἥρετα τοίνυν οἰκονομίκως, ἵνα δὲ μάθοιεν οἱ φιλεις πικρότες ἥγεν συμβαίζοντες, ὡς οὐ χρήματα μᾶλλον αἰτεῖ αὐτὸν, ἀλλὰ εὑρέγειαν Θεικήν ὡς παρὰ Θεοῦ. — Ἀρ̄ο οὖν ἀπιλλάττετο μὲν τὸ νοσεῖν ὁ τυφλός, κατημέλει ἡ τὸ εἶναι φιλόχριστος; οὐδὲμαντες ἀλλὰ τοῖς ἔργοις πᾶν εὐγνωμοσύνην ἐπεδείκνυτο. — Καὶ διπτῆς ἡλικίας τέρπωτο τυφλότητα, τὸ τε σωματικῆς, καὶ δὲ εἰς τοῦν καὶ καρδίαν οὐ γάρ ἂν ἐδέχασεν αὐτὸν ὡς Θεόν, εἰ μὴ ἀνέβλεψεν ὅντως γέγονε δὲ καὶ ἑτέροις πρόφασις τοῦ δοξάζειν αὐτόν.

ΚΕΦ. 10<sup>ο</sup>.

Ἴθεν ἀντὶ ὄντως καλούμενος Ζακχαῖος.

v. 11.  
A. f. 255  
D. f. 61. b.

Ἄρχιτελώνης ἦν ὁ Ζακχαῖος, ἐν ἐπιτάσει τε πολλῇ παρ' αὐτῷ φιλάργυρος, καὶ τῆς πλεονεκτίας ὁ σκοπός, τοῦτο γάρ τοῖς τελώναις τὸ ἐπιτήδεμα· ταύτων δὲ καὶ εἰδωλωλαζείαν ὄνομάζει ὁ Πλαῦλ<sup>Θ</sup>\*, ὡς τάχα πρέπεσσαν μόνοις τοῖς οὐκ εἰδόσι θεέν· ταῦτη τοι καὶ μάλα εἰκότιν παρέπονταν ἀναῖδη τοῖς προσώποις ἐδύσαντας τοῦ τελώνας, πόργυλοις σωτέταχεν ὁ κύριος, οὕτω λέγων τοῖς Ἱεραίων καθηγούταις: \* αἱ πόργυλαι καὶ οἱ τελῶναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὸν βασιλείαν τὸν Θεοῦ· ἀλλὰ οὐ μερένκεν ἐν τούτοις ὁ Ζακχαῖος, ἥξιώθη τοις ἡ φειδοῦσιν παρὰ Χριστοῦ αὐτὸς γάρ ἔστιν ὁ καλῶν ἐγγὺς τοῦ μακράν, καὶ φωτίζων τοῦ ἐσκοτισμένους· ὅποια τοῦ γέγονε τῷ Ζακχαῖῳ τῆς ἐπιστοφῆς οὐδὲς, φέρει θελωμόν. Ἐπειθύμησεν ἰδεῖν <sup>(Φ)</sup> Ἰησοῦν· ἐβλάσπεσε γάρ εἰς αὐτῷ πρέμα σωτηρίας· τεθέαται τοῦτο Χριστὸς τοῖς προστητοῖς ὄφεις αὐτοῦ· ἀναβλέψας οὖν εἶδεν αὐτὸν καὶ τοῖς προστητοῖς ἀνθρώποτην θεόν· καὶ ἐπιδή σκοπός ἦν αὐτῷ, προτείνει τῷ ἡμερόπτητῷ· καὶ ὁ θεατὴρ ἤνων αὐτὸν λέγει, πρενέσας κατάβηθε· ἔζη-

v. 2.

A. f. 252.  
B. f. 17.  
C. f. 116. b.  
D. f. 62.

\* Ephes. V. 5.

Matth. XXI. 31.

v. 1.  
B. f. 17. i.

τει γὰρ αὐτὸν Θεάσαθαι, καὶ ἐκώλυνε αὐτὸν ὁ ὄχλος, οὐ τοσοῦτον ὁ τῷ ἀνθρώπων, ὅσον ὁ τὸν ἀμέρτημάτων ἦν ἡ καὶ μικρὸς ἡ ἀλικίαν οὐ μόνον τὰ σωματικάν, ἀλλὰ καὶ τὰ συνδυματικάν· καὶ οὐκ ἄλλως ἥδυνθι ἰδεῖν αὐτὸν, εἰ μὴ ἡ ψάθη ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀνέβη ἐπὶ τὸ συκομωραῖαν, διὸ ἡ ἔμελλε διελθεῖν ὁ Χριστός· ἔχει ἡ αἰνῆγμα ὁ λόγος· οὐκ ἄλλως γὰρ ἀνατατά τις ἰδεῖν Χριστὸν, καὶ πιστεύσαι εἰς αὐτὸν. εἰ μὴ ἐπὶ τὰ συκομωραῖαν ἀρρένη, μωράντα μέλι τὰ ἐπὶ τὴν γῆν, πορρέαν, ἀκαθαρσίαν, καὶ τὰ ἑζήν· ἔμελλε ἡ φυσία, ὁ Χριστὸς διὰ τὸ συκομωραῖαν διέρχεσθαι· τὸ γέροντικὸν ὁδεύσας πολιτείαν, ὃ ἔτι συκῆν, τὰ μωρὰ τὸ κύριον ἑξελέξατο, ὃ ἔτι Σαυρὸν καὶ θάνατον· καὶ τὰς ὁσιές τὴν Σαυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολούθει τὴν Τάχισον πολιτείαν, σώζεται, σωτεῖται ἐν τόμον ἐγγαχόμνῳ, ὃς ἔτι συκῆν μὲν ποιῶσα σύκαν ἀλλὰ μῶρα· μωρία γέρο τοῖς Ιουδαίοις φαίνεται ἡ κεκρυμμένη τοῖς πιστοῖς ἐργασίᾳ, ἐν φετοῦρῃ κακίᾳ, καὶ ἀργίᾳ φαύλης πράξεως· μὴ μέν τοι αἰσθητῶς ἀκροβυστίαν φεύγεμόντων, καὶ τηρούντων τὸ σάββατον· ἔγων τοίνυν αὐτὸν ἑτοιμον εἰς θάνατον, καὶ Θερμὸν εἰς τίστιν, καὶ εὐμετάβλητον ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετήν· διὸ καλεῖ, καὶ ἀπεισι κερδίστων αὐτὸν· ὁ δὲ σπεύσας κατέβη, καὶ ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων, οὐ μόνον ὅτι εἶδεν αὐτὸν ὡς ἑζήντα, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἐκλήθη παρ' αὐτοῦ, καὶ ὅτι ὑπεδέξατο αὐτὸν, ὡς οὐκ ἀν τοτε προσεδόκησεν.

Ιακώπης σπεύσας κατέβη· σήμερον γάρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μείναι.

<sup>Α. Β. 152. β.  
Β. 171.</sup> Πρόγνωσις αὕτη θεία, εὖ γὰρ ἡ πίστα τὸ ἐσόμνυον· εἶδεν ἀνθρώπων ψυχὴν ἐτοιμότατα διένευσαν εἴς γε τὸ βιοῦν ἐλέθην ἀγίως· καὶ μετέθηκεν εἰς εὐσέβειαν, ὑπεδέξατο δέ τοι φησι τὸ Ιησοῦν χαίρων· ἔτυχε δέ τοι

(1) Hie apud S. Thomam in cat. « Cyrus. Turba autem est imperitae confusio multitudinis, quae verticem nequivit videre sapientiae. Ergo Zacheus quamdiu in turba est, non videt Christum; sed plebeiam transgressus inscitiam, meruit quem desiderabat aspicere. »

(2) Statura ergo Zachei pusilla erat, ut nemo hactenus dubitavit; non autem Christi domini, ut hodiernis quidam scripsit, qui praepostore fortasse intellexit vulgati latini versiculum: Zacheus quaerebat videre Iesum; et non poterat prae turba, quia statura pusillus erat.

quam peccatorum (1). Eratque statura exiguis non corporali solum (2) verum etiam spirituali; neque aliter illum videre poterat, nisi in sicum fatuam descendens, iuxta quam Christus praeteriturus erat. Latet autem in sermone enigma. Quippe nemo aliter Christum videre potest, atque in eum credere, nisi in fatuam sicum se attollat, id est nisi membra sua, dum in terra degit sine sensu efficiat, ad fornicationem scilicet, ad immunditiam, et reliqua. Futurum enim erat, ut Christus prope fatuam sicum transiret. Nempe quia legalem decurrentis viam, quae fucus instar erat, stulta mundi elegit, id est crucem atque necem. Et quicumque sibi tollit crucem eius, et Christi vitam sectatur, salvis fit. Sapienter scilicet legem exsequens, quae est fulcinea, haud fucus fructificans sed mora (fatuitatem.) Fatuitas enim Iudeis videtur interioris fidelium vitae ratio, circumcisio nempe malitia, otium ab iniqua actione; qui sane haud sensibile praepotum caedunt, neque sabbatum observant. Cognovit itaque illum ad obedientiam paratum, fide ferventem, et ex nequitia in virtutem flecti cereum. Quare et vocat, et accedit illum lucraturus; qui festinus descendit, Christumque laetabundus domi exceptit; lactabundus, inquam, non solum quia illum ut satagebat viderat, verum etiam quia nominatim appellatus ab eo fuerat, eumdemque hospitio praeter suam expectationem suscipiturus erat.

Zachee festinans descendit, quia hodie in domo tua oportet me manere.

Provisio haec erat, probe enim rem futuram sciebat. Noverat hominis animam ad sanctum vitae genus eligendum perquam proclivem. Ergo cum ad pietatem convertit, qui Iesum libenter suscepit: rem quippe

pe insperatam consecutus. Sed fortasse aliquis dicturus erat communi nostro servatori Christo: apud Zacchaeum hospitari, apud inquam publicanorum praefectum, qui avaritiae mores nondum exuit? Utique, respondisset; id sciebam, quum Deus natura sim, et terrestrium omnium vias inspiciam: cumque insuper futurorum scientiam habeam, ad paenitentiam hunc vocavi, quia paratus huic agendae est.

Dimidium honorum meorum, Domine,  
do pauperibus.

Videu quomodo publicanorum praefectus, ille inquam avarus, repente misericors, et pauperum amator factus est? Distributurum se spondet egentibus opes; et quos fraudaverat certiores facit redditurum se illis ex legis norma; quatuor iubentis pro una ove restituere; iuxta Davidis iudicium, qui ovem pauperi raptam, quadruplam reddi a plagiario mandavit.

Hodie salus domui huic facta est.

Quō enim ingreditur Christus, ibi omnino salus sit. Neque post alias moras, vel promittentis ritu, sed hodie Zacchaeo salutem Christus denunciat, quoniam et ille statim quae promisit, in rem contulit. Non enim dixit: dabo dimidium; neque fraudatis dixit: reddam quadruplum. Obtemperavit quippe Salomoni monenti: ne dicas, postea revertere, et eras dabo. Sed ecce dixit do, et reddo. Quare et Christus, hodie das, ait; hodie tibi salus. — Oportuisset itaque Iudeos gratulari Zacchaeo praeter spem salvato; quia et ipse de filiis erat Abrahae, quibus per Christum redemptionem Deus oraculo prophetarum promiserat.

Adiiciens dixit parabolam. — Homo quidam nobilis etc.

Hac, quae in manibus est, parabola priorem simul suum ad homines adventum, et hinc discessum, et post haec regni receptionem, nec non secundam quam

(1) Sic etiam vulgatus latinus; nec non Exod. XXII. 1. At graecus vaticanus heic ἐπιπλασίονα septuplum.

ῶν μὴ προσεδόκατε ἀλλ᾽ ἵσως ἀκεῖνο φάντις ἂν τῷ πάντων ἡμῖν σωτῆρι Χριστῷ· αὐλίζῃ παρὰ Ζακχαίῳ καὶ πορὰ τῷ τελωνῶν ἥγειρέωφ, δις οὖσα ἔστι τῆς φιλοκερδείας ἀπενίψατο ζόπους; ναὶ φασιν οἱδα τοῦτο, Θεὸς ἄν φύσει, καὶ τὰς ἑκάστου τῆς ἐπὶ ὅλης ἑώσατεν ὁδούς, καὶ πρὸς τούτοις ἔχων ἡρῷον ἐσομένων τὸ γνῶσιν· κέκληκα πρὸς μετάγνωσιν, πρόθυμον ὅντα πρὸς τοῦτο.

Tάχιστη τῶν ὑπαρχόντων μου, κύριε, δίδωμι  
τοῖς πτυχαῖς.

v. 8.

Ορέας πάδες ὁ τελωνῶν ἡγούμενος, ὁ φιλάργυρος, εὐθὺς ἐλέπιμων καὶ φιλοπτωχίας γέγονεν ἐραστής, διενέμειν ἐπαγγελλόμενος τοῖς ἀνδεσι τὸ πλαῦτον, καὶ τοῖς ἀδικημένοις ἀπολογούμενός, καὶ τὸ νόμον τὸ τέσσαρα πρόβατα ἀνθρώποις ἔνδεις απτίσιν κελεύοντα, καὶ τὸ Δαβὶδ κούτσιν περὶ τὸ ἀμνάδα λεχθεῖτος ἀπερεγκένεται τὸ πτωχοῦ, καὶ τὸ ἀμνάδα γάρ φασι ἀποτίσει τετραπλασίονα \* (1).

A. I. 122. 1.

Σημερὸν σωτηρία τῷ οἰκῳ τούτῳ ἐγένετο.

v. 9.

Ἐνθα γάρ ἀντὶ εἰσβάλλη Χριστὸς, ὅπει πάντως ἐστὶ καὶ σωτηρία· οὐκ εἰς ἀναβολὰς ἢ οὐδὲ ἐπαγγελίας, ἀλλὰ σήμερον τῷ Ζακχαίῳ τῷ σωτηρίᾳν ὁ Χριστὸς εὐαγγελίζεται· οὐδὲ καὶ αὐτὸς αὐτίκα πεποίκην ἢ ἐπηγγείλατο· οὐ γάρ εἶτεν, δώσω τὰ ἡμίσια, καὶ τοῖς ἀδικηθεῖσιν ἀποδώσω τετραπλοῦν· οὐκεστε γάρ τὸ Σολομῆτος· \* μὴ εἴσαις ἐπάγκυπε καὶ αὐλίον δώσω, ἀλλὰ ιδού φασι δίδωμι καὶ ἀποδίδωμι· διὸ καὶ ὁ Χριστὸς, σήμερον φασὶ δίδωσι, σήμερόν σοι καὶ σωτηρία. — Ἐδει τοίνυν τοῦ Ιερούλατος, χαίρειν ἐπὶ Ζακχαίῳ σεσωσμένῳ Ἀδαμόζως· ὅτι καὶ αὐτὸς εἰς οὐδὲν ἐτέλει τῷ Ἀβραὰμ, οἷς τὸ διὰ Χριστοῦ λύτρωσιν διὰ προφητῶν ἀγίων ἐπηγγείλατο ὁ Θεός.

A. I. 251.

Προσθεῖται εἰπεις παραβολὴν. — Ἄνθερπός τις  
εὐγενής κ. τ. λ.

v. 11.

Διὰ δὲ ἐν χερσὶ ἡ τελευτὴν, ὁμοῦ καὶ τῷ προτέρῳ εἰς ἀνθεώπιας ἀφίξιν ἐσυντοῦ, καὶ τὸ ἐνθένδε ἀποδημίαν, τὸν τε μῆταντα βασιλείας ὑποδοχὴν, καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις ἐπ-

B. f. 253.

ἀδιθαῖς ἐλπίσι τῷ σοδοκωμένῳ ἡμῖν δὲ τέτραν αὐτὸς θεοφάγειαν, αἰνίττεται καὶ ὡς κατ' ὄπενον καιροῦ, τὸ μὲν ἀξῶν αὐτὸς βασιλεύει, κοινωνούς αὐτὸν τὸ ἀγαθῶν καὶ δὲ καὶ τὸ βασιλεῖας ποιοσάρδηρος· τὸ δὲ ἐπὶ τὸ παρόντος βίᾳ τὸ κήρυγμα τῷ σωτηρισμένων, ἐν ἔχθρῶν τε χάρᾳ καὶ πολεμιών ἑαυτοῦ καταλιξάντων, κριτῆς ἐστιν ἀπαραίτητος ταῦτα δὲ ἐν τῷ θεοβολῆς ἑλέσπιζε ζόων· σαφῶς διδάσκων, ὅτι μήτω τότε ταῦτ' ὀξεῖφαντεν ἀνθρώποις οὐδὲν, δὲ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς εἴνεται καὶ καρδίᾳ· ἐλεῖται δὲ τοῖς πάσι λόγος, ὡς αὐτίκα τότε μέλλοντος ἐν τοῖς Ἱεροσόλυμοις τὸ διὰ τὸ προφτῶν ἀνακεκρυμένα αὐτοῦ βασιλείαν τῷ σωτηρίῳ· ἵνα ὑπὸνοίας μνήμα τοῖς πολλοῖς ἔγινετο αἵτια, τὰ πρὸς αὐτὸς δράμρηα θαύματα, αἱ τε παραδόξοι δυνάμεις, διὰ τὸν ἐν τοῖς θεωρέντες ἐπειθεῖν ἀραράτως, αὐτὸν εἶναι τὸν θεόν τὸν πατέρων αὐτοῖς κατηγγέλμενον καὶ ποσδοκώμηρον Χριστόν· ἕποντοίν τοῖς παρεῖναι δὲ αὐτοῦ βασιλεὺς τὸ καιρὸν ὑπελάμβανον, ἀνακαιώντες τὸ τέτοντον θεοῦ οὐράνιας διωδοῦτο δέξεν.

Οὐειδὲ οὖν ἐφηρῷ, καταχεράφει δὲ παραβολῆς ὁ σκοπὸς ὅλως ὡς ἐν βραχέστι τῷ ἐφ' ἡμῖν γραμμένης οἰκουμενίας τῷ δύναμιν, καὶ τῷ Χριστὸν μυτηρίᾳ τὰ δέ τοις ἀρχῆς ἀγρεῖ τέλεος· γέγονε μὲν γὰρ ἀνθρώπος Θεός ὃν δὲ λόγος κεχεχμάτικε τὸ διὰ τοῦτο δοῖλος· ἀλλ' ἦν καὶ ἐστιν εὐγένιος, κατά γε τὰς ἐκ παῖδες ἀρρένων γένεσιν ἀποπεράνας τῷ δὲ μηδὲ σαρκὸς οἰκουμενίας τὸ μυστήριον, εἰς τὸ ἐνοῦσαν αὐτῷ τῷ φύσιν ἀναπεφύτηκε δόξαν, καὶ οἷον ἀποδεδημικεν εἰς χώραν μακράν χώραν γὰρ ἐπέρα παρὰ τὸ γῆν, δὲ οὐρανός· ἀνέβη δὲ λαβεῖν ἐντὸν βασιλείαν· τῶν δὲ τὸ ὅλων βασιλεύων μὴ τὸ πατέρος, ἀνείσι τῷ πατέρος αὐτὸν ληφόμενον βασιλεύειν; δηλοντί οὐανθρωπίσαντι τῷ νιῷ καὶ τοῦτο διδωσιν δὲ πατέρον ἀναφοιτήσας γὰρ εἰς οὐρανὸν, κεκάθικεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τὸν τοῖς ὑπελόησι, τὸ λοιπὸν ἐκδεχό-

bona spe expectamus Dei manifestationem, significat: et quod illo tempore super dignos se regnaturus sit, eosque bonorum suorum adeoque et regni facturus participes: illis contra qui in praesente vita evangelium recusaverint, seque in adversariorum et hostium loco constituerint, inexorabilis iudex futurus. Haec autem sub parabolae forma edxit; perspicue docens, quandoquidem haec patefaciebat cum hominibus versans, nondum regni sui tempus instare. Ilos ergo sermones serebat Hierichurte diversans, et mox Hierosolyma quoque profectus. Sic autem necessario loquebatur, quia multus erat de ipso apud omnes rumor, quasi tunc in ipsis Hierolymis capturus esset praedicatum a prophetis regnum: cuius suspicionis quam plurimae causae apud populum erant, patrata nimirum ab eo miracula, et virtutes extraordinariae, quibus firmiter spectatoribus persuadebat ut crederent se esse promissum illum iam inde a patrum aetatibus et expectatum Christum. Quia igitur regni eius tempus tunc adesse putabant, necessario eos qui ita existimabant, a falsa opinione retrahebat.

Sicut ergo iam diximus, scopus parabolae est breviter repraesentandi totam, quae nostri causa suscepta fuit, incarnationis rationem, Christique a primordiis ad finem usque mysterium. Factus est enim Deus Verbum homo, in servili conditione se gessit; sed tamen erat et est nobilis, quod adtinet ad ineffabilem ex patre nativitatem. Peracto autem in suscepta carne mysterio, ad insitam sibi naturaliter gloriam reversus est, atque in longinquam veluti regionem profectus. Nam diversa a terra regio caelum est. Ascendit autem ad capiendum debitum sibi regnum. Sed enim quomodo is qui universaliter cum patre regnat, ad capiendum apud eundem ascendi regnum? Nempe humanato filio id quaque pater attribuit: namque in caelum redux, sedet ad dexteram maiestatis in ex-

celsis, de cetero expectans donec ponantur inimici sui scabellum pedum ipsis.

Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas.

Fidelibus quippe suis divinarum gratiarum varietatem impertit Servator. Has enim esse dicimus decem mnas. Verumtamen grandis est his discordia adversus eos, qui regnum illius detrectarunt: alteri enim resistunt, alteri servitio eius gloriantur. Igitur ceu bonis famulis dominicae commissae fuerunt opes, ut aliquid in his negotiati, debitas fidelitati suea laudes reportarent. Sed enim sui, inquit, cives illum oderant. Hoc nimurum imputat Iudeis Christus: nisi opera inter eos fecisset, quae nemo aliis fecit, peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt, et nihilominus oderunt me patremque meum. Hi noluerunt illum super se regnare; Zacharia propheta nequicquam clamante: « gaudie valde filia Sion; quia ecce rex tuus venit ad te iustus et salvator. » Et Isaias similiter: « ecce, inquit, rex iustus regnabit, et principes cum iudicio imperabunt. » Immo et ipse quandoque Christus per psalmistae lyram dixit: « ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion monte sancto eius. » Negarunt itaque regnum eius (Iudei), dum Pilato dixerunt: non habemus regem nisi Caesarem.

Cum rediret, accepto regno.

Igitur reverso, post acceptum regnum, viro illo nobili, id est Christo, laudem consequentur, et supernis deliciis abundabunt doctrinae ministri. Nam decuplo vel saltem quinquiplo effecto talento, quia multos homines lucrati sunt, decem vel quinque urbibus praeficientur; id est non iis tantummodo quibus antea, verum etiam aliis multis dominabuntur. — Nunc quoque

(1) Heic plura apud S. Thomam in cat. lat. « Cyril. Ascendens autem (ad caelos) dispensavit cre-» dentibus in eum divinorum charismatum differentiam; sicut servis committuntur dominicae facultates, » ut aliquid lucrantes, famulus sui ferant praeconia. Unde sequitur: *vocatis autem servis suis etc.* » Consuevit sacra scriptura in signum perfectionis uti numero denario; quem si quis numerando excedere » velit, ab unitate iterum inchoabit, quasi denario perduto ad metam. Et ideo in dispensatione talento-» rum eum qui metam attigit divini officii, decem ait mnas recepisse. »

μῆρῳ, ἔως οὐ τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ  
ἰαὶ σὺν πόδας αὐτοῦ.

Καλέσας δὲ ἑκαὶ δύολους ἑαυτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς;  
δίκαια μηδέ.

v. 13.

A. f. 226. b.  
B. f. 226. b.  
C. f. 117.

(1) Διατέμει γάρ ὁ σωτὴρ τοῖς πιστεύ-  
σασιν εἰς αὐτὸν, ἢ τὸ Θείων χαρισμάτων  
διεφοράν· τοῦτο λαρ εἴναι φαμὲν τὰς δέκα  
μηνας πλὴν τωλῆ τούτων ἡ διεφορὰ πρὸς  
ἕκείνας, οἱ καὶ ἄλλας ἡργήσαντο τὸ βασιλεῖαν  
αὐτοῦ· οἱ μὲν γάρ ἀνταίρεσσιν, οἱ δὲ τὸ ἐπ'  
αὐτῷ δελεῖας φέρεσι τὸ καύχημα οὐκοῦν  
ἄς, οἵταν γνήσιοι, τὸ δεσμοτικὸν ἡθαρπόνι-  
σαν πλέοντον, ἵνα τί προσεξβασάμενοι, σύν-  
τη γνησίστητι πρέποντας ἐπαίνις κερδάνωσι.  
Ἄλλοι οἱ πολῖται αὐτῷ, φησιν, ἐμίσουν αὐ-  
τόν· τοῦτο τοῖς Ιudeiοις ἀνείδισεν ὁ Χρι-  
στός· \* εἰ μὴ τὰ ἔργα ἐσώιστα ἐν αὐτοῖς, ἀ-  
οὐδεὶς ἄλλος ἐποίειν, ἀμερτίαν οὐκ εἶχον.  
νῦν ἡ μὲν ἀνάκαστη καὶ μεμισκαστη καὶ ἐμέ καὶ τὸ  
πατέρα με· αὐτοὶ οὐκ οὐδέλησαν αὐτὸν ἐπ'  
αὐτοῦ βασιλεῦσαι· καὶ τοι Ζαχαρίᾳ προ-  
φήτης βοῶντος· \* καίρε σφόδρα Θύγατερ  
Σιών· δτι ίδε ὁ βασιλεὺς σε ἔχεται σοι δί-  
καιος καὶ σώζων· καὶ Ἡσαΐας ἡ ὄμοιος· \* ίδε  
δή, φησι, βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύει, καὶ  
ἀρχοντες μὴ κρίσεως ἀρχεῖσθαι ναὶ μὴν καὶ αὐ-  
τὸς ἐφ τῷ Χριστῷ διὰ τὸ τὸ Φάλλοντος λύ-  
ρας· \* ἐιώ ἡ κατεσάθλω βασιλεὺς ἐπ' αὐτῷ,  
ἐπὶ Σιών δρός τὸ ἄγιον αὐτοῦ· ἡργήσαντο  
τοίνυν τὸ βασιλεῖαν αὐτῷ, φάσκοντες Πιλά-  
τῳ· \* ἐκ ἔχομνοι βασιλέα, εἰ μὴ Καίσαρα.

\* Joh. XV. 21.

\* Zach. IX. 9.

\* Is. XXXII. 1.

\* Ps. II. 6.

\* Joh. XIX. 15.

\* Εγ τῷ ἐπικελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν βασιλείαν.

v. 13.

\* Υποτέρεψαντος τοίνυν καὶ τὸ λαβεῖν τὸ  
βασιλεῖαν τὸ ἀνθρώπως τὸ εὐγνοοῦς, δῆλον ἡ  
ὅτι τὸ Χριστὸν, ἐπαίνιων τεύχονται, καὶ τὸ ἀνω-  
τάτω τιμαῖς ἐνέψησαν οἱ τὸ λόγον διάκο-  
νοι· δεκαπλασιάσαντες λαρ, ἡ γοῦν πεντα-  
πλασιάσαντες τὸ τάλαντον διὰ τὸ κερδάναι  
πολλοὺς, ἐπάγω δέκα πόλεων ἡ πέντε ψυ-  
σονται· τετέσιν ἀρχεῖσθαι πάλιν, ἡγένεται  
πρὸ τέτετρα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐτέρων ἔτι πολλῶν.

A. f. 226.

\* Ps. II. 6.

In marg. Κυριλλ.  
λου ὄμιλα (1).  
Α. f. 257.  
B. f. 175. b.

Διαινέμετος καὶ νῦν ὁ σωτὴρ τάλαντα τοῖς  
ἰδίοις οἰκέταις, κατά γε τὸν εὐαγγελίον  
ωφελολόγον· οὐκέτη ἀπλόστατες τὰς καρδίας,  
καὶ υποδέξασθε χαίροντες δόκιμοι γένεσθε  
Ἐπαπεζίται· ἐμπορεύσασθε τὸ δοθὲν, ἐπι-  
σημόνως πολυπλασιάτατο τὸ ὑπεκείας.  
μέρα καὶ ἀγιοπρεπὲς τὸ καίχημα, καὶ τὸν  
γυνσιότητος ἐπαίνος προβεγκεῖ· καὶ τὸ τοῦ-  
το λέγω, τὸ ἔτι μεῖζον ἀρεῖς; οὐδεανοῦ πο-  
λίτης ἐργάζεται, εἰς βασικεῖαν ἀναφέρει,  
αὐτῷ συμδοξάζεσθαι ποιεῖ τῷν αἴτιον ἡμῖν  
σωτῆρι Χριστῷ Ἰδωμένῳ τούτῳ, καὶ οὐκ  
τῶν τὸ εὐαγγελικῶν γραμμάτων. \* ὁ τὰ  
πέντε τάλαντα λαβὼν παρὰ τὸ οἰκοδεσπό-  
τε, προσεργασάμυντος ἡ καὶ ἔτερα πέντε, τί  
προσέρχεται λέγων; κύριε, πέντε τάλαντά  
μοι ἔδωκας, ιδίᾳ ἐποίησα ἀλλὰ πέντε· ὅρμα  
θον ἐστὶ τὸ φιλοπονίας τὸ καίχημα; καὶ τί  
πρὸς αὐτὸν ἔφη Χριστός; εὐ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ  
πιστὲ, ἐπὶ δλίγα ήστι πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε-  
κατασήσω· εἰσελθε εἰς τὸ χαράν τὸ κυρίον  
στοῦ τούτου τὸ μεῖζον εἰς δύναμιν; τί τὸ  
αἱρετώτερον εἰς εὐημερίαν; ἔταινος παρὰ  
Χριστοῦ, καὶ φῆμος δεσποτικὴ σεφαροῦσα τὸ  
φιλεργήσαντα, πιστὸν ὄνομάζει τὸ καρποφο-  
ρύσαντα γοντῶν· μὴ γὰρ τῷ δεσπότῃ τὸ  
κέρδος προσκίνευτε; μὴ γὰρ καὶ οὗτος τοὺς  
τοῖς καθ' ἔαυτον αὐτός έχει τὸ πάντων πλή-  
ρωμα, καὶ ὡς ὁ πάντοφος Ἰωάννης φοίνιν \*,  
ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλά-  
βορδυ· ἀλλὰ σταυρὸν ἡμεῖς ἔανασθε κερδάνω-  
μεν, προσωφελέσθυτος γένεται τότε χαί-  
ρετο Χριστός· πλούτον ἕγειται, τὸν ἕρθεν εὐ-  
δοκίμοιν· καὶ τὸ ἔτι μεῖζον, ἐρῶ τροφὴν  
ἴωσερ ποιεῖται τὸ πρᾶγμα· διτοῦ οὖτε ἐξιν ἀλι-  
θεῖς δοφημι, πάλιν σκηνὴ εὐαγγελικῶν μα-  
θήσης γραμμάτων· γενεθέτηκε μὲν γάρ τὸ  
σκηνὴ Σαμάρειας γυναικα· εἶτα λεσβότης ἐκεί-  
νης, ὅπε ἔλθη Μεσίας, ἀπαγγελεῖ ἡμῖν  
πάντα, ἔαυτὸν ἐμφανῆ κατέστησε, λέγων  
ἔγώ εἰμι ὁ λαϊδῶν σοι· καὶ τὸ μὲν γένειον,  
δρόμῳ σωτείνεται, καὶ τὸ Σαμαρείτῶν με-  
μυταγώγηκε πόλιν· εἰδὼς δὲ Χριστὸς ὅτι

\* Matth. XXV.  
15.

\* Ioh. I. 16.

Servator talenta famulis suis distribuit, ad evangelicae normam parabolae. Eia pandite corda vestra, et laetanter excipite. Strenui estote mensarii; quod datum est, prudenter negotiamini, vestraque devotione augete. Grande sanctisque dignum hinc gaudium confit, et fidelitatis laus subsequitur. Sed cur haec aio, omisso quod maius est? caeli cives nos efficit, ad regnum ducit, et cum nostro communī servatore Christo glorificat. Id ex ipsis quoque evangelicis litteris agesis cognoscamus. Qui talents quinque a patrefamilias acceptis, alia quinque superlucratus est, quid ait, ad dominum accedens? domine, quinque talenta dedisti mihi, ecce alia quinque ex his confeci. Viden quanta sit studiosi laboris gloria? Quid vero ad haec Christus? Euge serve bone et fidelis, quia in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui. Quid his verbis ad potentiam maius? quid praestantius ad felicitatem? Laudes a Christo, suffragium dominicum studiosam coronans operam: fidelem eum appellat, qui sua industria fructum peperit. Iam vero num lucrum illud domino adtulit? Num hic re aliqua ad usum suum eget? Ipse est rerum omnium plenitudo; atque ut Iohannes ait, de plenitudine eius nos omnes accepimus. Sed cum nobis ipsi lucramur, et ceteris simul prosumus, tunc Christus laetatur: opes suas existimat bonam nostram vitam. Sed et maius aliquid dicam: alimoniae suae loco, hoc habet negotium. Quod autem vere dicam, rursus ex evangelicis disces litteris. Samaritanae mulieri monita dabat; cumque illa diceret venturum esse Messiam qui omnia nobis nunciabit; ipse semet revelat dicens: ego ille sum, qui tecum loquor. Tunc mulier cursim reversa, Samaritanorum civitatem sacra notitia imbuuit. Videns autem Christus, multos sibi esse creditu-

(1) Nempe hic locus sumitur ex Cyrilli quadam homilia a catenae auctore Niceta. De Cyrilli homiliis deperditis diximus retro p. 114. Et quidem de Iohanne Baptista p. 139; de electione apostolorum p. 190; de divite horrea dilatare volente p. 295; denique de passione Domini infra cap. XXIII. 23.

ros, sanctis ait apostolis: ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Alit enim quodammodo perbenignam eius naturam, illorum, qui perierant, recuperata salus.

Ergo fidelis servus (rursus enim ad sermonis scopum revolvor) boni actus sui coronā redimitur; introductus enim est in gaudium domini sui. Qui autem unum acceperat, deinde desidens nihil lucratus fuerat, sed illud potius humi defoderat, maximas poenas dedit. Caveamus itaque minus hunc imitemur, etiam si animo sterilem ac detestandam ignaviam ad bonorum operum studium: ne otio, inquam, datam nobis a Christo gratiam mergamus. Ait alibi Isaiae voce universalis Deus: sacerdos loquatur ad cor Hierusalem. Quid vero, si magister quidem utiles audientibus nectat sermones, hi vero in cor mentem doctrinam non recipiant, sed solo plausu nudisque laudibus magistrum remunerantes, sacram reapse eruditio nem non degustent? Num idcirco oportet magistrum quoque desidere? Atqui ante tribunal Christi quomodo sibimet patrocinabitur, si quidem audientium accusata ignavia, hanc otii sui cui probabilem causam adferat? Potius enim condemnabitur, ut ex evangelica parabola cognoscere licet. Nam qui unum talentum acceperat a patrifamilias, id humi obruit, atque ita non multiplicatum servans, deinde retulit dicens: domine, en quod tuum est habes. Num ergo laudatus fuit et praemio adfec tus? An potius uti ignavus damnatoria sententia percursus? Oportuerat enim, inquit, a te pecuniam mean committi nummulariis, et tunc veniens ego receperisse utique quod meum est cum usura. Itaque ceu peritis nummulariis dominicam vobis pecuniam ego trado; vos vero accipientes, in mente quod datum est reponite, atque intra cordis penetralia recondite: bene concii, semina in terram iacta, si modo glebis adobruantur, fructum reddere; minime autem infossa, diripi.

πολαὶ πισεύσθαις ἐπὶ αὐτὸν, τοῖς ἀγίοις ἔφασκε μαθηταῖς ἐγὼ βοῶσιν ἔχω φαῖεν, ἢν ὑμεῖς οὐκ οἰδατε· \* Εἴφα γὰρ ὥσπερ τὸ ἡμερωτάτῳ φύσιν, τὸ ἀπολωλότων ἡ σωτηρία.

\* Ioh. IV. 32.

Ο μὲν οὖν γνήσιος οἰκέτης, ἀναβήσομαι γὰρ αὐτὸις ἐπὶ τὸν λόγον σκοπὸν, τὸ δὲ ἐπικείμενος ἀνεδῆσατο σέφανον εἰσκεκόμισαι γάρ εἰς τὸ χαζὲν τὸ ιδίον δεσπότεον ὁ δέ γε λαβὼν τὸ [εἰν] τάλαντον, εἴτα γεγονός ὀκνηρὸς, προσεργασάμενος ἢ παντεῖών οὐδὲν, κατακεκλυψας ἢ μᾶλλον εἰς γῆν αὐτὸν, τὸ ἐχάρταις φειπέπτωκε δίκαιος φύγωμέν τοίνυν τὸ μήματιν, ἀποπεμψάμενος δὲ ἐντὸν δένοντος τὸ ἀκερδῆ καὶ ἐπάρατον ὄντον, τὸ ἐπέριττον ἀγάθοις διλογότι πανδάσμασι μηδὲ εἰς ἀργίαν, τὸ δοθεῖσαν ήμιν παρὰ Χριστοῦ καταχώστωμένος χάριν. φοιτε πατέρα φωνῆς Ἡσαΐας, οὐ τὸ ὅλων θέος. \* ιερεὺς λαλοῦστα τοῖς τὸν καρδίαν Ιερευσαλήμ τι δὲ, εἰ δὲ μὲν διδάσκων, τὸν ὡφέλειν εἰωθότας ἔξυφανοι λόγες τοῖς ἀπορωμένοις, οἱ δὲ οὐκ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἀποτίθενται τὸ μυσταγωγίαν, ἀλλὰ ἐπικροτήσαντες μόνον, καὶ γυμνοῖς ἐπανίστησι αὔραφάμενοι τὸ μυσταγωγὸν, ἀγδυσοις τὸν ιερὸν ἀπομένεσι διδαγμάτων; ἔπειτα δένοντος τὸν κατακεφάλιον: κατακεφάλιον γὰρ μᾶλλον, ὡς ἔστιν ιδεῖν ὃν τὸν εὐαγγελικὸν φέδυβολόντος γάρ τοι τὸ τάλαντον λαβὼν παρὰ τὸ οἰκοδεσπότην, κατέχωσε μὲν εἰς γῆν αὐτὸν, καὶ ἀπολυπλασίαν τὸν ἔχων, προσεκόμιζε λέσχων κύριος, ιδε τὴν τὸ σόντον ἄρδεον εἰδότες, διεσπερσίας ἔχεις τὸν κατεδικάσθι μᾶλλον ὡς ὀκνηρός; ἔδει σε γάρ φοιτε καταβαλεῖν τὸ ἀργυρόν μου τοῖς ἔχωσίταις. καὶ γὰρ ἐλθὼν ἐκομισάμενος ἀν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ ἔκεν τὸν ἔχειταις ήμιν ἀπισήμοσι τὸ δεσπότικὸν ἀρέτηριον ἔχοδιάζω ἐγὼν ὑμεῖς ἢ λαβέντες, ἀπόθεσθε εἰς νοῦν τὸ δοέν, καὶ εἰς τὸ βάθος δὲ ἐντὸν καρδίας κρύψατε εἰδότες, διτί τὰ εἰς γῆν πεμπόμενα τὸν περομάτων, ἐγχωννύμνα μὲν τὸ βάλοις, καρποφορεῖ τὰ δὲ ἀκατάχωσα διερεπάζεται.

\* Is. XI. 2.

<sup>A. f. 175. b.</sup> Ἐρεῖ κὴ ὑμῖν ὁ χρήσας τὰ τάλαντα· εἰ γάρ αὐτῆρος εἰμί φυσι, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρα, διὰ τί μὴ ἐδοθεῖσαν σοι χάριν, τοῦτο γάρ ἔστιν ἡ μνᾶ, δέδωκες τοῖς ξεναγίταις, τούτεσι προύθηκας εἰς ἀπόλαυσιν τοῖς εὗ εἰδόσι δοκιμάζειν τὰ παρὰ σου; ἐγὼ γὰρ ἐλάθων, ἐπράξας ἄν, τούτεσιν ἀπήγοντα, τὸ ἐμὸν, σὺν τόκῳ· ἐ μὲν γὰρ διδασκάλων ἐσὶ τὸ καταστέμενον τοῖς ἀκροωμένοις ἐπώφελῇ καὶ σωτήριον λόγον ἔργον ἃ ισχύος ἐπάρα Θεοῦ, τὸ καλεῖν εἰς εὐθεῖαν ἐστὸς ἀκροωμένες καὶ εἴκασπον αὐτῶν ἀποφάσιν τὸ νοῦν (1). — Οἱ μὲν ὀκνηρὸς οἰκέτης νεκρὸν θεῖς τὸ χάρισμα καὶ μὴ ἐπεργάσαρμος, γυμνὸς καὶ ἐδούλος ἐσται χαρίσματος· οἱ δὲ καὶ ἀμείνων βαθίσαντες ἐδον, ἐν προσθήκαις ἐσονται τῇ ἀνωθεν ἀγαθῶν. — Σημιωτέον δὲ ὅτι ὁ ἔτερος τὴν εὐαγγελισάνν \* οὐδὲ καὶ ποσότητος διφοράς σὲ γνωμένης ταλάντων διεγομῆς· ὁ μὲν γάρ φυσι, δέδωκε πέντε τάλαντα, ὁ δύο, ὁ δέ τρια, τοῖς ἑκάτεις μέρζοις ἀναλόγως ἢ διαινέμοντις ποιούμενος· τίνες δὲ ἀν εἴεν οἱ θαρσούμενοι, φέρε λέγωμα· οἱ τέλοις τὸ ἔχον, οἵσι ἀν πρέποις καὶ ἡ σερεά Τσοφή, μυστιγωβεῖν εἰδότες ὅρθως, καὶ πρὸς πᾶν ὅτιον τῇ διπηδόμυτων ἑαυτούς τε καὶ ἐτέρους ἀπελθούντες, ὅποιοι γεγόνασιν οἱ Θεάσιοι μαθηταί, καὶ οἱ μετ' ἀκείνες πών αὐτῶν διεκονίαν διαδεξάμενοι· τούτοις ὁ σωτὴρ τὴν τρίτην θείαν χαεισμάτων δίδωσι διφοράν· ἵνα ὥσι φωτῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες· οὕτοι νουθετοῦντες ἐστὸντα καὶ εἰρπα λαός, προσεργάζονται τῷ ταλάντῳ, καὶ <sup>¶</sup> τοῖς ἀγίοις πρέποντα κερδαγοῦσι κλήρον. — Οἱ μὲν θελήσαντες εἰσ' αὐτὸν τασσοῦνται τὸ ἀνθρώπων τὸ εὐχεῖον, κατεσφάγησαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· τούτο πεπόνθασιν οἱ δέ αἴματος· Ισραὴλ ἀρνητούμενοι γάρ πών Χριστοῦ βασιλέαν, τὴν ισχάταις φέσεπτώκασι συμφοραῖς, καὶ κακοὶ κακῶς ἀπολώλασιν.

<sup>A. f. 21. b.</sup>

<sup>A. f. 24. b.</sup>

<sup>A. f. 26. b.</sup>

<sup>B. f. 175. b.</sup>

<sup>Matth. XXV. 15.</sup>

<sup>A. f. 27. b.</sup>

<sup>A. f. 29. b.</sup>

<sup>A. f. 37. b.</sup>

<sup>B. f. 175. b.</sup>

<sup>C. f. 18. b.</sup>

Kai πάγον αὐτὸν πρός τὸν Ἰησούν.  
Ἄγεται ὁ πῶλος, δύο μαθητῶν ἀτε-

(1) Animadverte divinae necessitatem gratiae ad mentes hominum permovendas; sine qua sacri cionatores frustra declamant.

Dicit etiam vobis is qui talenta utenda commisit: si ego homo austerus sum, metens quod non sevi; cur datam tibi gratiam, haec enim est mna, mensariis non commisisti, id est illorum usui non tradidisti, qui accepta a te recte aestimare poterant? Namque ego veniens, exegissim rem meam non sine usura. Certe magistrorum officium est, serere coram auditoribus utilem salutaremque sermonem; divinae autem virtutis opera est vocare ad obedientiam eos qui audiunt, et illorum mentem reddere fructuosam. — Ignavus servus qui velut mortuum reposuerit charisma, neque ex eo quicquam lucratus fuerit, etiam hoc dato charismate spoliabitur: qui vero meliore via incesserint, superernis bonis cumulabuntur. — Animadvertisendum est, alium evangelistam adnotare qualis quoque fuerit distributorum differentia talentorum: uni enim dedit, inquit, quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem dividens. Quinam porro hi sunt, quibus talenta commendata fuerunt, age dicamus. Sunt hi perfecto animi statu praediti, quibus utique solidus cibus congruit, recte initiando idonei, atque ad omne boni studii genus semet ipsos atque alios dirigentes; cuiusmodi fuere divi discipuli, et qui post illos ministerium idem excepérunt. His Servator divinarum gratiarum pro rata parte numerum confert; ut sint mundi lumina, verbumque vitae contineant. Hi dum subiectas sibi plebes monitis instruunt, talentum negotiantur, debitamque sanctis hereditatem capiunt. — Qui noluerunt nobilē illum virum sibi dominari, iugulati ante eius conspectum fuerunt. Hoc Israhelitae sunt experti; negato enim ab ipsis Christi regno, in extremas inciderunt calamitates, et mali male perierunt.

Et duxerunt illum ad Iesum.

Adducitur iumentum a duabus quos

Christus miserat discipulis: cui rei efficien-  
dae duo suffragantur ordines, prophetae  
autem Deo immutabilitatem conservat, ip- sum eundem fore semper atque immuta- bilem testans. Sicuti autem non est cre- dendum, ullam esse tam necessariam rem, quae Verbi naturam in id convertere, quod reapse non est, queat; ita nulla vicissim creatura ad deitatis naturam migrare pot- erit; ne multa deinceps ei contingent in- convenientia, quae sane inveniabilis blas- phemia foret. Certe si aliqua creatura ad deitatis statum naturaliter transiret, nemo iam a recta deviare sententia videretur, si forte diceret eam ex nihilo esse factam, sed ideo materiae particulam sibi sumpsisse, ut existeret: tum corpus aliquando extitulum in substantia non corporali: remque visibili- lem ac tactui subiectam, fieri postea invisi- bilem et nullo tactu sentiendam: denique corpus illud vitam vi propriae naturae ha- bere, uti Verbum vitam a patre accepit. Aiunt insuper, ipsum in ea mutatione con- substantialitatem cum natura nostra fuisse adeptum, ne quis forte diserte diceret, vi- tam ei non inesse: neque esse inconfusum, quicquid corrumpi potest. Tum opinioni- bus suis dispensationis carnem oppugnant. Iam ego quid dicam? Dominus Deus nobis apparuit, ut corruptionem adversus nos re- bellantem destrueret, non vero ut ostend- eret naturam suam factam esse partici- pitem corruptionis: sed suam factam esse demonstravit carnem illam, quae morti- erat mancipata. Sed num iuste aliquando contendet aliquis, Deum Verbum in natu- ram corpoream esse mutatum? aut versa- vice carnem ad Dei naturam migrasse, ut ipsi fieret consubstantialis? Num nos ea credere oportet, quae omnino credenda non sunt?

### III. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Verbum de caelo lapsum, et cuius pro- pria caro facta est, revera de caelo adve- nisse dicitur, vitamque mundo contulisse. Divina caro est itaque, ut iam dixi: nemo tamen recta ratione intellectuque praedi-

tus, idcirco Verbum in carnem mutatum esse sibi persuadebit. Necesse est enim ut sublimissima omnium natura purum statum relineat, id est simplicem sine alterius commixtione, ne forte videatur composita, aut incremento indigens, aut cuiusquam rei particeps quae naturam suam minime deceat, dum in naturae unitatem, sive consubstantialitatem concurrit (1). Nunc acuti intellectus oculo opinionem Confusaneorum scrutemur, dicentium carnem ineffabili ratione sic esse mutatam, ut Deo Verbo consubstantialis evaserit. Cur id, inquam, aut quamobrem? Certe caro ad id sponte sua non fertur, neque id more suo adpetit naturalibus motibus incitata. Ergo falso diceretur caro ad eum finem iussu Dei Verbi pervenisse. An vero dispensationis rationem abominabilem excoxitavit, ut carnem ad dignitatem evexisse ipso Verbo maiorem demonstraret, atque ut ea pompatica videretur? Atque audiendus psalmista est : « sacrificia et oblationes non expetivisti, holocausta pro peccato noluisti; corpus milii parasti: ideo dixi, ecce venio: initio libri scriptum est de me ut faciam voluntatem tuam, Deus. » Ergo mosaicae legis sacrificia, patris voluntate non exiguntur, magis vero incarnationis Verbi requiruntur, nempe eius humanatio, ut eos qui sub caelo sunt perficiat in gratia per fidem: quam rem misericordiae pacisque causa fecit, prout Deo dignum est. Quonam pacto dicere quis ausit factam ab ipso abominabilem dispensationem illam, quae adeo est venerabilis ac salubris? id quod reapse accidisset, si mutata divinitatis natura in carneam tran-

sisset. Paulus quidem sapientissimus scribit : « sanctum eius corpus, in quo passus est, cum in temptationem incidit, ut eis qui tentandi forent opem ferret. » Si verba illa « in quo passus est » delemus, summa rei deletur, itemque suppeditati nobis auxili scopus. Quod si, ut volunt qui ea verba suppressunt, caro in deitatis substantiam transisse dicitur, ut id quod non erat fieret, iam ipsa caro haud ulterius menti nostrae occurrit: secus enim quae mutationis ratio fuisset, si quod erat, in statu suo permansisset? Quae nostro corpori utilitas accederet a mystico sanctoquo sacrificio, cuius suscepti factum est particeps? Quinam eius rei fructus alias fuisset, nisi quod Verbum naturam suam mutare voluissest? Cur nobis ipse dixisset : « ego sum vitae panis qui de caelo descendit, mundoque vitam aeternam dat. Et panis, quem ego tribuo, mea caro est, ob mundi vitam. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo. » Ergo si caro in id quod non erat mutata est, atque ad sublimiorum natura propriam gradum transiit, id est si eam Verbi voluntas exaltiorem fecit, nobis quoque vim huius mysterii, resque ad id pertinentes ratione alia licet peragere.

Hebr. II. 18

Joh. XII. 51.  
etc.

#### IV. Idem Cyrillus in eodem libro.

Ergo incarnationis dogma perspicua veraque fide creditur. Quod si, ut adversarii dicunt, abiecta est caro, et in naturam Verbi mutata, quod ei se copulavit, vana quoque evaderet una cum carnis mutatione salutaris fidei confessio: immo-

(1) Extat graece hic locus apud Anastasium presbyterum a nobis editum Script. vet. T. VII. pp. 10. 15. 27. cum vix aliquot varietatibus sic.

κοριλλου ἐκ τοῦ κατὸς συνουσιαστῶν λόγου.

Nαι μὴν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι λίγεται, καὶ ζὴν δὲναι τῷ κόσμῳ, διὰ τὸν ἄνωθεν καταβάτα λόγον, οὐ καὶ λίδια γέγονεν ἡ σάρξ οὐρανὸς Θεος μήν, ἀ· ἔπειτα οὐ μην ἦν καὶ εἰς φύσιν Σιώπης πατερεζελεῖν ὑπετείνουτο τὸ ἄν. εἰ γε νοῦν ἔχει τὸν εἰς θεούτην καὶ θεούτην; εἰπεγένετο; Ιπ.στήλαις θεῖ (sic corr. etiam tom. cit. p. 10.) γάρ τῇ πάντων ἐπέκειναι καὶ ἀνατάτο φύσις, σύγεσθαι καθαρῆς τὸ ἀπλοῦν καὶ ἀσυμμετίς ἐτίσθ, καὶ τὸ μὴ συντεθεῖσα δοκεῖν, ἐν γε τοῖς καὶ ἐξυτὴν πήγουν προσθήκης δειπησθαῖ τυνος καὶ ἀσυμμετούς αὐτῆς περάγματος; εἰς κοινωνίαν ἐλεῖν τὴν ἐν ταυτότητι φύσεως πήγουν ὁμονοιότητι.

res tota pessum daretur, cum indidem manante iustificatione; consequenterque nos adhuc in peccatis nostris manemus, neque veterum culparum nostrarum sordes discussae sunt.

V. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Si caro Verbi a nostrae carnis conditio ne recessisset, superior nobis effecta, quia in deitatem conversa, salutis nostrae basis corrueret, nosque adeo sub mortis peccati saevitiam recideremus. Sicut domus murive subratis infimis fundamentis, universum aedificium dilaberetur, et quicquid illis fulcris superstructum fuerat; ita si Unigeniti cum carne dispensatio vera non esset, res nostrae simul atque in perpetuum everterentur et infiriae fierent. Sic aio pariter, quod si Verbi caro in deitatis naturam mutata fuisset, necessario atque in aeternum a filii hominis appellatione excederet. Cur ergo sapientissimus Paulus dixisset<sup>1</sup>: « unus est Deus, et unus mediator » inter Deum et homines, homo Christus Iesus, qui dedit se ipsum redemptionem » pro nobis? » Est ipse mediator ut Deus; idemque homo simul, Deum patrem nobis placans: ipse unus est in unica adunatione, in qua sane grandi cum differentia distinguuntur naturae<sup>(1)</sup>; eadem tamen concurrunt simul in Christum, et in inconfusam adunationem atque insolubilem: similis patri est deitate, similis nobis humanitate: atque ita cognoscitur homo Christus Iesus mediator noster. Quod si abominabilis in eo, ut isti volunt, caro esset, rei summa de medio tolleretur, nec iam ipse inter nos patremque suum mediator esset. Tunc autem quomodo ad illum accederemus? aut certe quis nos illi admoveret? quis demum superesset mediator? Divus Paulus dixit, hominem esse mediatorem. Tum ipse Christus inquit<sup>2</sup>: « nemo venit ad patrem, nisi per me. » Portentosum est ergo et in-

sania plenum commentum illorum qui naturas confundunt.

VI. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Quum filius hominis venerit, num in terra fidem inveniet<sup>3</sup>? Nunc querimus ab adversariis, quamnam volet hominis filius fidem invenire, cum de caelo descendet, apud eos qui in terra versantur? Vel quidnam de eo opinari possumus? Num forte abiecturus est filii hominis conditionem, an potius in similitudine nostra mansurus, ut homo esse creditur? Quod si longe abeasset, ut ipsum aequo ac nos hominem reputare possemus; consequenter dicere licet venturum fortasse ceu hominem ut fidem in terra inveniat, et non potius venturum ceu Deum Verbum simplex et absque carne, ut hanc fidem apud terrestres inveniat? Sed quia ipse met manifeste se filium hominis vocitavit tempore etiam quo de caelo redditurus est<sup>4</sup>; hinc constat, carnem ab eo in aliud quodvis non fuisse mutantam, sed gloriosam apud eum manere, incorruptibilem, sine macula, atque illa luce fulgentem ad quam nemo potest accedere. Porro haud cum illo tenui, ut primitus, splendore descendet.

VII. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Si caro eius ad naturam deitatis ipsius transisset, iam filius hominis esse desinaret; palamque omnibus fieret, gloriam adoptionis amitti a nobis, tamquam si primogenitum inter multos fratres diutius non haberemus.

VIII. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Non appetit Verbum carnem mutasse, quae inconvertibiliter, et absque confusione illi coniuncta est in deitatis natura. Illud potius observamus, merito illam gloria sua magnificasse, honoribusque Deo debitibus cumulasse: atque ita tempore suo carnis quo-

<sup>1</sup> I. Tim. II. 5.

<sup>2</sup> Ioh. XIV. 6.

<sup>3</sup> (1) Vides heic etiam quantopere Cyrus abhorreat a Severi monophysitae sententia, qui tamen illius falso auctoritatem sibi praetendebat.

que dispensatoria substantia [de caelo descendet:] quam videntes admiratione perculsi sunt. Hanc reapse oculus vidit, uti scriptum est \*. Sanctorum enim angelorum unus mirantibus ait: « *viri galilaei, quid caelum suspicitis? Hic Iesus qui assumptus est a vobis, sic veniet quemadmodum dum vidistis eum euntem in caelos.* » Num dicturi estis, visum esse ab iis salientem ad patrem absque carne? id est forma nostra indignanter abiecta, iam non fuisse in corpore visibili, ideoque se commutasse in invisibilem incorruptibilemque naturam? Quis, inquam, haec dicere ausit? Sin contra ita venturus est, uti ascendit; quid ni vere dicetur, cum eodem corpore Verbum, non autem in natura simplici et absque carne, esse venturum?

#### IX. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

De Christo scripsit sapientissimus quoque Paulus \*: « qui immutabit corpus humanitatis nostrae, ut sit simile corpori gloriae. » Quid ad haec dicent illi, qui carnem mutantam aiunt in Verbi naturam? Num sanctorum corpora ideo mutantur in deitatis naturam, quia ipsa quoque conformia fiunt corpori gloriae eius? Nonne meriae gerae sunt haec eorum verba, quae inseitia scatent? Si caro ad deitatis naturam, ut aiunt, transit, quoniam denum in corpore Deus Verbum versatur? Est enim deitas incorporea, verissimeque dicimus nemini Deum esse conspicuum \*.

#### X. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Sed fortasse dicent, carnem haud omnino substantiam suam anisisse; sed cum

Deo Verbo semet commiscuisse naturali quadam adunatione. Ego vero quomodo his occurram? praesertim quia humanum ratiocinium in his torpet, neque propria ut ita dicam in provincia versatur. Nam vel caro inmutabilis est, ideoque in Verbi naturam non mutatur . . . vel in id semper mutatur quod antea ipsa non erat; quam mutationem dum patitur, ab ea stabilitate discedit quae Deum decet, atque ab illa qua naturaliter fruebatur securitate. Tunc autem quoniam iure homo posset appellari? Interim sapienter recteque existimandum credo, nullam rem creatam, ad deitatis posse naturam umquam assurgere: id, inquam, inter impossibilia numerandum est. Quod si hi forte idonea argumenta reperirent ad persuadendum, fore ut in permixtione naturarum atque insertione, proprietates unius ita conserventur, ut non communicentur alteri, maneatque perfecta singularum definitio, his sane argumentis utantur: tunc enim nos concedemus, permixtione huiusmodi, haud omnem veritatis vim perimi. « (1) Verumtanien si forte dicant, carnem et Verbum eo modo inter se mixta quo liquidi humores solent, quomodo ignorant, liquida quae invicem temperantur, vinum puta ac mel, iam non pura manere ut erant, sed alienae substantiae adsumptione, in aliud quidam transmutari? Si ergo aiunt concerte tam fuisse cum Verbo carnem, necessario prorsus dicendum est utramque clarum rerum a suo priore statu discessisse, mediumque aliquid ex utraque confectum, diversa prorsus natura praeditum, quam antea res utraque partiatim erat. »

(1) Sequentem Cyrilli partem, quam uncis includimus, mire conservavit graece Iustinianus imperator in dogmatica ad monachos monophysitas epistola, quam nos primi edidimus Script. vet. T. VII. Ibi ergo p. 295. ita legitur.

Ο έν ὥριοις Κύριλλος κατά τῶν συνουσιαστῶν λέγει τάδε.

Εἰ δὲ ὡς ἐν τάξει ὑγρῶν ἀναιμηγόδαι φυσιν ἀλλήλοις σάρκα τὴν καὶ λόγον, πᾶς ἡ γνώσσαν διτετάχθη ἀλλήλοις ἀναγνώσσα τῶν ὑγρῶν, οἷος φέρει εἰπεῖν καὶ μεῖν, ὃ μὲν θάνατος, εἰσὶ καθηγεῖσιν εὐκέτει, προστάχθει δὲ μᾶλλον τῆς ἐπεισούσας παιστητος, εἰς ἔπειρον τι μείστεται; οὐκοῦν εἰ συγκεκριθεῖσι φασὶ τῷ λόγῳ τὴν σάρκα, πᾶσα πας ἀνάργητος ἐκάπερ τῶν ἀνομαστέων ἀποστήναι μέν τους εἶναι ὅτι, ἐν δὲ τῷ ἀμφοτείᾳ ἀποτελέσσαι μέσον, ἐπεροῦντες που πάντας, ἢ ὅπερ ἡνὶ ἐκάπερ αὖτε μέρος.

Nunc ego adversarios sciscitari vellem, quem ad statum transisse putent Verbi naturam dum carni mixta est? quandoquidem in priore certe statu non mansisset: anne commixtio Verbum a propria conditione depulerit, ac sua virtute minuerit ad inferiora detractum? Sin alterutrum aiunt perfectius apparuisse, hanc quidem perfectionem carni potius attribuendam censerent; constaret enim ipsam ad sublimiorem statum evectam. Sin vero secus est, Verbumque potius ad rem minorem semet inclinavit, num caro Verbo nocevit, sicuti nosmet gravat nostra natura? Nos interim recte dicimus, Verbum semet ad exinanitionem demissoe, nostramque formam assumpsisse, haud sane ut quicquam in sua se passum natura demonstraret, sed ut nos de carne erigeret, qui carne et sanguine compacti sumus, atque ab humana conditione elevatos, Dei filios efficeret. Sin contra, ut isti veteratores aiunt, commisicut se carni Verbum, atque id quod non fuerat effectum est, quomodo ipsum sua dignitate minutum iure negarent, non intelligo. An vero dum Dei affectat similitudinem, formam suam personamque amisit, nec priorem cum illo aequalitatem retinuit, sed humiliore loco depresso, naturae gloriae que suae diminutionem passum est?

### XI. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Melestissimum est tolerare aliquid e multis quae isti dicunt pessimis: quamobrem videtur mihi ab his absurdis opinioribus recedendum. Ergone commisionem fugimus? Utique damnum pariter ab ea scatens vitamus. Aliud quoque argumentum proferent, divum scilicet Paulum ita scribentem<sup>\*</sup>: « etsi Christum in carne non vimus, nunc non item. » Si ergo dicimus Christum in carne iam non agnoscí, necessario carnem in Verbi naturam mutatam adfirmamus, ut tamquam Dei caro agnoscatur. Atqui aliquis forsitan ad haec illico responderet: num Paulus cum de no-

bis aiebat<sup>†</sup>: « qui in carne sunt, placere Rom. VIII. 8.  
» Deo nequeunt; vos tamen haud in carne  
» versamini sed in spiritu » an, inquam,  
carne nos et sanguine carere cognoverat?  
Ergo hoc de incorporeis spiritibus dixit.  
Porro quid ni stolidum detestandumque sit,  
si quis carnem id est carnis passiones Domi-  
no attribuat? Servator enim omnium Chri-  
stus immaculatus est, atque omni peccandi  
facultate carens. Cum autem is dicitur in  
carne non cognosci, intelligendum est, eum  
in infirmitatibus carnis iam non cognosci.

### XII. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Ieiunavit igitur, esurit, longo itinere lassatus est, itemque cruci fixus obiit: atque haec omnia perpassus est, haud tamen in deitatis natura (neque enim imaginari licet passibilem esse divinam naturam) sed in carne sua potius. Iam quum ipse vita sit mortemque calcaverit, humanam nobis naturam ad incorruptibilitatem vitamque renovavit. Ipse vero nunc omni humana infirmitate carere conspicitur, sicuti recte dictum fuit; nempe in carne non cognoscitur, id est in carnis infirmitate, ut ait mysteriorum eius minister.

### XIII. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Quum autem mortem, nostri causa, in carne gustasset, pariter cum corpore ascen-  
dit. Quumque Iudeorum turbae praedi-  
xisset<sup>\*</sup>: destruile templum hoc, et tribus diebus rursus erigam; revera restauratum est, quod fuerat destructum. Destruatam vero carnem dicimus, non Verbi naturam, quod fieri nequit.

### XIV. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Iam quum apostolis ipse noster salvator Christus persuaserit, se de morte suscita-  
tum, carnem pedes manusque habentem,  
seque non esse spiritum manifeste demon-  
straverit; cur iam quisquam suspectur car-  
nem esse mutatam in deitatis naturam, neque aliiquid passam, neque destructam mor-

<sup>\*</sup> II. Cor. V. 16.

<sup>†</sup> Joh. II. 19.

tem, cum in vitam post tertium diem rediit, quisque discipulis conspicuum se fecit?

XV. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Quis sanctorum patrum haec tam dura praeclixit, et impossibilia, nec hilum veritatis habentia? Quis apostolorum aut evangelistarum verba huiusmodi protulit? Profecto nemo. Confundantur itaque qui ex corde suo, non ex Domini ore loquuntur, uti scriptum est<sup>\*</sup>. Nos autem orthodoxiae legibus subiecti, quae tam diligenter stabilita fuit, sectandae sanctorum patrum reata doctrinae operam demus; neque vanis vociferantium nonnullorum, qui nihil intelligunt, dictis auscultemus, ita ut quae minime decent opinemur: sed ubique veritati adhaerentes, mentemque sacrarum scripturarum oraculii intendentes, dicamus Domini carnem intelligentem anima esse informatam, eamque divinam credamus, immaculatam, gloriosam, ideoque et alios vivificantem ac sanctificantem, utpote quae Verbi propria fuit, a Deo patre et non aliunde geniti; eamque numquam carnem in naturam deitatis mutatam adfirmemus.

XVI. *Sanctus Cyrus in libro adversus*

*Diodorum Tarsi episcopum (†), qui incipit: ante omnia veritas, quam nihil coarguit, nosque ipsi recte de illa loqui nocimus.*

Quid ni oportebat ab eo potius demon-

strari, quid inter carnis et deitatis attributa intersit? Aio igitur, in singulis nuper nominatis rebus, sive corporeis sive secus, carnem esse quae de humana forma sumpta fuit; Verbum autem quod e patris substantia prodiit. Haud idcirco tamen dividendus in duos est unicus ille noster dominus Iesus Christus.

XVII. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Dicimus Domini carnem anima intelligentem esse animatam. Saepe nos hoc diximus, et nunc quoque rem ita se habere denuo adfirmamus.

XVIII. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Sed Diodorum quoque audiamus. Si vero tu id dicas de Nazareno, nempe si hominem appellas hunc, qui adsumptus fuit, ostende nobis, nihil dissimilans, externam personam; tuamque diserte sententiam expone, neque carnem inanimem dicas. – Atque audientes tu fallere putas, quia constanter nos adfirmavimus, carnem pro sua ratione ac natura differre a Verbo, quod de Deo patre natum est. Haec tamen propria eius caro fuit propter inseparabilem coniunctionem.

XIX. *Idem Cyrus in eodem libro.*

Immo potius unus idemque filius est, ut perspicue cognoscitur, de substantia Dei patris secundum divinitatem, et ex nobis

(†) Liberatus diaconus in breviario cap. X. sic: *Cyrillus tres scripsit libros adversus Diodorum et Theodorum, quasi nestoriani dogmati auctores.* Alia veterum de hac re testimonia collegit Fabricius in B. gr. ed. nov. T. IX. p. 495, quae cumulare opus non est, praesertim quia non pauca illorum librorum fragmenta in quinta generali synodo collat. V. recitantur; quibus alio nova nunc a nobis accedunt ex syriacis bibliothecae vaticanae codicibus eruta. Quare frustra est Facundus hermanensis lib. VIII. 6. et alibi, dum de Cyrilii libris contra Theodorum dubitare vult, quia nempe parum ei placet, talem tantumque virum adversatum fuisse Theodoro, cui ipse toto suo opere patrocinatur. Facundi falsam opinionem alios quosdam participasse, ex eodem Liberato cap. cit. cognoscimus. Denique adnoto, fragmentum item cyrilliani operis a Facundo lib. III. 6. recitatum, a nostris his differre. Contra Diodori Theodorique infames sententias gravissime invehitur Cyrus epist. ad Iohannem antioch. Opp. T. V. part. 2. p. 195. D. Quo loco etiam poenitet eum quod illos olim imprudens laudasset, cuius rei testis est Leontius de sectis act. IV. 3, ubi tamen adnotatur Chrysostomum quoque et Basilium iisdem hominibus laudem attribuisse, propterea quod arianos Macedonium et Apollinarem refutavissent. In collectione canonica Ebediesu nestoriani (p. 130.) a nobis edita Script. vet. T. X. Diodorus, Theodorus, atque Nestorius dicuntur sectae splendida et sanctissima luminaria. Fuit igitur congruum ut Cyrus Nestorii strenuissimus adversarius, contra Diodorum quoque atque Theodorum arma expediret. Confer etiam Photium apud nos Spicil. rom. T. X. p. 456.

secundum humanitatem. Nempe etiam propheta, uti Moyses, appellatus fuit, itemque de stirpe Davidis. Neque eius agnomen removeamus; nam dispensationis eius virtutem rationemque satis novimus. Neque proprius templum fuit, quod adiinet ad eius naturam; etenim Deum esse appetet. Quod si animae a corpore suo separationem permisit, separata nihilominus ad eum pertinebat, haud secus quam singulis nobis proprium corpus.

**XX. Idem Cyrillus in eodem libro. (Ex hac locus etiam apud Severum antiochenum in opere inedito, quod inscribitur Philalethes.)**

Proprium est itaque divinae naturae, ut ante omnia saecula sit. Peculiare pariter Verbi eiusdem fuit, ut postremis temporibus carne praeditum nasceretur. Porro nativitas eius de Virgine, causa Verbo non fuit existendi, sed eius in carne manifestationis. Profecto non est Verbum mortale de mortali, sed de vivente patre vivens: propriumque ipsius evasit, qui vita est, mortale corpus de mortali natum, et morti obnoxium: ut in illo cum morte confligens, et e mortuis resurgens, in incorruptibilitatem id ipsum vindicaret, mortisque superius demonstraret, etiam si id natura sua in mortis mancipio erat. Debilitate est autem mors ex quo cum vitae corpore proelium conseruit.

**XXI. Idem Cyrillus in eodem libro.**

Nunc breviter, si placet, transgredientes ad considerandam servatoris nostri Christi personam, diversam esse comperimus naturam, cui imposita est. Interim ipse persona hypostatica est atque absoluta, humanitas et divinitas; diciturque summus pontifex, factor et factus.

**XXII. Idem Cyrillus in eodem libro.**

Sed fortasse tu dicis: ergo non habitavit in illo plenitudo universa divinitatis

corporea ratione. Verum hoc, inquam, est; nemoque sacrae scripturae contradicit. Nos tamen dicimus, filii divinitatem haud alieno in corpore, sed in suo potius templo habitasse, velut in homine anima, quae licet a carne differens, attamen una cum carne naturam hominis perficit, ut sit Petrus vel Paulus. Hoc immo evidentius in Christo est. Neque tamen idcirco dicimus, Dei Verbum animae officio in corpore functum, quae pessima nonnullorum opinio est, sed sanctum eius corpus intelligenti anima dicimus esse animatum.

**XXIII. Idem Cyrillus in eodem libro.**

Dei Verbum vere in omnibus perfectum est, neque incremento indiget. Natum autem perfectum de patre est, sapientia de sapientia, potentia de potentia. Et quia natura immutabile est, nihil ei templum in quo stetit nocuit, sed perfectam retinuit sapientiam, potentiam, et reliqua omnia. Caro utique crescebat viribus paulatim aucta, prout humanae naturae iura ferunt. Verbum autem carni unitum paulatim sapientiam suam manifestabat, quae corporis incrementum comitabatur, et corporis se statura adamussim accommodabat.

**XXIV. Idem Cyrillus in eodem libro.**

Ergo ad similitudinem nostram participes fuit carnis et sanguinis. Cumque mortem carni suae applicuissest, ipsamque mortem destruxisset, corpora mortalia nostra ad incorruptibilitatem direxit, ut carneorum membrorum rebellem legem ab ea tyrannide qua nos premebat deiiceret. Secus enim vita morti non esset dominata, nisi Verbum mortalis corporis fuissest particeps: neque item cupiditatum naturalium stimulus retusus fuissest, nisi Verbi corpus ex humana nostra natura sumptum fuissest.

**XXV. Idem Cyrillus in eodem libro.**

Inanimem haud dicimus carnem illam Verbo unitam, quae de semine Dauidis est.

Nemini item opinari licet, Verbum templo suo sancto instar animae intellectusque fuisse. Neque postremo illum, qui de semine est, per se solum appellare filium solemus.

**XXVI. Sanctus Cyrillus in secundo libro adversus Theodorum, qui incipit: ii qui sacrum puro intellectus oculo librum scrutati sunt (1).**

Discipulis aiebat \*: « neminem in terra » magistrum appelles; unus est enim do- » ctor vester Christus. » Dum ita apostolos hortabatur, haud certe deitatem a visibili corpore separabat; neque ipse Christus semet ab anima et carne divisum reputabat. Sic ergo quum Deus esset et homo, nempe visibili forma servus, intellectuali notitia dominus, deitatis excelsitatem sub humili humanitatis sensu celabat: vicissimque visibilis corporis humilitatem, divinitatis efficacia extollebat.

*Iohannis caesariensis adnotatio.*

Locus suprascriptus a Cyrillo contra Theodori doctrinam productus, auctorem habet Theophilum alexandrinum episcopum.

Cyrillus in alia sententia eiusdem libri contra Theodori doctrinam; quae particula extat in prima ad Cledonium epistola Gregorii nazianzeni ad Cledonium. *Incipit fragmentum:* ne homines isti alias decipiunt. *Desinit:* totus homo in peccatum lapsus retinetur.

**XXVII. Idem Cyrillus in eodem libro.**

Quum unigenitus se incarnaverit, qui vita suapte natura est, regressa est ad vitam natura hominis. Ipse vero caput omnium est, ideoque vivificans illud patris Verbum carnem sibi propriam adscivit quae in mortis mancipio erat, ut dum eam morti corruptelaeque superiorem efficeret, idem nobis donum impertiretur. Atque ut in mortis potestatem Adami causa incidimus, ita per Christum a mortis saevitia liberati, denuo tendimus ad immortalitatem.

(1) Ergo ex tribus illis libris, quos veteres dicunt a Cyrillo scriptos contra Diodorum ac Theodorum, primus reapse contra Diodorum erat, duo reliqui contra Theodorum, ut ex ipsorum initii constat. /

(2) Vides putam haereticam nestorianam, quam in sequente fragmento retundit Cyrillus.

**XXVIII. Idem Cyrillus in tertio contra Theodorum Mopsuestiac episcopum libro, qui incipit: nostra forsitan verba dura sunt.**

Audi nos itaque atque intellige, o homo, mysterii profunditatem, quod cum sacrorum librorum orthodoxya scopoque consentit. Deitas a carne, id est humana natura, differt secundum utriusque propriam rationem. Secus quomodo nobis similis evasisset, quandoquidem Dei Verbum in suo prorsus statu permansit? Verum si carni eius inseparabilem adunctionem adtribuas, neque eam sua veste spolies, unicum tunc filium adorabis patri consubstantialem divinitatem, nobis item consubstantialem humilitatem. Porro qui ita opinari decernunt, eis Christus lumen suppeditat ad suimet mysterium cognoscendum.

**XXIX. Idem Cyrillus in eodem libro.**

Hominis quae in Christo est natura, honoratur sane ac sanctificatur; verumtamen quatenus Deus est, baptismo non indigebat, neque Spiritus sancti dono, quandoquidem ipsum Spiritum idem donat.

Ex inedito Philalethe Severi antiocheni in codice syriaco vaticano.

**XXX. Diodorus Tarsi episcopus impii Nestorii magister (ita scripsit.)**

Quum adhuc Mariae esset caro illa, needum adsumpta, terrena erat, neque ultatenus a ceteris carnibus differebat: sed in nativitate demum honore aucta est. Sic Dominus dum in Virginis utero esset, atque ad illius substantiam adhuc adtineret, honore filii carebat. Quum autem conformatus est, templumque Dei Verbi effectus recepto Unigenito, honorem nominis adeptus est, ex quo illi gloria-accessit (2).

*XXXI. Idem Cyrus contra Diodori scriptum.*

Praeclarissime! Aio, verba quae nemo docuit sed a te publice pronunciantur, gravissimis sordibus inquinari. Sancta illa caro, quae Mariae fuit, iam inde a primo conceptus momento, sive in utero existentiae, sancta fuit, utpote Christi corpus: nemoque vel tenuem concedit temporis fuisse articulum, quo illa communis ceterisque carnibus similis fuerit, ut a te dictum est, et non potius Verbi caro.

Ex Severi antiocheni apologia pro opere suo quod inscribitur Philalethes, in codice vat. syr.

*XXXII. Idem Cyrus adversus Diodorum.*

Sicuti etiam idem Verbum, de patris substantia genitum, Abrahami semen in carne adprehendit; idque per dispensationis mysterium, sine propriae substantiae detimento. Etenim quum esset natura Deus, verus quoque hominis filius factus est: et qui filius patri Deo est, non est illi extraneus, neque falsum filii nomen gerit: etenim reapse ex illo natus est ineffabili arcano modo, quamquam non nisi in carne post adunationem cognoscatur. Tu ergo dum eius tantummodo transmutationem admittis in carnem inanimem intellectuque carentem, unicum illum in duos dividis filios, veritatem hanc quod unus sit filius impie respuens.

Ex eadem Severi antiocheni apologia in eodem codice.

*XXXIII. Idem Cyrus adversus Diodorum.*

Saepe iam diximus, quo tempore capitulorum omnium apologiam quodammodo

fecimus (1), non propterea quod naturae ad adunationem accesserunt, idcirco dualitatem (in Christo) esse admittendam. Et enim sicut homo quamvis ex anima rationali et corpore compositus, unus est neque in duo dividitur, idque totum dicitur animal rationale ac mortale, quamquam reapse una in parte mortale, in alia rationale; sic etiam Emmanuel, quum sit unus, divinitate et humanitate constans, quarum per se utraque perfecta est, idem Deus est et homo, mortalis et immortalis, temporalis et prior omnibus saeculis, palpabilis et impalpabilis, visibilis et invisibilis. Nam si ille natura sua immortalis, nihil sumpsisset a mortali natura, id est Abrahami semine, haud nos equidem renovati essemus atque ad immortalitatem erecti; vanaque nostra fides foret, et in peccatis nostris adhuc iaceremus.

Ex quaestionibus Severi antiocheni cum haereticis, in alio cod. syr. vat.

*XXXIV. Idem Cyrus adversus Diodorum.*

Sanctum enim est ac sine peccato corpus Christi Dei servatorisque nostri: et quod quidem ad culpam adtinet, iam inde a primo incarnationis momento incorruptibile fuit, atque in ea qualitate non est ei nulla nobiscum communio vel similitudo: etenim alia quavis re nobis est similis praeter quam culpa. Ceteroqui eandem carnem eundemque sanguinem uti nos participavit, ut ait apostolus. O mi reverende qui stulta ac turpissima verba effutis; sacrum quidem corpus illud de Maria sumptum, infirmitati erat obnoxium, sed tamen iam inde ab eius concretionis initio, et in utero subsistentiae, sanctum utique semper fuit, quia Christi corpus erat, nulunque temporis intervallum fuit, quo il-

(1) Intellige apologiam contra orientales episcopos. Sed tamen de capitulis quoque Theodori ac Diodori a se refutatis loquitur Cyrus in epistola ad Aeacium melitenensem episcopum Opp. T. V. part. 2. p. 198. *Inspectis Theodori ac Diodori libris, quos scripserunt non de incarnatione Unigeniti, sed magis contra incarnationem, posui aliquam ex capitulis, et quo potui modo contradixi eis, declarans abominatione prouersus plenam esse sententiam ipsorum.*

lud non possederit. Porro simplex , ut ais , est , ceteris carnibus comparatum.

**XXXV.** *Idem Cyrillus apud Severi apologeticum contra Iulianum halicarnassensem , in codice syr. vat.*

Participavit igitur aequae ac nos carnem et sanguinem , ut in carne sua daemonium oppugnaret , eoque profligato , mortalia nostra corpora ad immortalitatem transferret , iugoque legis subtraheret , quae adversus membra carnis praevaluerat. Haud aliter vitam mortemque inter se proelio committere poterat , nisi mortali corpore usus fuisset : neque cupiditatum nostrarum stimulum obtudisset , nisi de figmento nostro corpus sumpsisset.

Ex libris Severi adversus Iulianum halic. in codice syr. vat.

**XXXVI.** *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Haec est , o noster sodalis , naturae humanae definitio , quae dicitur substantia animalis , rationalis , atque mortalis.

**XXXVII.** *Idem Cyrillus adversus Theodorum.*

Ille autem ore suo dilatato , et laxatis blasphemiae habenis , dixit Christi imperfectam sanctitatem fuisse , neque eius culmen attigisse ante quam Spiritus sanctus sub columbae specie in eum descendisset. Quid ni autem perfectus erat ? Certe qui est imperfectus , peccato carere nequit : et enim qui una in parte sanctus creditur , in alia infirmus putatur. Alioqui quinam iste defectus erat , quem ei Spiritus sanctus superlevit , ut altera quoque pars perfecta evaderet , atque diaboli impetum frangeret , ut adversarius adserit ? Porro non sanctus tantummodo , et quidem perfectissime erat , verum etiam plena potentia is praeditus erat , qui dolores atque omne genus infirmitatis sanabat . — Quum Deus suapte natura esset , verusque Dei patris filius , hu-

manam formam sibi induit , suam faciens carnem illam quam de sancta Virgine sumpsit , quae profecto caro Dei est , et protestate divina pollens. Idcirco Christus vivificans quoque fuit , et infirmatum sanator , mortisque destructor.

**XXVIII.** *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Audes etiam herilibus formis illum in duere , qui , ut ais , homo est de Maria , et qui initio a nobis nullatenus diversus erat aut superior , sed postea multo conamine filii nomen gloriamque divinam promeritus est , postea quam scilicet de ventre exierat. Igitur duo , te censente , sunt filii ; novusque Deus est Christus , qui a Deo supernaturali honore affectus est , magis aliquanto quam reliquae creaturae ; ut cum simplici homine adoretur is qui lapsu temporis , nec nisi sub finem gloriam possedit , factusque est Trinitatis complementum , natura aequalis.

**XXIX.** *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Namque ut passus dolores in carne , nihilominus in suae deitatis natura impensisibilis mansit ; sic aio , et dum cresceret , perfectum omnino fuisse. Et cum sapientia augeri credebatur , tunc ipse redundans sapientiae fons erat , a quo ceteri omnes sapientiam hauriunt.

Ex iisdem Severi libris adversus Iulianum halicarnassensem.

**XL.** *Cyrillus in tractatibus quibus Matthaeum explanavit , de Petri socru eiusque sanatione loquens.*

Etenim sanitatem tribuit uti Deus , dum iacenti illi manus suae contractum laetus est. Cur id , inquam ? Nempe ut demonstraret , corpus suum pari ac naturam divinam potestate praeditum esse infirmos sanandi. Quippe illud corpus haud hominis

erat, sed Verbi omnia pro sua voluntate administrantis.

**XLI.** *Idem Cyrillus libro IX.  
in evangelium Matthei.*

Non quod humanam corporis formam amiserit, sed quia id circumdedit lucente gloria, et indecoram carnis conditionem honorabili specie vestivit, ceu optime Paulus dixit: « seminatur in ignominia, resurgit in gloria. » Quid autem corpus est? Scilicet nuda caro, quae naturali nulla circumdatur gloria, immo ignominia tantummodo et naturae infirmitate laborat. Verumtamen in resurrectione, digna Deo mutatio accidet, nempe in divinae lucentisque gloriae stolam. « Etenim iusti veluti sol splendebunt in regno patris ipsorum » ut ipse ait Salvator noster, gloriæ videlicet divinae substantiae propriæ.

**XLII.** *Idem Cyrillus in libro XIII.*

Etenim per resurrectionem a mortuis, iterum humana natura imputribilitatis capax est facta: quae res coepit in Christo, qui idcirco secundus Adam, primus dormientium, et primogenitus ex mortuis vocitatur.

**XLIII.** *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Maestus fuit dolensque Servator noster, nostrasque passiones pertulit, etiamsi Deus esset dolore omni liber et excelsior, ut nos scilicet veram in ipso humanitatem agnoscamus. Etenim scriptum est, eum itinere fuisse lassatum, licet dominus virtutum sit rerumque omnium potestas. Similiter esurisse dicitur, qui tamen est panis vivus de caelo descendens, vitamque orbi tribuens. Sic item tristitiam passus, qui alioqui totus in laetitia, suavitate, gaudioque versatur. Profecto nos dicimus Verbum Dei impossibile, inviolabile, manifesteque Deum, numquam esse in sua divina natura expersum passiones. Sed quia communia ei fue-

runt quae sunt propria humanitatis, vicissim ea quae sunt Verbi Dei propria, eique tantummodo convenientia, communia carni evaserunt, propter ineffabilem inexplicabilemque unionem. Et cum caelo Verbum descendit, nequaque carnem secum caelo descendisse ait; nemo enim ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo filius hominis. Post haec, suppicio quoque se obtulit, ut nos poena peccatisque liberaret; etenim livore eius sanati sumus.

**XLIV.** *Idem Cyrillus homilia XXVIII.  
in Lucam.*

Etiamsi igitur suam naturam Deus est, nihilominus factus homo, dicitur nomen accepisse a Deo patre quod est super omne nomen, ut et Deus crederetur, et omnium rex simul cum carne cui se copulavit. Passus autem nostri causa crucis supplicium, et morte in suo corpore per resurrectionem destruncta, ascendit ad patrem.

**XLV.** *Idem Cyrillus homilia XLV.*

Solius propria est excelsae naturae, suscitandi mortuos facultas: sola haec possidet immortalitatem: ab ipsa vero, quicumque ab inferis revocantur, motum vietamque mutuantur.

**XLVI.** *Idem Cyrillus in explanatione  
epistolæ (I) ad Corinthios (1).*

Heic opus est ut de eo (*Christo*) dicatur, non solum omnino esse mortuum, verum etiam sindone involutum; quae res Emmanuelis obitum prorsus testatur. Insper in sepulcro derelictus est, unde revixit, ut modo dixi. Ergo in corpore cum sit mortuus, prorsus nobis persuasit corpus habuisse. Tunc autem cum Dei Verbum mortem conculeavit, recte se Deum naturam demonstravit; quia sicut humanitas agens, mortem pertulit; ita divinitus operans, mortem devicit (2).

(1) Confer editionem nostram explanationis Cyrilli in I. ad Corinth. gr. p. 70, lat. 47. cum adn. 1.

(2) Haec tenus Cyrilli fragmenta ex syriacis bibliothecae vaticanae codicibus sumpsimus.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ  
ΕΙΣ ΤΑ ΛΣΜΑΤΑ ΤΩΝ ΛΣΜΑΤΩΝ  
ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ (1).

SANCTI CYRILLI ALEXANDRINI  
IN CANTICA CANTICORUM  
COMMENTARII RELIQUIAE.

Unguentum effusum nomen tuum.

Μήδον ἐκκενωδέν ὄνειρά σου.

CAL. I. 2

Significat Unigeniti invocatum apud omnes gentes nomen, quo hae nimur suaviter ei olent, appellationem eius (id est Christianorum) gerentes.

Propterea adolescentulae etc.

Adolescentulae instar etiam Paulus erat, dum diceret: omnia possum in eo qui mi confortat. Ideo summopere quoque amabat dicens: quis nos separabit a caritate Christi? Quomodo autem illum traxerunt? nimur vestigia eius sectantes et evangelicis fruentes unguentis. Quod si currimus, ut mox ait adolescentularum sermo, par facimus dicto: post dominum Deum ambulabimus. — Regnum quodammodo appellat heic cubiculum.

Posuerunt me custodem etc.

Fortasse semet incusat, quod propriam vineam nou custodiverit, sinens potius eam abs quolibet praetercunte diripi; quam in saltu corrupti contigerit, atque ab apro silvestri vastari. Contra fortasse Deum laudat, quod quum ipsa propriam vineam custodiare nequiverit, dum illam neque excolluit neque protexit, nihilominus adeo profecit, ut plures vineas custodire potuerit. — Nimur matris suae filios dicit

Δηλοῖ ἡ τὰ εἰς πάντα τὰ ἔθνη τοῦ μονογενοῦς κληθεῖσαν ἐπωνυμίαν, καθ' ὃ πάντα τὰ ἔθνη εὐωδιάζεσι πρὸς αὐτὸν οὐτοῦ φέροντα προστυχούσιαν.

Δια τοῦτο νεάνδες κ. τ. λ.

Νεάνις ἦν καὶ Παύλος, πάντα λέγων \*  
ισχύοντος τῷ ἐνδυναμοῦντι με Χριστῷ διὸ  
καὶ λίγον ἥγαπτος φάσκων. \* τίς ημᾶς χω-  
ρῆσῃ ἀπὸ τοῦ ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ; Πῶς ἡ αὐ-  
τὸν εἴλυσταν; ἀπολονθήσασαι τοῖς ἵχγε-  
σιν αὐτοῦ, καὶ τῷ εὐαγγελικῶν ἀπολαβ-  
σασαι μύρον· εἰ δὲ δρυμοῦ μῆρα, ἔχων \*  
τῷ νεανίδων ὁ λόγος, καὶ τὸ ὅπιστον κυ-  
ρεῖον τοῦ Θεοῦ πορθμεῖσθα. — Ἡν τινα  
βασιλείαν ταμιεῖον ἐν τοῖς παροῦσι προσ-  
αγορεύει.

\* Εἴσετό με φυλάκισσαν κ. τ. λ.

Τάχα ἡ κατηγορεῖ ἑαυτῆς, ὅτι ἐτίδιος  
οὐκ ἐφύλαξεν ἀμπελῶνα, ἀρθεῖν αὐτὸν  
ἀφεῖσα πάντα τὸ θέσπιον φύλακόν τοῦ ὁδόν.  
λυμήνασθαι τε αὐτὸν ἦν ἐπὶ δρυμοῦ, καὶ  
μονιὸν ἀγρον κατανεμήσας αὐτόν. τάχα  
δὲ καὶ δοξάζει τὸ Θεόν, ὅτι μὴ δυνηθεῖσα  
φυλάξαι τὸ ιδιον ἀμπελῶνα, τῷ μήτε γεωρ-  
γῆσαι μήτε φυλάξαι ἐπὶ τοσότον πρόσκο-  
ψεν, ὡς πολλοὺς ἀμπελῶνας μνηθῆναι  
φυλάξαι. — Ἡγεννανούσιος μητέρας λέγει

v. 3.

\* Philip. IV. 13.

\* Rom. VIII. 35.

\* cod. εχεν.

(1) Sancti Cyrilli alex. fragmenta haec commentarii ad canticum Salomonis edidi olim graece tandemmodo in catena Procopii AA. class. T. IX. Nunc autem, quoniam novis omnibus Cyrillici scriptis colligendis operam do, eadem heic, inspecto rursus codice, exhibeo, latina etiam addita interpretatione.

δὲ σωμαγωγῆς, σὺν γεαμματεῖς καὶ Φαρισαῖς, οἵ τινες ἐπολέμουν τοῖς πισεύσιν εἰς Χριστὸν, τηρεῖν ἐντύλορθυοι τὸ μὲν τὸ νόμον λαβεῖσαν· αὐτὸν δὲ ἀμπτύνον ἀλλ᾽ ἐγὼ ταῦτην φησίν οὐκέ ἐφύλαξα· ἀ τινὰ δὲ ἣν μοι κέρδη, ταῦτα ἡγυμαι διὰ τὸν Χριστὸν ζητῶ μιαν, ὃς φησίν ὁ μακάριος Παῦλος \*.

\* Philip. III. 7.

v. 6.

‘Ως περιβαλλομέν (ι) ἐπ’ ἄγλας ἑταῖρον σου.

Ἐταίρεις αὐτοῦ σὺν ἀποσόλεσ καλεῖ·

\* Joh. XV. 15.

ἔφη γάρ· \* οὐκέ ἔτι λέσω ὑμᾶς δούλες ἀλλὰ φίλας· φίλοις δὲ ἐστε· ὥστε βαλλομένη τὸ λέγει καλυπτομένην· λέγοντος Παύλου \*, ὅτι ἔχει τὸ σήμερον ἡμέρας, ἵνακα μάγαριώσκεται Μωϋσῆς, καλύμματα ἐπὶ τὸ καρδίαν αὐτῶν κεῖται· φωνὴ οὖν, ἡ μετανοῦσα σωμαγωγὴ πρὸς Χριστὸν, δύλωσόν μοι σαντὸν, ὅπως μὴ \*, τὸ ἑταίρων σε ποιείσιν τὰς ἐκκλησίας, ἐγὼ ἐών τὸ καρδίαν μείνω τὸ καλύμμα ἔχοσα.

v. 7.

Ἐάν μὴ γνῷς σεσυπη.

“Ὕγειν, εἰ μὴ μετανοοῦσῃς, φησὶν, ὀώσω τὸ ἔθνῶν εὐζεύσην ἀτε μὴ ἔχοσα καρπῶν δικαιοσύνης, ἀκαρπῷ μένουσα, καὶ ὀώσω ποιημάνων ὡν ἡματῷ ὀμεσηστάμενω.

v. 8.

Τῷ ἕπερ μοι ἀφοιωάσε.

“Ὕγειον δεξαμένην τὸ ἐμὸν ὡς ἐκκλησία πίστιν, τοῖς ἀποσόλοις εἰκάσθης· τερὶ ὡν τὸ \*, ὅπηβήσῃ ἐπειδὲ σὺν ἴππων σα, καὶ ἡ ἴππασία σε σωτηρίᾳ· οἱ καὶ καὶ τὸ ἀρμάτων εὐζεύσησθοσαν τὸν τοῦ Φαραὼ.

v. 9.

Σιαγόνες σου ὡς τριγόνος.

“Ὕγειν τὸ αἰδῶ τὸ πρὸς τὸ νυμφίον παρίσησι διὰ τὸ ξυγόνος· ἐρυθραι γένος τὸ ξυγόνῳ αἱ σιαγόνες· τῇ δὲ σωμαγωγῇ τοῦ ναυτίον, ὅψις πόρνης ἐγένετο σοι, ἀπναισχύντησας πρὸς πάντας \*. – Λέγει τράχηλον τὸ ὑποτακτικὸν τὸ ψυχῆς· πῶς γάρ κόσμος καλὸς, αὐχὴν μελετῆσας φέρει τὸ Χριστὸν τὸ ζυγόν.

v. 10.

“Ὕγειν ἀργύρειον μὲν ἐν τῇ γεαφῇ σωτῆσθως, η θεῖα διδασκαλία· χρυσίον δὲ τὰ θεῖα χαρίσματα· πάντα τὸ πρὸς τὸ ἐπιδημίας Χριστοῦ, ὅμοιώματα ἣν καὶ τὴν

alumnos synagogae, scribas ac pharisaeos, qui fideles Christi oppugnabant, legalem cultum retinere iubentes. Haec enim vinea erat. Sed ego hanc, inquit, non custodivi: quae enim fuerunt mihi lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimentum, ut beatus ait Paulus.

Sicut obvoluta super greges sodalium tuorum.

Sodales suos apostolos appellat. Dixit enim: iam non dico vos servos sed amicos. Quippe amici estis. Obvoluta autem dicitur pro adoperta. Ait enim Paulus: usque in hodiernum diem, dum legitur Moyses, velamen supra cor eorum iacet. Vox itaque, synagoga est resipiscens ad Christum, dicensque: ostende te mihi, ne posteaquam sodalium tuorum paveris ecclesias, ego adhuc maneam velamen habens supra cor meum.

Nisi cognoveris te.

Id est, nisi resipueris, inquit, post ethnicos invenieris; ceu quae fructus iustitiae non habueris, manens sterilis, retroque greges illos quos mihi confeci.

Equae meae assimilavi te.

Videlicet, o ecclesia, quae fidem meam recepisti, apostolis assimilata es; de quibus dictum: ascendes super equos tuos; et equitatus tuus, salus. Qui etiam adversus currus armantur spiritalis Pharaonis.

Genae tuae ut turturis.

Nempe verecundiam suam erga sponsum, turturis similitudine denotat. Turturis enim genae rubescunt. Synagogae vero dictum contra: facies meretricis tibi est, impudenter ad omnes te habuisti. – Collum dicit animam morigeram. Nam pulcri ornamenti genus est, si quis Christi iugum ferre gloriatur.

Argentum apud sacras litteras divinam doctrinam significat; aurum, divina dona. Cuneta vero ante Christi adventum, similitudinis instar erant et umbrae futurorum.

(1) Notissimum est, vulgatum lat. textum sequi hebraicam lectionem, a qua graecus textus non semel differt. Itaque etiam Nobilis noster in romana editione bibliorum graecorum novam interpretationem lat. necessario fecit, quam nos in citatis textibus saepe sequimur.

ut apostolus ait, honorum. Porro resurgens Christus perfecta hominibus donavit: namque ante resurrectionem, similitudines tantum habuimus a laudatoribus eius lege et prophetis.

Nardo stactisque alligamento sepultura Christi significatur; quae Nicodemus ferens corpus eius involvit. Uberta autem tamquam duo testamenta gerit sponsa, inter quae Christus demoratur.

Pulcrum eam dicit, haud sicut antea inter mulieres dixerat: sed dum heic eam proximae titulo denotat, sponsae laudem duplicat sponsus, dotes eius theoreticas simul practicasque commendans. Iam oculos, mentis cordisque dicit; columbaeque oculos propter perspiciam, quod etiam de Spiritu dato accipitur. Ait ergo, sponsam mente auctam quae Deum solum spectat. Oculi autem sunt etiam innocui acutaque cernentes ecclesiae magistri.

Ego flos campi, lilium convallium.

Tamquam recepto iam desursum imbre, editoque virtutis partu, agresti se flori sponsa comparat: ostenditque quantopere prosit Christi adventus, siquidem valles quoque semini cuiilibet ineptas, floribus eiusmodi plenas narrat. Etenim se vallem appellat, propterea quod a daemonibus olim incolis depressa fuerat.

Stipite me malis.

Evangelicis communite me doctrinis. Hae quippe nobis Christi odorem affundunt. Utinam collocer, ego quoque, inquit, cum sanctis eius! Nam sicut ipse polum est, ita etiam qui sunt cum eo corporati et participes, poma fient.

Laeva eius etc.

Sinistra dicitur lex, dextera evangelium. Vel sinistra intelligenda est praesens vita, dextera autem futura; quae quidem me complectetur, postquam iis, qui a dextris erunt, dictum fuerit: venite benedicti patris mei. Ait etiam alibi: « longitudo annorum vitae, in dextera sapientiae; in sinistra vero eiusdem, divitiae et gloria. »

μηλόγιτων καὶ ἐπόστολον ἀγαθῶν. \* ἀνάστας ἡ Χριστὸς τὰ τέληα τοῦ ἀνθρώπους δεδώρηται πρὸ δὲ τῆς ἀναστάσεως ὅμοιέμετα εἴχοτον. παρὰ ἐπαύγιον \* αὐτοῦ, \* ita cod. τε τε νόμος ἐπὸφητῶν.

Νάρδῳ καὶ ἀπόδεσμῷ στακτῆς, ὁ οἰταφισμὸς σημαίνεται Χριστοῦ ἡ Νικόδημος φέρων ἀνεύλιξε τὸ σῶμα αὐτοῦ. μαστὸς ἡ φέρει τὰς δύο δραχμὰς ἡ νύμφη, ὡν ὁ Χριστὸς ἀνά μέσον αντίστηται.

Καλὴν αὐτὴν φοῖν, οὐχ ὡς πρότερον ἐν γυναιξὶ λέγων μόνον, ἀλλ' ἂποκαὶ ἡ ὡς πλησίον αὐτοῦ, ἀναδιπλασιάζει τὸ νύμφης ὁ νυμφίος ἐπαύγιον, τὸ τε θεωρητικὸν αὐτῆς ἐπαύγιον, καὶ τὸ πρακτικόν ὁ φθαλμὸς ἡ τοῦ εἰς νοῦν καὶ παρδίαν φοῖν καὶ φεύγεται τὸ διορατικούς, καθ' ὃ καὶ εἰς παγεῦμα λαμβάνεται λέγει οὖν ὡς ἐδέξατο νοῦν ἡ νύμφη, μόνον ὄρωντα Θεόν· ὁ φθαλμὸς ἡ καὶ οἱ ἀκακοὶ καὶ ὀγκοδερκεῖς τὸ σκηλητίσας διδάσκαλοι.

Ἐγώ ἀνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων.

\*Ως δεξαμένη ἡ νύμφη ἐγνωθεν οὔτον, Καὶ τεκοῦσα ἐπάρτην, ἀνθει ἔστην τὸ θαβάλλα πεδίον· δείκνυσι ἡ ὅσον ὠφέλησεν ἡ Χριστοῦ ἐπονημία, ὅποι γε καὶ τὰς κοιλάδας τὰς ἀνεπιπλέοντας πρὸς ἀπαντα πόρου, τοιούτων μεσὰς ἐδιέζεν ἀνθέων κοιλάδα γὰρ λέγει τὸ ἀποκοιλανθεῖσαν ἀπὸ τοῦ οἰκιστῶν αὐτὴν πάλαι δαιμόνων.

Στοιβάσσατε με ἐν μῆλοις.

Τοῖς εὐαγγελικοῖς με ἀσφαλίσατε λόγοις· οὗτοι γὰρ ήμιν εὐωδίαζονται Χριστόν· σωταχθεῖσι μὲν φοῖ καγὼ μετὰ τῆς ὄγκων αὐτοῦ· ὡς γὰρ αὐτὸς μῆλον, οὕτως σύσσωμοι καὶ συμμέτοχοι αὐτοῦ μῆλα.

Εὑάνυμος αὐτοῦ κ. τ. λ.

Εὑάνυμος ὁ νόμος, δεξιὰ τὸ εὐαγγέλιον· ἡ καὶ εὑάνυμος ὁ παρὸν βίος, δεξιὰ ὁ μέλλων, ἡ τις με πεπελήσεται ὅταν τοῖς ἐκ δεξιῶν εἴσῃ· \* δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τὸ παῖδες μα. Λέγεται ἡ ἑτέρωθι· \* μῆκος βίος καὶ ἔτη ζωῆς, ἐκ δεξιᾶς τὸ σοφίας· ἐν ἡ τῇ ἀριστερᾷ, πλούτος καὶ δόξα· δεξιὰ γοῦν αὐτῆς ἡ τὸ θείων ἐπισήμην, εἰς ἣς ἡ αἰώνιος

\* Hebr. X. 1.

\* ita cod.

CAP. II. I.

V. 5.

V. 6.

Matth. XXV.  
33.

Prov. III. 16.

ζων· ἀριστερὰ ἡ ἡ ἀνθρωπίνων γνῶσις,  
ὅν ὁν πλοῦτος καὶ δόξα· λέγε τοῖνυν, ὅτι  
ὑπερέχει ὁ νέος με τὰ ἀνθρώπινα· οὐκὶ θεῖα  
γνῶσις παλιῆφε με· οὐκὶ γάρ εἴρηται πάλιν· \*  
τίμουσον αὐτὸν, ίνα σε πειλάθῃ· δείκνυσι  
τοῖνυν, ὅτι ὁ αὐτὸς καὶ νυμφίος καὶ τοξότης  
ηὔρεται, οὐμφαντὶ τὲ καὶ βέλος οὐκαπαθαρ-  
ύειν· Λογοῦ· οὐς βέλος εὖν πέδεις ἢ ἀγαθὸν  
εὐθύνα σκοπών· οὐς νύμφην ποινωνίαν  
ἀναλαμβάνει ἢ ἀφθάρτης αἰδίοτης, μῆ-  
κος βίας καὶ ἔπι ζωῆς, διὰς δὲξιάς χαριζό-  
μενος· διὰς δὲ ἡ ἀριστερᾶς, ἡ τῷ αἰώνιον  
ἀγαθῶν πλοῦτον οὐκὶ τὴν θεοῦ δόξαν, οἷς οἱ  
ἢ τὸ κόσμος ζητοῦντες δόξαν ἀμέτοχοι γί-  
νονται· διὰς τοῦτο φησὶν, ὅτι εὐλόγων μο-  
δεῖσιν τὸ κεφαλὴν μις, διὰς δὲ εὐθύνεται ὑπὸ<sup>1</sup>  
τὸ σκοπὸν τὸ βέλος· οὐκὶ δεξιά αὐτοῦ πέδεις  
ἔσαντόν με πλεισταθεῖσα καὶ ἐφέκυσταμένην, κέ-  
φην με πρὸς ἄνω φοράν ἀπειράζεται· κάκει  
περιπομένων, καὶ τὸ τοξότης μηδ χωριζούμε-  
νην, μᾶλλον ἐπαναπαύεται. Εἴτα πρὸς τὰς  
θυγατέρας δὲ ἄνω ιερεσταλῆμα τέτεις τὸ λό-  
γον· οὐκὶ λόγος παράκλησις ἐστιν ἀλλὰ  
προσαρμένην, τὸ πλεονάζειν καὶ ἐπαίνειν δὲι  
ἢ ἀγάπην, ἔως ἂν ἐνεργήδη ἐστοῦ ποιῆσῃ  
τὸ θέλημα, οὐθὲνων πάντας ἀνθρώπους σω-  
θῆναι καὶ εἰς ἐγγίνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν\*. Διὰ  
μὲν τὸ εὐνόμιον τὰ τὸ παρόντος βίας αἰνίτ-  
τεται ὡς ἔοικε παλὰ, ὁν τὸ ἀπόλαυσιν ἤδη  
ἔχει· διὰς δὲς δὲξιάς, τὸ τὸ μελλόντων ἐν  
ἐπαγγελίαις προσδοκίαν ὁν τὸ χρῆσιν ἐν  
ἐπαγγελίαις ὡς λέλεκται καὶ ἐλπίσι προσκει-  
δημα φησὶν· εὐκαὶ καὶ τὸ φάναι, τὴν μὲν δεξιὰ  
πλειλαμβάνεται, τὴν δὲ ἀριστερᾶς τὸ κεφαλὴν  
ἐπαναπαύεται· δεῖ γάρ τὰ τὸ παρόντος βίας  
καὶ πολὺ νομίζεται χρηστὰ καὶ περίβλεπτα,  
ὑποτετάχθαι τὴν κεφαλὴν τὴν τελείας ψυχῆς,  
μόνιλ τὸ ἀναγκαῖαν χρεῖαν παρέχοντα τῷ  
σώματι, ὡς τὸ προσκεφάλαιον τὴν κεφαλῆ-  
τὰ δὲ τὸ μέλλοντα αἰώνα, ἐπειδὴ θεῖα  
ὄντα ἐπάνω τῆς ἀνθρωπίνης ἐφέστηκε φύ-  
σεως, διὰς δὲ πλειλαμβανεῖσθαι τὸ ὑπερέχον ἥνι-  
ζετο· τάχα δὲ, ἐπειδήπερ αἱ κεῖρες πρά-  
ξεων εἰσὶ σύμβολον, αἱ δὲ ἀριστερᾶς χει-  
ρὸς πράξις, τὰ τὸ σώματα προμαίνεσθαι  
αἱ δὲ δεξιάς, τὰ δὲ ψυχῆς· δεξιὰ ὄντα

Eius itaque dextera, divinarum rerum scientia est, unde aeterna vita conficitur: sinistra vero, humanarum peritia rerum, ex quibus divitiae et gloria proveniunt. Ait itaque: excedit mens mea res humanas, et divina cognitio operit me. Nam et rursus dicitur: « honora ipsam, ut te complectatur. » Ostendit igitur ipsum esse sponsum nostrumque iaculatorem; sponsam autem et iaculum, purificatam animam; quae teli instar ad bonum dirigitur scopum. Hanc instar sponsae ad societatem adsumit incorruptibilis perpetuitatis; aevi longitudinem, annosque vitae, dextera sua largiens; sinistra autem, aeternorum bonorum opes Deique gloriam, cuius hi qui mundi gloriam amant expertes sunt. Propterea dicit: sinistra illius super caput meum, a qua videlicet ad proprium scopum dirigitur telum; dextera ipsius autem ad se me trahit, quoniam ad ascensum in superna facit expeditam; atque illuc missam, et a iaculatore indivisam quiescere. Deinde ad supernae Hierusalem filias sermonem convertit. Sermo autem, deprecatio adiurantis est, ut caritatem multiplicant augeantque: donec in opus conferat voluntatem suam is qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Sinistrā quidem, praesentis vitae bona quibus nunc fruitur, videtur significare: dextera autem, futurorum prout promissum fuit expectationem; quorum usus promissus, ut diximus, speratusque est. Recte quoque dictum: dexterā complecti, sinistrā capiti reclinatorium praebere: oportet enim, praesentis vitae bona quantumvis spectabilia putentur, perfectae animae capitili esse subiecta, necessarium tantummodo usum corpori, tamquam cervicalis capitili, exhibentia. Verumtamen futuri saeculi bonorum, quia divina quum sint humanam naturam excedunt, per complexum excellentiam innuit. Fortasse etiam, quandoquidem manus actuum sunt symbola; sinistram vero manus actionis, corporalia significat:

dexteræ autem, spiritalia; quum dextera potior sit, corporeas necessitates complectitur. Nam sicut manus amplexans, et superior est, et sub ulna rem quam amplectitur habet, ita illi qui ad futurae vitæ scopum diriguntur actus, quemlibet corporis, absurdum motum vinculis cohibentes, bene compositam morigeramque vitam servant; cum animae in sponsi amplexbus positae nemo iam possit nocere.

Hactenus ad explanandum ea quae more dramatico dicta sunt usque ad « vox tua suavis et facies tua speciosa. » Constat autem Verbi sponsam esse animam, id est Christi ecclesiam, quae illius vocem etsi antea incognitam ceu divinam excipit, quod facimus nos credentes, ante etiam quam legis ac prophetarum voces intellexerimus, divina gratia pleni et instincti. Hoc significant verba: « vox patrueis mei » quae Verbi de longinquò adventum denunciant: quod illa videns grandia iam consilia adgredi, quamvis ne minora quidem negligere, ait: ecce ipsum venit saliens super montes, transiliens super colles. Per universam vero orationem alia dicuntur, ceu sponso iam praesente; quaedam autem, ceu si sponsus a sponsa requiratur: namque et nos problemata partim indagamus, quorum solutionem ignoramus; partim facta iam solutione fruimur; sponso Verbo corda nostra illustrante. Deinde in aliis rursus ambigimus, rursusque nobis revelatur: idque saepe evenit, donec sponso plene potimus, non modo ad nos adveniente, sed etiam in nobis commorante. Et ecclesia quidem desiderat, dum temptationibus velut derelicta quatitur; sed sponsus ei se revelat datis charismatibus. Idecirco ait: hic venit saliens super montes. Venit etiam super retia a malo daemone expansa; quae ipse dirumpens, ut ea contemptim calcemus docet. Iamvero ecclesiae, omni iam temptationum superata procella, signa aëris mutati ostenduntur, et aestatis appropinquantio; de qua re in psalmis dicitur « ae-

» ἀμείνω καληδον εἰληχε, φεύγονται τὰς σωματικὰς ἀνάγκας· ὡς γὰρ οὐ φεύλαμβάνεστα χεῖσ, καὶ ἐπάνω ἐσὶ καὶ ἐντὸς ἀγκάλων ἔχει τὸ φεύληφθὲν, οὗτος αἱ πρὸς τὸ σκοπὸν τῆς μελλούσης ζωῆς ἀποτελαγμέναι ταῦταις, πάντας κίνημα τὸ σώματος ἀλογον φεύσθηγεσαι, ἐντακτον καὶ σωδεδομένων φυλάττουσι τὴν ζωὴν εἰδόντες βιβλεῖν δυναμένης, τῇ φεύληφθείσῃ ὑπὸ τῷ νυμφίῳ Φυχῇ.

Ταῦτα πρὸς τὴν δραματικῶς ἐπαγμένων σαφνίαν, μέχει τοῦ « οὐ φωνή σὺ ηὔσια, καὶ οὐ οὐλίς σὺ ὥραια», καὶ δῆλον ὡς οὐ νύμφη τοῦ λόγου Φυχῇ, ἢγουν ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ, φωνῆς τοῦ λόγου Φυχῇ, ἢγουν ἐκκλησίᾳ θείᾳ ἀντιλαμβάνεται. Ἐπερ πάσχομεν οἱ πιστοὶ, ἀπὸν γοῦσαι τὰς νομικὰς καὶ προφητικὰς φωνὰς οὐ θείας χάρετος πλήρεις καταπλητόμενοι τοιεῖτον έστι τὸ φωνὴ τοῦ ἀδελφιδοῦ με προσεταγμένον τὸ μακρόθεν ἐπιφανεῖα τοῦ λόγου· οὐ ίδούσα μεγάλων θεωρημάτων ἀπτόμενον, μηδὲ τῷ μηδὲ τῷ βραχυτέρων καταρροεῖν, φησίν· ίδού αὐτὸς ήκη πηδῶν ἐπὶ οὖρον, οὐλόρρημῷ ἐπὶ οὖρον βινούς· διὸ διὰ δὲ τοῦ λόγου; τινὰ μὲν οὐ παρόντι λέγεται τῷ νυμφίῳ· τινὰ δὲ ὥσπερ ζητουμένου παρὰ τῆς νύμφης· ἐσεί καὶ τῷ προβλημάτων ποτὲ μὲν τινὰ ζητούμενον ἀσφορύντες τῆς λύσεως· ποτὲ δὲ τὸ λύσεως ἀπολαύσομεν, τοῦ νυμφίου λόγγυς καταυγάζονται οὐδὲ τὰς καρδίας εἴτα πάλιν ἀσφορύμενον ἐν ἑτέροις, καὶ πάλιν ήμεν ἐπιφαίνεται· καὶ τοῦτο πολλάκις, μέχει τελειωθέντες τοῦ νυμφίου τύχωμάρον μόνον ἐρχομένη πρὸς ήμᾶς, ἀλλὰ οὐ μονῆ ποιεμένη· καὶ οὐ ἐκκλησίᾳ ποθεῖ μὲν ἐγκαταλειπομένη τοῖς πιρασμοῖς, ἐπιφαίνεται ἡ αὐτῇ τοῖς χαρίσμασι· διὸ φησίν· ίδού φησίν οὗτος ήκη πηδῶν ἐπὶ τὰ οὖρα· ἐρχεται· δὲ καὶ ἐσεί τὰ δύκτυα τὰ πετασμένα ὑπὸ τὸ πονηρόν πλησίον τῆς ἐκκλησίας· ἀπεργ σχίσας, καταφροντικῶς αὐτῶν ἐπιβαίνειν διδάσκει· τῇ υπερβάσῃ ἐκκλησίᾳ πάντα χειμῶνα πειρασμοῦ, τὰ σημεῖα τῷ δέρῳ δείκνυται, καὶ τὸ ἐγγίζειν τὸ Θέρος, περὶ οὗ ἐν Φαλ-

\* ps. LXXIII. 17. μαῖς· τὸ Θέρος καὶ ἔαρ· \* ὥρῳ γὰρ αὐτῷ ἀνθη, καὶ πῆγματεν ἡ παντελὴς κάθαρσις, καιρὸς δὲ τομῆς ὄνομαζούμενης.

v. 2. Ἐκκύπωται διὰ τῶν δικτίων.

"Ισως ἡ νέα Γέννη ἀποσόλεις ἐδήλωσεν διὰ τὸ ἀλιθικῆς τέχνης ταῦτα τοῖνυν ἀκούει τὸ λόγος ἡ ἐκκλησία διὰ τὸ προφητικὸν θυεῖδων ἡ τὸ γοργικῶν δικτίων δεχομένη τὸν ἀληθείας αὐγῆν· ἐτι σωεσῶτος τὸ τυπικοῦ τὸ διδασκαλίας τοίχος, τὸ νόμος λέγω, τὸ τὸ σκιὰν ποιοῦντος τὸ μηλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὸ εἰκόνα τὸ πραγμάτων δεικνύντος· σὺ διώσω σάσα ἡ ἀληθεία ἐχομένη τὸ τόπῳ ἔτερον ἐπιλάμψει.

v. 12. Ἡ καὶ τὸ δὲ τομῆς ἔφη τὸντοῦ Θεοῖσμοῦ· ἀπεὶ οὗ ὁ σωτὴρ φυσίν· \* ὁ μὲν Θεοίσμος πολύς.

v. 13. Ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας, ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος.

\* 1. Cor. X. 4. Ἡ πέργα ἐστὶν ὁ Χριστός· \* αὐτὸς γὰρ ἡρῆν ἡ τεῖχος γίνεται τοῖς πιστοῖς, καὶ σκέπη, καὶ πᾶσα ἀσφάλεια διὰ τὸ προτειχίσματος δηλυμένη· ἔνθα γνομένη, φυσί, τείχη πάσους ἐπικερίας.

v. 17. Ἀπόστρεψον.

Αἴτει τὸν νυμφίον, τὸ ἀκαρπὸν ἀπολεῖψαι σωματικὴν, καὶ ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς ἐκ τοῦ κοίλης καὶ τεταπεινωμένης πάλαι καὶ εἰδωλολαβέσσης ψυχῆς ἐπὶ ἑράνιον ὃς ἀναβάντας.

Ἐπὶ κοίτην μου ἐν νυκτὶ ἔζητο.

Tὰς γυναικας δηλοῖ· \*, τὰς ἀλθούσας μιᾶς σαββάτων ὅρθρος βαθέως ἐταῖ τὸ μηνῆμα τῇ Ἰνσοῦ, καὶ μὴ εύροσσας αὐτὸν· τὸ οὖν ἐταῖ τὸ κοίτην, ἢ ἀπὸ κοίτης φυσίν, ἢ κοίτην ἐστήτης τὸ τεῖχος κυρία μηνῆμα καλεῖ, καθ' ὁ σωθιστόμεθα αὐτῷ· \* ἀλλ' οὐχ εἶναι αὐτὸν, ἀκούσασα· ἐκ τούτην ὁδε· ἡγέρθη γάρ· καὶ εὐρὺν αὐτὴν οἱ τηροῦντες ἀγρύποι, οὓς καὶ ἐρωτᾷ πε τεθείκατε τὸ κύριον; ἀλλὰ παρελθούση ἐστὸν ἐρωτιζέντας, ὑπήτησε λέγων, χαίρετε διὸ φυσίν ὡς μικρὸν παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν ἔνος εὔρον, καὶ οὐκ ἀφῆσω αὐτὸν· ἐκράτησε γὰρ ἐστὸν πόδας αὐτοῦ, καὶ πάντες μηδὲ μοῦ ἀπτεῖσθαι οἶκον ἡ μητέρας τὸ σωματικὴν ἀποσόλων φυσί, εἰς ἣν ἀπελθοῦσα εὐαγγελίζετο τὸ Χριστοῦ τὸν αἵρασαν.

CAP. III. I.

\* LUC. XXIV. 1.

\* Rom. VI. 4.

stas et ver. » Flores quippe apparuerunt, omnimoda serenitas prope est, et tempus quo messis appellatur.

Prosciens per retia.

Fortasse apostolos significat per pectoriam artem. Haec itaque audit ecclesia, per propheticas fenestras legisque retia veritatis lumen recipiens; adhuc nimirum manente typico doctrinae muro (legem dico) qui futura bona adumbrabat, non ipsam rerum veritatem monstrabat; post quem tamen consistens veritas, deinceps illucescit.

Vel sectionis vocabulo denotat spiritalem messem, de qua Salvator ait: messis quidem multa.

In petra tegumento, iuxta antemurale.

Petra Christus est; ipse nobis credentibus murus est et tegumen, et omnimoda tutela, quae antemurali denotatur; quod cum perveneris, inquit, omni praesidio munita eris.

Revertere.

Rogat sponsum, ut sterili synagoga reflecta, ad illos veniat qui ex depresso humilique olim et idololatrico animo ad caelestem altitudinem consurrexerunt.

In cubili meo per noctes quiesci.

Mulieres denotat, quae sabbato venerunt summo mane ad Iesu sepulcrum, neque eum invenerunt. In cubili igitur, vel e cubili; vel cubile suum appellat Domini sepulcrum, quatenus nos ei conseptuli sumus. Sed non invenit, immo audiit: non est hic, resurrexit enim. Inveneruntque eam custodes angelii, quos etiam interrogavit, ubinam Dominum posuistis? Tum vero prætergressae quos interrogaverat angelos, occurrit Dominus dicens, gaudete. Propterea dicit: paulisper ab iis digressa inveni illum, quem iam non dimittam. Reapse pedes eius attigil, audiitque: ne tangas. Domum denique matris, dicit apostolorum coetum, ad quem profecta Christi resurrectionem nunciavit.

Myrrha et thure odorificata.

Myrrha thure mixta, quae ei sepeliendo est adhibita. Thus autem, quia qui cum Christo resurgit, divinitatem eius participat. Neque his tantum ecclesiastica anima quasi odoramentis imbuitur, verum etiam variis scientiae speculationibus. Nam qui accurate discernit, et usque ad summum apicem res scrutatur, dicetur veluti unguentarius aliquis, omnes conterens et in pulvarem redigens boni odoris doctrinas; quibus nunc sponsa odorificata dicitur. Fortasse et ille qui non secundum carnem vivit sed secundum spiritum, corde non incrassato, varia et omnigena conservata suaveolentia, bonum ex omnibus reddit odorem herbis, quae nunc unguentarii appellantur. Dicit item aliquis, sanctam et ecclesiasticam animam, filiam olim Deo substitutam, de gentium synagoga, id est de deserto ascendere; dogmatibus, verbis, actibusque omissis, Deo destitutis; et ad illa quae sunt Dei descendere.

Auri vocabulo spiritalem copulam denotari putemus, quae pretiosa est ac divina. Namque et in deserto arcum intus forisque aurum tegebat ob Dei cum homine unionis demonstrationem. Porro purpura illi hominum numero imponitur, qui ad regnum vocantur. Cum autem quisque credit, tum Christum corde recipit, qui est pretiosa margarita. Sed et gestatorium, inquit, sibi fecit ex filiabus Hierusalem propter solam caritatem. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum misericorditer; ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam.

Ecclesia de gentilibus conflata dicit hoc: egredimini et vide. Diem vero deponsationis appellat diem passionis, quo sibi despondit ecclesiam sanguine suo.

Taciturnitas eius significat omnimodam obedientiam, iuxta illud: tace et audi, Israhel.

(1) Idem hoc eleganter dicit Severus patriarcha antiochenus in sermone de B. Maria a nobis edito in Spicil. rom. T. X. p. 215.

Τεθυμιαμένη σμύρνα καὶ λίβανος. v. 1. r

Σμύρνα μὲν, ὅτε σωτέσαπται διὰ τὸ λίβανον· λίβανος ἂν, ὅτε σωματικὰ αὐτῷ κεκοίηνται τῆς Θεότητος αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνοις τούτοις ἡ ὄπλησισικὴ τεθυμιάσται ψυχὴ, ἀλλὰ καὶ ποικίλοις γνώσεως θεωρήσασιν· ὁ γὰρ ἄκρως διειρῶν τῇ μέρῃ τοῦ τυχόντος λεπτῶν ἐγμένων τὰ πράγματα, λέγοις ἀν μυρεφός πως εἴναι, λεπτών καὶ εἰς κόνιν ἄγων πάντα τὰ τῆς εὐωδίας λόγια· ἀντὶ τούτων δὲ τούτων λέγεται τεθυμιάστη· τάχας ἂν ὁ μὴ κατὰ σάρκα βιοῦς, ἀλλὰ καὶ πνεῦμα, μηδαμῶς παχυνθεῖς τὸ καρδίαν, τὸ ποικίλον τῇ παντοδαπὸν σῶζον τῆς εὐωδίας, εὐωδίαν ἀπὸ πάντων ποιεῖ τούτων οὐτως ὀνομαζομένων κονιορτῶν μυρεφοῦ· λέγοις δὲ ἀν τις τῇ ἀστράφει καὶ ὄπλησισικὴ ψυχὴ, τὸ τέκνον ποτὲ ἔρημον Θεοῦ, ἀπὸ σωμαγωγῆς ἐθνῶν ἀναβαίνει ἀπὸ τῆς ἔρημου· καταλιποῦσα μὲν δόγματα τῇ λόγους ἢ πράξεις, τὰ ἔρημα Θεοῦ, ἀναβαίνεσα ἐπὶ τὰ τὸ Θεοῦ.

Η πνεύματικὴ δὲ σωμάτεια νοέσθω <sup>v. 10.</sup> χειρίσιον, ἡ τιμία τῇ Θεῖᾳ· καὶ τὸ καὶ τὸ ἔρημον γὰρ κιβωτὸν ἴσσωθεν καὶ ἔξωθεν, χειρίσιον ὑπείληψεν εἰς ἐμφάνειαν τὸ θεῖαν ἐνώσεως (1). Ἐπιβιάνει ὃ πορφύρα τῷ πλάνθει τὸ εἰς βασιλείαν κληθέντων· ἐπ’ ἀν δέ τις πιστεύσῃ, δέχεται τὴν καρδίαν Χριστὸν, ὃς εἰς τίμιον μαργαρίτην ἀλλὰ καὶ τὸ φορεῖον φτινεῖ· ἐκ τοῦ Συγατέρων πεποίηται τῆς ιερεσαλήμ διὰ μόνων ἀγάπων· οὐτω γὰρ ἡ γάπτισην ὁ Θεὸς τὸ κόρμον, ὥστε <sup>¶</sup> μονογονῆ αὐτοῦ ἀπέστειλεν νιόν· ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπέληται, ἀλλ’ ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον \*.

Ἐξ ἔθνῶν ὄπλησια φυσὶ τὸ, ὅξελθετε <sup>v. 11.</sup> καὶ ἰδετε· ἡμέραν ἂν τυμφεύσεως, τὸ ἡμέραν τὴ πάθεις καλεῖ· καθ’ ἦν ἐνυμφεύσατο τὸ ὄπλησιαν διὰ τὸ αἵματος αὐτοῦ.

Η σιωπὴ αὐτῆς σημαίνει τὸ εἰς ἄπαν <sup>CAP. IV. 1.</sup> ὑπακοὴν κατὰ τὸ \*, σιωπὰ καὶ ἄκουε <sup>\*Deut. XXVII. 9.</sup> Ἰσραήλ.

"Η καὶ δόνος νεβροῖς, ἡ πάθισιν καὶ δογματικὴν διδασκαλία, οἱ δόνοι καὶ νύμφης μασών· σχέδιῶν οἱ ζεφόειδεις δέξυται βλέπωσι πρὸς θεόν· ρίνα ἡ τῆς ἀποσολικῶν καὶ εὐαγγελικῶν λόσιων τὴν εὐωδίαν, ἀπέρ νεμόμεθα μέχρι συντελείας.

V. 8. Δεῦρο ἀπό Λιβάνου, νύμφη.

Διδάσκει πρᾶμας πόθεν ἡ νύμφη, καὶ ὅτι σχέδιοι εἰδωλολαζέτεις ἔρχεται κατειδώλον τὸ δέρφειον οἱ Λιβανοί· θεῖον ἐλένην, φοσὶν διελευσθήτης διὰ τὸ νόμον ἀγνοοῦσσας τὸ αὐτὸν, τὸ Χριστοῦ κατηχήθης μυστήσιον.

V. 9. Ἐκαρδίωσας ἡμάς, ἀδελφή μου νύμφη.

"Ηγενέντος πόθον πρᾶμας πηγαγες σεαυτῆς, εἰνὶ ρίματι τὸ ὄμοιογίας, ὅπερ ἔσχες ὀρθῶς, ὄρθωσα τοῖς ἔνδον ὀφθαλμοῖς σαν ὑποταγῆσα τὸ ἐνθέματι τῆς ξαχήλωσης, τὸ ὄμοιογίαν ἐποίησας. Ταῦτα παρὰ τὸ φίλων τὴν νυμφίαν, ἀγγελικῶν φυμὶ δυνάμεων, λέγεται πρὸς αὐτὸν διττῆς τὸ οὖσας τὸ ὅπτικῆς ἐνεργείας, καὶ τὸ μὲν τὸ ἀλήθειαν ὄρθωσης, τὸ δὲ τὸ ἐτέρας περὶ τὰ μάταια αλαγωμένης, τοῦτο περὶ μόνῳ τὸ ἀγαθοῦ τὸ φύσιν ἀνέωκται τὸ νύμφης οἱ καθαρὸς ὀφθαλμὸς, ἀργεῖ τὸ δέρφειον, τούτῳ χάρειν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοροσάγεσιν οἱ φίλοι τὸ ἔπαινον. ἀδελφὴν μὲν αὐτὸν καλοῦντες, διὰ τὸ ἀσθείας συγχένειαν νύμφην τὸ, διὰ τὸ πρὸς τὸ λόγον συνάφειαν ἐπεὶ οὖν, φοσὶν, οἱ ὀφθαλμοὶ σαν εἰς τὸ πρὸς τὸ ἐνθέματι τῆς ξαχήλωσης σου, εἴτ' οὖν οἱ τὸ κυρίας ζυγὸς τούτης ἀραμένην (τούτο γὰρ τὸ ἐνθέματι τῆς ξαχήλου σου, εἴτ' οὖν οἱ τὸ κυρίας ζυγὸς) τούτῳ χάρειν ὄμοιογούμνῳ ὅτι τοῖς θαυμασίοις πρᾶμας ἀκαρδίωσας· ὅπερ ἐστιν ἐν την τίνα καὶ διάνοιαν πρὸς τὸ φωτὸς κατατόνσιν διὰ ἑαυτῆς πρᾶμην ἐνεποίησας (1). καὶ γὰρ ἐν σοὶ τὸ δικαιοσύνης πήλιον ὥστε ἐν κατόρθωψι καταγοούμνῳ διὰ τὸ διδοτερώσεως ἀξιοπιστίαν προτιθέασι τῷ λεγομένῳ.

V. 10. Κῆπος κεκλεισμένος.

Κέκλεισται μὲν τῷ κόσμῳ, τῷ δὲ ἐπε-

(1) Hinc vides sensum, quem Cyrillus verbo ἐπαρδίωσας tribuit; prorsus autem praepostere Nobilium nostrum in rom. editione interpretari abstulisti cor, quasi scriptum sit ἐκκυρώσας, vel potius ἐξεκυρώσας.

Vel duo hinnuli sunt morale et dogmaticum magisterium, duo scilicet sponsae ubera, quibus nutriti peracut Deum cernunt. Nares autem dicit apostolicae et evangelicae doctrinae suaveolentiam, qua usque ad consummationem pascimur.

Veni de Libano, sponsa.

Docet nos unde sponsa sit, et quod ex idolorum cultu veniat. Idolis enim referitus Libanus mons; unde venies, inquit, perque legem transiles; cuius ignara, Christi mysterium edocta es.

Cor effecisti nobis soror mea sponsa.

Nempe tui desiderio nos inflammasti, uno confessionis verbo, quod recte habuisti, interioribus oculis tuis aspiciens. Subiecta enim colli tui ornamento, confessionem fecisti. Haec a sponsi amicis, id est ab angelicis potestatibus, sponsae dicuntur. Nam quum sit duplex visualis facultatis vis; altera quae veritatem spectat, altera circa vanitatem aberrans; quoniam erga solam boni naturam aperitur sponsae purus oculus, alter autem otiatur; propterea un tantum oculo laudem impertinet amici: sororem quidem appellantes propter indolentiae paritatem; sponsam autem, propter nuptias cum Verbo. Quia ergo, inquit, oculus tuus unus est, quatenus unicam rem spectat; una item anima, quatenus in diversos affectus non distrahitur: tuique colli ornamentum perfectum est, quandoquidem divinum iugum tibi imposuisti (hoc enim est colli tui ornamentum, scilicet iugum Domini) propterea confitemur te tuis mirificis dotibus cor nobis effecisse; id est animum nobis ac mentem ad luminis contemplationem per temet nobis effecisse. Namque in te iustitiae solem, tamquam in speculo, contemplamur. Repetitione autem (verbi effecisti) maiorem fidem rei dictae faciunt.

Hortus clausus.

Clausus est quidem mundo, sed tamen

caelesti sponso patet. Fons autem signatus a sancto Spiritu fuit, quo post baptismum engimur.

Virtutes aromatibus significantur. Ligna vero Libani dicit prophetas. Myrrha deinde et aloë demonstrant Christum sepultum sanctis qui cum praecesserant communicasse; namque ad inferos veniens, illos inde eduxit.

In cruce, inquit, dormio; quatenus propter homines mortem pertalit. Vigilat vero cor, quia utpote Deus infernum spoliavit.

Id est quid tuus patruelis egit? Vel quid a tuo patruelie habes?

Myrrham stillantia dicit labia, quae mortem confitentur.

Crura eius columnae marmoreae.

Hae videlicet bases sunt. Nam qui aedificantur, si supra fundamentum apostolorum et prophetarum aedificantur. Consentanea eruta post ventrem laudat, quae ait esse marmorea super basibus aureis fundata. Columnae autem ecclesiae Petrus. puta, ac Iohannes, qui Christum, auri nomine appellatum, fundamentum (habebant.) Sunt autem marmoreae; nam et Paulus firmamentum eos vocat; nempe ob suam firmitatem atque constantiam, illustri praeterea vita sanaque doctrina commune corpus ecclesiae sustentantes atque fulcientes. Sed et caritas, qua Deum toto corde amamus, et proximum tamquam nosmet ipsos, commune ecclesiae corpus, tamquam marmoreis columnis, portat. Nam qui in his duobus mandatis perfectus est, columna et fulcrum ecclesiae efficitur; ita ut hac duplice virtute totum ecclesiae corpus seu cruribus innitatur: aureum fundamentum basem fidei indeclinatam immotumque et in omni re bona rationabiliter firmam continet.

Ego illi fidem, et ipse mihi regnum. Pascit autem scripturarum et sanctorum dogmatum puritate.

<sup>1)</sup> Sacri chrismatis sacramentum dicit.

εανίῳ ιυμεῖῳ πέποιται· ἡ δὲ πηδὴ τῷ ἀγίῳ  
πενθύματι ἐσφράγισται, ὡς γειόμεθα μᾶς τῷ  
Βάπτισμα (1).

Αἱ γὰρ ἀρτεῖαι μὲν, διὰ τὸ ἀρωμάτων  
σημαίνονται· ἔλατος δὲ τὸ Λιβάνος, σῦνος προ-  
φήτας φοίνικας διὰ τὸ σμύρνης καὶ τὸ ἀλόντος,  
ἔπι τὸ εὐταφισθεῖς ὁ Χριστὸς ἐκοινώνησε τοῖς  
περιλαβοῦσιν ἀγίοις· κατελθὼν δὲ εἰς ἄδε-  
τούτους αἴγαχον.

Ἐν τῷ σαυρῷ φοῖνις (2) ὑπὲρ ἀνθρώ-  
πων ἀναδεχόμενος Θάνατον· ἀρεπυνεῖ δὲ  
ἡ καρδία, καθ' ὃντας θέλει τὸ ἄδελφον ἐσκύ-  
λοσειν.

Ὕμνη τί πεποίκηγεν ὁ ἀδελφιός σα, η  
τί ἀπὸ ἀδελφιδοῦ σε ἔχεις;

Τὰ σάζοντα σμύρναν λέγει, τὰ ὁμο-  
λογοῦντα χέλια τὸ Θάνατον.

Κνῆμαι αὐτοῦ στῦλοι μαρμάρινοι.

Εἶναι δὲ ἡνὶ οὐτοὶ μὲν βάσεις· οἱ γὰρ οἰ-  
κοδομούμενοι ἐποικοδομῶνται τῷ Θεμέλῳ  
τῷ ἀστούλῳ καὶ προφητῶν· ἀκολούθιας τὰς  
κνήμας μὲν τὸ κοινάν ἐπαινεῖ, ἀς φοινικάς  
εἰναι μαρμάρινες τεθεμελιωμένους ἐπὶ  
βάσεις γευάδες· σύλοι δὲ τὸ ἐκκλησίας, οἷον  
Πέρσες καὶ Ιωάννης, οἱ Θεμέλιοι \* τὸ Χριστὸν  
γευσὸν λεχθέντα· μαρμάρεις δὲ, οὐστέρ  
εἴπει Παῦλος ἐδραίωμα· \* διὰ τὸ ἐδραῖον καὶ  
ἀσάλιτον, καὶ τῷ λαμπτῷ βίᾳ καὶ τῷ  
ὑγιαίνοντι λόσῳ τὸ κοινὸν σῶμα τὸ ἐκκλη-  
σίας βασάζοντες τε μὲν ἐρείδοντες· ἀλλὰ καὶ  
τὸ δὲ θεὸν ἀγαπᾶν τοῦ δόλης δὲ καρδίας, καὶ  
τὸ αἰλούον ἡσάντον, ὡς διὰ σύλων μαρ-  
μάριων, τὸ κοινὸν σῶμα τὸ ἐκκλησίας βα-  
σάζειν· ὁ γὰρ ἐν τῷ δυσὶ ταύταις τελειω-  
θεῖς ἐντολαῖς, σύλοις καὶ ἐδραίωμα τὸ ἐκ-  
κλησίας κατασκεύεται· ὥστε τοῖς δυσὶ  
τούτοις καταρθώμασιν, δόλον τὸ σῶμα τὸ  
ἐκκλησίας, καθάπερ κνήματις τοῖν ἐπερε-  
δεδεμαῖ, τὸ γευάδι Θεμέλιον δὲ κατὰ πίσιν  
βάσεως τὸ ἀκλινὲς καὶ ἀμετάθετον, καὶ τὸ  
ἐν παντὶ ἀγαθῷ σάλιον τοῖς λογισμοῖς ἐμ-  
ποιοῦντας.

\* Εγὼ αὐτῷ τὸ πίσιν, καὶ αὐτὸς ἐμοὶ τὸ  
βασιλεῖαν· ποιμαίνει· δὲ τῇ καθαρότητι  
τὸ γευάδιν εἴ τοι ἀγίων δογμάτων.

Απὸ τὸν ἀπειθούντων (1), σοι, τοῦ σοὺς  
ἀπόστελον ὁ φθαλμὸς, καὶ εἰς ἐμὲ κλῖνον.  
αὐτοὶ γὰρ, φοίνι, τὸν ἀδάπτην ἔξεγέραν μοι\*. \*

CAP. VII. I.

Ἐργον τεχνίου.

Τεχνίτην δὲ τὸν ὄνομάζει Χριστὸν· ὡς γὰρ ὑπόκροσις γένονται, οὕτως ἡ ἐκκλησία. — Λέγεται δὲ τὸν σωφροσύνην αὐτῆς καὶ τὸν ὑποτατῆν· τὸν ψυχῆς ταύτης ὑποτεταμένης τὴν πίστιν, τὸν σώματος τὴν σωφροσύνην.

Δηλοῦται δὲ καὶ τὸν ιερατεῖον αὐτῆς λέγων· μὴ ὑπερούλμονος καθαράτι, δηλονότι τῷ τοῦ Χριστοῦ ἀλιτηρίῳ τούτῳ γάρ τοῖς ιερεῦσιν ἐν Χερσίν (2).

Τράχηλον δὲ αὐτῆς, σῶν δλακόνες τῷ Χριστῷ λέγεται, διὰ τοῦ Χριστὸν βασάνειν (3) τὴν ἐκκλησίας τὴν κεφαλὴν· βασάνεισι γὰρ αὐτῆς τὸ ἄλιον σῶμα, ἐν καθαρᾷ συνεδήσῃ, ὅμολογῶντες αὐτῆς τὰ ματήνεια· διόπειρ ἐλεφάντινον εἴρηκεν, ὁ παῦλος φησὶν\* δλακόνες σεμινάς, μηδ οἴνῳ πολλῷ προσδέχοντας.

Βασιλεὺς δεῖπνοντος ἐν παραδοσοῦ.

\* Ή καὶ ἄλλως, σύνδεσμον τὸν τῷ λαῶν ἀδάπτην ἀλεῖσθαι φοίνιον εἰς θαυμάτωμα.

\* Ή καὶ ἐν θυρῇ σε, τῇ ἀγάπῃ σε, διὰ τό πινακάτην αὐτῶν τῷ δικαίων νομίζεσθαι· τοῖς δὲ βόκένσιοι μασθοὶ ἀπεικάζονται, τοῖς ἔχοσι τὸ πνεύματικὸν εὑφροσύνην.

\* Ή ὅτι ἐγὼ τὸν ὁμολογίαν προσάγω, καὶ ἐπ' ἐμὲ τὸν ὅπιστροφὴν αὐτοῦ· οὐτοῦ τὴν παρεστασίαν τῇ δομτέρᾳ, οὐτοῦ ἀπὸ τοῦ λαοῦ τῇ Ιεδώλιον.

CAP. VIII. I.

Αγιάζεται τοίνους τὸν Χοφὴν τὸν νύμφην, συνδωκαρέντα Χριστὸν· ἤγριον εὔχεται τὸ ἐπιδημίαν τὸν σωτῆρος εἰς τὸν Ιαδαίαν τὴν ἐκκλησίαν θρέψεως, καὶ πρόνοιαν τὸ διδόντος αὐτὸν τοῖς ἀνθρώποις, ἵνα Θηλάσῃ τὸ Θεοτόκον.

Εὐρεύσασά σε.

\* Ηγουν ἔχω θεοντασαλῆμ ὅπου ἐσανεώθη.

\* Η τὸν ἀνταφιασμὸν λέγεται, διὸ μηνεγκεν Ιαστὴν καὶ Νικόδημον τὸν δὲ λέγεται τὸν αγιων.

(1) Vides Cyriillum legisse in sacro textu ἀπὸ ἐναντίων, non ἀπεναντίου.

(2) Nota obiter Cyriilli novum testimonium pro Christi humanitate in eucharisticis speciebus praesente.

(3) Notissimum est, diaconos in prisca ecclesia (nec non aliquando in hodierna) sacram eucharistiam gestare ac distribuere solitos.

Ab iis qui tibi non credunt, oculos averte, et erga me inclina: ipsi enim amorem meum exsuscitaram.

Artificis opus.

Artificem dicit creatorem Christum; namque ut ille obediens factus est, ita et ecclesia. — Demonstrat simul modestiam eius atque obedientiam; cuius videlicet anima fidei se subdit, corpus temperantiae.

Ostendit pariter sacerdotium eius, dum ait: non deficiens misto, id est Christi sanguine: hic enim in sacerdotium manus est.

Collum eius dicit Christi diaconos, quia hi nempe Christum gerunt caput ecclesiae. Gerunt enim Christum corpus in conscientia pura, mysteria eius confitentes. Propterea dixit eburneum, cuiusmodi ait Paulus diaconos esse oportere, venerabiles, non multo vino deditos.

Rex ligatus in transversibus.

Vel aliter, dicit popularis amoris vinculum in regale sacerdotium adduci.

Vel etiam in deliciis tuis, id est amore tuo, quia de iustorum numero existimetur. Racemis autem ubera comparantur, quae spiritalem laetitiam conferunt.

Vel, ego illi confessionem offeram, illius vero fiet ad me conversio. Conversio nem autem dicit vel secundi adventus, vel etiam a populo Iudeorum.

Sanctificatur itaque sponsae cibus, convivante cum ea Christo. Nimirum optat ecclesia Servatoris in Iudeam adventum, iuxta Dei providentiam dantis illum hominibus, ut Deiparae lacte nutriatur.

Quoniam te invenero.

Id est extra Hierusalem, ubi crucifixus fuit.

Vel sepulturam eius dicit, quam Iosephus ac Nicodemus curarunt. Latices autem sanctos dicit.

Pinnacula eius, pinnacula ignis.  
Muri, inquit, ecclesiae ignei sunt.

Vinea, inquit, spiritali Salomoni facta est. Dicit nempe ecclesiam. Iam beelamon interpretarum « in credentibus. » Quinam porro crediderunt, nisi qui mandata eius excepérunt?

Qui in hortis sedet, ecclesias speculatur. Amici autem adtendunt, sed minime iudicant, namque omne iudicium filius exercet. Optat vero sponsa audire: intra in gaudium domini tui. Orat denique ipsum ut improbos expellat. Fuge, inquit, et ad sanctos accede.

### SANCTI CYRILLI FRAGMENTA ALIA

*ex codice vaticano, in catena ad Proverbia (quae latine tantum extat edente Peltano.)*

CYRILLI. Verba, « creavit me » si de deitate accipias, significant « constituit me. » Velut illud: cor mundum crea in me, Deus. Et illud: ut duos condat in semet ipso. Non enim substantialiter, quasi creet eos qui iam sunt, sed ut constituat. Constituit ergo me initium providentiae suae et creationum. Namque et apud Davidem dicitur: ego autem constitutus sum rex ab eo.

*In catena a nobis edita ad Danihelem, editionis principis p. 194, et seq.*

CYRILLI. Nihil aliud hoc erat, quam contra Dei maiestatem iactantia; dum adversus Israhelis protectorem extollitur, quasi is populo suo nulla re prodesse potuisse.

(1) Vides a Cyrillo vocabulum πιρίπτεια explicari τίχη, muros. (Consoulat πιρίγην pinnaculum, Matth. IV. 5.) Ignorat hunc sensum Schleusnerus in novo thesauro testamenti veteris. Nobiliss quoque noster qui ait *alae eius, alae ignis*, cum Cyrillo non consentit.

(2) Vocabuli huius Beelamon, ex hebr. בְּאֵלָמֹן varia veterum interpretationes colligit Rosenmüllerus ad Cantie. p. 425, sed hanc inediti Cyrilli necessario ignoravit.

(3) Vides in his omnibus Cyrilli ad Cantica interpretationum fragmentis, nihil aliud quam spiritales piosque sensus, ut et alii graci latine patres concorditer constanterque in sacri huic libri exegesi fecerunt. Valeant igitur recentiores, quantumlibet docti curiosique auctores, qui terreni amoris colloquia et mysteria intelligere malunt.

Πιρίπτεια αὐτῆς, πιρίπτεια πυρός.  
Τὰ τείχη (1) φοσὶν ἐς ἐκκλησίας αὐτὸς εστί.

Τῷ πιρίμματικῷ Σαλομὼν ἀμπελῶν ἐγένετο λέγεται ἐς ἐκκλησίαν τὸ δὲ Βεβλαμών εἰς τοῖς πεπισθενόσιν ἐρμηνεύεται (2); τίνες δὲ πεπιστεύκασιν, ή οἱ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ δεξάμενοι;

Οἱ μὲν καθήμενοι ἐν κήποις, τὰς ἐκκλησίας ἔπισκοτεῖν οἱ ἑταῖροι δὲ προσέχουσιν οὐδὲ πείρασιν, ἀλλὰ τὸ κρίσιν πᾶσαν ὁ νιὸς ποιεῖ. Επιθυμεῖ δὲ ηὔμαρι ἀκοῦσαι, εἰσελθεις εἰς τὴν χαρὰν τὴν κυρίας σε· ἀξίοις δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πονηρὸν ἐκβαλεῖν, φύγε λέγεται ἡ γυναῖκα ἐπὶ τοῦ ἄγιος ἐλθεῖν (3).

Κυρίλλας. Τὸ ἔκτισέ με \* ἀν περὶ τὸ θεότητος ἐκλάβης, ἀντὶ τῆς κατέστησέ με· ὡς τὸ καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός. \* · Prov. VIII. 22  
τὸ οὐρανὸν κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ. \* οὐ γὰρ οὐσιωδῶς, ἵνα κτίσῃ οὐτὸν γεγνημένους, ἀλλ᾽ ἵνα καταστήσῃ κατέστησεν οὖν με ἀρχὴν τὸ προοντικῶν αὐτοῦ καὶ ποιητικῶν ἥργων καὶ τὸ Δαβὶδ γὰρ λέγεται ἐγώ τοι κατετάσθη βασιλεὺς ὑπὸ αὐτοῦ \*. · Ps. L. 12  
· Ephes. II. 15.  
· Ps. II. 10.

Κυρίλλας. Τοῦτο δέ πη τῆς τερού οὐδὲν, πλὴν ὅτι μεγαλαυχεῖν κατὰ τὸ δόξης τοῦ Θεοῦ, κατεπάίρεσθαι τε τὸ προεσκιότερον τὸ εἰς Ἰσραὴλ, ὡς οὐτὸν μιδένα τόπον ὀντοτοις δεδυνημένον τὸ ίδιον λαόν.

Dan. cap. V. 2

Πίστοι ηγεμόνησσαν.

Dan. VII. 1. Κυρίλλας. "Οτε γάρ εν εἰδή γέγονε τῷ καθ' οὐρανὸς ὁ μονογένης, τότε καὶ βίβλος ἀνέῳγεν ὁ πατέρος ἡ ἀνῆκα μὲν τὸ κρίτεις σύντομός εἴχεται, ἐφημεὶς δὲ τοῖς ἀνθρώποις τὸ ἐγχειρόστατον τε εἰς ἔναρξιθμεῖον λοιπὸν τοῖς ἄνω χοροῖς ἡ ἡ μνήμη κεῖται.

Dan. VIII. 12. Κυρίλλας. Καὶ τί έγινέ ἡ παλαιῶν τὴν ἡμερῶν ἐφθασεν; Ἄρα τοπικῶς; εἴτα πᾶς τοῦτο οὐκ ἀμαθές; δότι μὴ ἐν τόπῳ τὸ Θεῖον, ἀληροὶ γάρ τὰ πάντα τί οὖν ἔστι τὸ ἔως τὸ παλαιόν τὴν ἡμερῶν ἐφθασεν; εἰς τὸ δόξαν τὸ πατέρος διλανότι ἐφθασεν ὁ νίκης. Οὐ πόθεν τοῦτο ἔστιν ίδειν, ἐφη πάλιν αὐτὸς ἐφεκῆς αὐτῷ ἐδόθη οὐ τιμὴ καὶ βασιλεία· ἕκαστος γάρ τὸ πατρὸς λέγοντος \* καὶ θεὸν εἰς δέξιῶν μη, ἔως ἂν θῶσθε ἐχθρούς σα ύποπόδιον τὸ ποδῶν ση.

\* Ps. CIX. 1.

*Ex synodo byzantina adversus Soterichum, a me edita  
Spicil. rom. T. X. p. 40.*

Τοῦ ἀγίου Κυρίλλου ὥστε τῷ ιψῳ πνεύματος ἀντίρρητικῶν λόγων (1).

Δάκτυλον Θεοῦ καλεῖν οἶδε γραφὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς εἰρηκεν. \* εἰ δὲ ἐν τῷ δάκτυλῷ θεῖον ἐκβάλλω τὰ δαμιουργία. ὅπερ ἀλλος εὐαγγελιστής \* ἐν πνεύματι Θεοῦ εἰπεν· ὅμοιως δὲ προσονομάζει δέξιὰν καὶ βραχίονα τὸν. ὡς τὸ, ἔσωσεν αὐτὸν \* οὐ δέξια αὐτῷ, Καὶ ὁ βραχίων ὁ ἄλιος αὐτῷ. \* ὠστερὸν δὲ βραχίων ὄμοοσι. οὐ δέξιον ἐστὶν οὐ δέξιον βραχίων, οὔτως ὁ δάκτυλος οὐ δέξιος δάκτυλος. ὄμοοσιον ἀρτῷ πατεῖ καὶ τῷ οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον.

\* Luc. XI. 20.

\* Matth. XII. 28.

\* ita cod.

\* Ps. XCIV. 1.

Libri aperti sunt.

CYRILLI. Cum in forma nostra Unigenitus apparuit, tunc libros pater aperuit: omissaque reorum damnatione, copiam fecit frugi hominibus semet inscribendi adnumerandique caelestibus choris, atque in album referendi.

CYRILLI. Quid est, usque ad antiquum dierum pervenit? Num de loco sermo est? Atqui hoc nonne absurdum sit? quoniam Deus in loco non est, sed omnia implet. Quid ergo est, usque ad antiquum dierum pervenit? In gloriam scilicet patris pervenit filius. Quod ipsum unde innotescat, idem postea propheta dicit: traditus est ipsis honor et regnum. Audivit enim patrem dicentem: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Sancti Cyrilli ex antirrheticis sermonibus contra pneumatomachos.

Digitum Dei solet scriptura appellare Spiritum sanctum, sicuti Christus dixit: si ego in digito Dei ciuiio daemonia; id quod alias evangelista « in Spiritu Dei » dicit. Sic item dexteram brachiumque Filium appellat, ut est illud: salvavit eum dextera eius, et brachium sanctum ipsius. Sicut ergo brachium consubstantiale est ei cuius est brachium, sic digitus ei cuius est digitus. Ergo Patri Filioque consubstantialis est Spiritus sanctus.

(1) Sancti Cyrilli sermones antirrheticos laudat Ephraemius patriarcha antiochenus apud Photium cod. CCXXIX. col. 793. fin. Κύριλλος ἐν ταῖς ἀντίρρησσαι φησι. Ceteroqui conferendum est idem Cyrillus opp. T. V. in thesauro p. 339. Item apud nos in commentario ad Lucam XI. 20. p. 272.

# ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΡΑΒΟΛΗΝ ΤΟΥ ΑΜΦΕΛΩΝΟΣ (1).

Ωδειοῦ ἡ βασιλεία τῶν εὐρωνῶν αἰνιγμάτῳ εἰκόνεσπέτη, οἵτις ἐξῆλθεν ὡς πρὸς μισθίστασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὕτου.

## S A N C T I P A T R I S N O S T R I C Y R I L L I

Α R C H I E P I S C O P I ALEXANDR I A E

H O M I L I A D E P A R A B O L A V I N E A E.

*Simile est regnum caelorum homini patri familias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. (Matth. XX. 1.)*

Audisti, carissime, evangelicam Domini parabolam: audi iam ipsius quoque explanationem, quam pro viribus exsequentur. Magnae domus pater familias, dominus Deus est; domus enim, orbis terrarum; cuius est dominus is qui illum creavit Deus. Vinea, est humana natura. Operarii vineae, quotquot hominum salutem procurant sancti viri. Prima hora intelligitur piorum illorum Abelis et Enochiae ac Noë. Hi primi scilicet religiosi fuerunt, hi primi vineae operarii. Noë autem vineam plantavit, quod spiritali sensu intelligas velim, quoniam spiritualis oratio nostra est. Hi usque ad tertiam horam operari sunt. Post horam tertiam, aetas Abrahami, Isaaci, atque Iacobii. Hi quoque salutis nostrae operarii fuere, numero tres. Ideo etiam usque ad sextam horam operabantur. A sexta hora, quod est medium diei tempus, cum sol vehementius mundum irradiat, legis aetas est; quia reapse illuminavit hominum genus legis praeceptis verum lumen Deus noster. Etenim praeceptum Domini luci-

H uestas, ἀγαπητὲ, καὶ εὐαγγελικῆς τῆς κυρίας ωδαβολῆς ἄκες καὶ τὸ ἔρμηνειαν, ἢν καὶ δύναμιν ἔσουσθαι οἰκοδεσπότης τῷ μεγάλῳ οἴκῳ, τούτεσιν ὁ δεσπότης Θεός οἴκος γάρ, ὁ κόσμος. δεσπότης δὲ αὐτοῦ, ὁ κτίσας αὐτὸν θεός. ἀμπελῶν αὐτοῦ, ἡ ἀνθρωπία σφίσις. ἐργάται τὸν ἀμπελῶνα, ὅσοι δικαιούμενοι τῇ σωτηρίᾳ τῷ ἀνθρώπων ἀγίοις πρότῃ ὥρᾳ ὁ καιρὸς τῷ θεοσεβῶν σκέπαινον τῷ περὶ Ἀβελ καὶ Ἐνώχ καὶ Νῶε. πρώτοι γάρ οὗτοι θεοσεβῆσι, πρῶτοι οὗτοι ἐργάται τὸν ἀμπελῶνος. Νῶε λὰς ἐφέτεσσεν ἀμπελῶνα, νοτῶς νόφη πνεύματικοὶ γάρ οἱ λόγοι· ἔνας δέκτης ὥρας οὗτοι εἰργάζοντο. μὴ δέκτην ὥραν ὁ καιρὸς τῷ περὶ Ἀβραὰμ καὶ Ισαὰκ καὶ Ιακώβ· οὗτοι γάρ ἐργάται τὸν σωτηρίας ήμερον, τρεῖς τὸν ἀριθμὸν διὰ τοῦτο καὶ ἔνας δέκτης ὥρας εἰργάσαντο. ἀπὸ δέκτης ὥρας τὸ μεσητατον τὸν ἡμέρας, ὅτε ὁ ἡλιός σφραγότερον καταλάμψει τὸ οἰκεμένων, ὁ χρόνος τὸν νόμον· ὅτι τῷ ὅντι ἐφότισσεν τὸν ἀνθρωπώτητα διὰ τὸ ἐντολῶν τὸν νόμον τὸ ἀλιθιὸν φῶς ὁ Θεός ἡμῶν· ἡ ἐντολὴ γάρ κυρίου τηλαυγής σωτίζουσα

(1) Hanc nos homiliam graece tantum ex vaticano codice ante hos annos edidimus in Spicilegio rom. T. V. p. 119-122. Latine olim, sine graeco, vulgaverat, ut ibi diximus, Achilles Statius. Nos vero quum eius libello careamus, novam marte nostro curavimus latinam interpretationem, quam heic cum graeco textu ceteris novis Cyrilli scriptis adnectimus.

· Ιε. ΛΑΥ. Β. 2η.  
· Ιε. ΛΑΥ. Β. 2η.

· οφθαλμοίς \* καὶ ἀλιν, ἐτι φᾶς τὰ προστάγματά σε \*.

\* Απὸ ἕκτης ὥρας, τὸ ἡμέραν δὲ ἡμέρας.  
ὅτε γὰρ ἐμίσταται οἱ χρέοι οἱ ἀπὸ ἀρχῆς  
κτίσεως, καὶ ἔως σωτηρίας, τότε μεσημβρί-  
νὸν ἀπειάλη Μώσης καὶ Ἀαρὼν καὶ γὰρ ἡ  
κατάρτη λατρεία, ἔως ὅγδεντι ἀνάτη δὲ  
ὥρα, καιρὸς τὸ ἀνθρακοφόρων προφητῶν.  
καὶ γὰρ αὐτοὶ ὡς καὶ οἱ ἐργάται ἀπειάλη-  
σται παρὰ τὸ οἰκοδεσπότες ἐργάσαθαι τὸ ἀμ-  
πελάνα δὲ ψυχῆς ἡμέρη ἔως δεκάτης ἐν-  
δεκάτη ὥρα, ἐπιδημία τὸ μονυγήσος ἐπ’  
ἐσχάτων γὰρ τὸ χρόνον ἐπὶ συγτελείᾳ τῷ  
αιώνων ἐπεδίμονεν ἡμῖν ὁ τὸ Θεοῦ νιός,  
Θεοῦ λόγος ὠσέρ γὰρ ἀπὸ ἐνδεκάτης εἰς  
δωδεκάτην ἄλλη μία ὥρα ἐστὶν ἡ ἐσχά-  
τη, οὕτως ἀπὸ τὴν ἐπιδημίας Χριστοῦ ἔως  
τὸ συγτελεῖας. ἄλλη μία ὥρα ἐστὶν ἀκου-  
σον τὸ Ἰωάννου λέγοντος \* τεκνία, ἐσχά-  
τη ὥρα ἐστὶν.

\* Ορᾶς ὅτι τῇ ἐνδεκάτῃ ἐξελθῶν ὁ τὸ  
ἀμπελῶν@ δεσπότης, εὐρὺν ἀργοὺς ἐμι-  
θάσατο τίνες οὗτοι οἱ ἀργοὶ; ἡμεῖς οἱ  
ἄπο τὸ ἐθνῶν ἀργοὶ γὰρ ἡμεῖς ἀπὸ Θεο-  
γνωσίας, ἀργοὶ ἀπὸ ἐργῶν ἀγαθῶν καὶ  
λέγοι αὐτοῖς τί ἐστικάτε ἀδεὶς ὅλῳ τῷ  
ἱμέραν ἀργοῖ; ἔλει πάντα ἡμέραν ἀτεί-  
χης κτίσεως κόσμου, ἔως τῆς ἐπιδημίας  
αὐτοῦ χρόνον ἐπέμενεν ἔως Γάρ τότε ἀργά  
ην τὰ ἐθνη, Θεὸν μὴ εἰδότα οὐδεὶς γάρ,  
εποιεῖ, ημᾶς ἐμιθάσατο εὐγνώμονα τὰ  
ἐθνη τῷ γὰρ οὐδεὶς αὐτὰ ἐμιθάσατο,  
οὐ τόμοι οὐ προφῆται τῷ Ἰσραὴλ ἐκεί-  
νοι ἀπειστάλησαν, οὐ τοῖς ἐγενεσίν Μιδ  
ακαλως λέγουσιν ἐτι οὐδεὶς ημᾶς ἐμιθά-  
σατο.

\* Αλλὰ ἀγαθοὶ οἱ οἰκοδεσπότης, ἵπά-  
γετε γὰρ καὶ ὑμεῖς, φοιτὸν, ἐργάσαθαι ἐν  
τῷ ἀμπελῶνι, καὶ ὁ ἔαν δίκαιος, δύσω  
ὑμῖν οἱ ἀργοὶ, τότε ἐργάται γεγόνεσσιν.  
ἐργάζεται γὰρ τοῦ οὐ ποτὲ ἀργοὶ ἀκ-  
αλοποιαὶ ἐργάζεται ὁ χερὸς τῷ ἀποστό-  
λων, τῷ μαρτύρων, τῷ ἀσκητῶν, τῷ μο-  
ναχῶν, τῷ ἀγίων παρθένων, τῷ ἐγκρα-  
τῶν, τῷ ἐν γάμῳ σεμνῷ ἀλβενῷ γάρ αὐτῷ  
ἡ ἀκαλησία τῷ ἐν δημάσιον ἀξίως δύγα-

dum illuminans oculos. Et denuo: lumen  
mandata tua.

A sexta hora meridies est: etenim quum  
iam media tempora essent inter creationis  
initium et mundi finem, tunc veluti meridi-  
ani missi sunt Moyses et Aaron. Porro  
legalis cultus usque ad horam octavam; sed  
nona hora, inspiratorum prophetarum ac-  
tas: namque et hi tamquam boni operarii  
missi fuerunt a patre familias ad animae  
nostrae culturam, usque ad decimam. Un-  
decima demum hora, adventus Unigeniti  
fuit. Extremis enim temporibus, in saecu-  
lorum consummatione venit ad nos filius  
verbumque Dei. Nam sicut ab undecima  
ad duodecimam, una alia excurrit extrema  
hora; sic ab adventu Christi ad saeculi con-  
summationem, alia unica hora superest.  
Audi enim Iohannem dicentem: filioli, no-  
vissima hora est.

Vides, quod undecima hora prodiens  
vineac dominus, otiosos repertos mercede  
conduxit. Quinam hi sunt otiosi? Nos vi-  
delicet qui ex ethnici sumus; otiosi enim  
id est vacui Dei cognitione eramus, vacui  
operibus bonis. Dicitque illis: cur heic stet-  
tistis tota die otiosi? Totam diem dicit, ab  
orbe condito usque ad Christi adventum  
tempus significans. Illatenus enim otiosi  
ethnici fuerunt, Deum ignorantes. Nemo enim,  
auit, nos mercede conduxit. Recto  
animo hoc dicunt ethnici, nemo nos mer-  
cede conduxit, non lex, non prophetae,  
qui ad Israelemissi fuere, non ad ethni-  
cos. Ideo recte dicunt: nemo nos mercede  
conduxit.

Sed enim bonus pater familias, ite in-  
quit et vos ad operandum in vinea; et quod  
iustum fuerit, dabo vobis. Tunc vero qui  
otiosi erant, facti sunt operarii: nempe  
operatur nunc, quae otiosa fuerat ecclē-  
sia. Operatur apostolorum chorus, mar-  
tyrum, ascetarum, monachorum, sanctarum  
virginum, continentium, denique eo-  
rum qui in honorabili coniugio sunt. Re-  
cepit autem eadem ecclēsia unum merito

denarium. Potest enim aliquis celeriter operari, atque unica hora tantum operis facere, quasi a summo mane labore fuisset adgressus. Ecce et latro intra unicam horam audiit: hodie mecum eris in paradiso.

Iam audi quid ceteri dicant: pondus aestumque diei nos pertulimus. Vera illi dicunt. Namque hi grave legis iugum non gestaverunt, nihil tamen minus par illis opus fecerunt. Amice, inquit, tibi iniquus non sum. Et sane iustitiae index non est iniquus. Verba autem: volo et huic largiri quantum tibi, ne personae acceptio nem esse arbitreris, neque mercedem gratiosae dari, sed ita potius cogita: quantumvis fecerimus, vel quantumvis laboraverimus, nihil dignum praestamus. Quae libet enim hominis iustitia ut pannus menstruatae. Rem totam, gratiam appellavit, ut ait Paulus: iustificati gratis per gratiam, non ex operibus, ne quis glorietur. Dei donum est, non quia nos nihil operemur, sed quia nihil condignum facimus: quem haec omnia inquit feceritis, dicite: servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus. Utique igitur cum panem pauperi praebes, et caelorum regnum lucaris, cernis quid sit illud: volo largiri.

Iam quod sequitur: an oculus tuus malus est, quia ego bonus sum? non hoc dicit. quia mali sint sancti; sed numquid mali estis, quia ego bonus sum? Vere enim ipse bonus de bono. Tum vero non sicut opus, ita et merces: exiguum quippe opus, merces multa. Aquae calicem das sipienti, recipis autem quae nec oculus vidit, nec auris audivit. Vides Deum esse bonum. Denique incipit ab extremis usque ad primos, quia postremi erunt qui nunc primi. Et: populum meum vocabo reapse populum meum. Et rursus: quum ingressa fuerit plenitudo gentium, tunc etiam universus Israhel salvus fiet; in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

ταὶ γάρ τις ὁρέως ἐργαζόμενοι, ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἐνίγκαι ἔργον ὡς ἀπὸ πρωΐθεν ἐργαζόμενοι· ὃ ληστὴς εἰς μίαν ὥραν ἤκουε τὸ σύμμερον μετ' ἔργον ἕτηρι ἐν τῷ φωτίσμῳ \*

\* Luc. XXIII. 33

Αλλ' ἀκοσμητικοὶ εἰσι, οὐδὲν τοιοῦτοι οἱ βασάνιστες τὸ δέρμας αἱ τοπικαὶ σήμερας ἀληθεύεται· εἰς γάρ οὐ τομῆρ ἑστασαν τὸ βάρος τῆς ζυγοῦ τοῦ τούτων διὰ τὸ ἐργον ἐταῖρε, γάρ, φοσφοὶ, εὐνὴ δικιῶν εἰς οὐκ ἀδικεῖ ὃ τὸ δικαιοσύνης κριτής τὸ δὲ θέλω τούτῳ χαρίσαμεν ὡς ηγούμενοι, μηδὲ τοῦ χάριν διδόσαμεν τὸ μισθὸν, ἀλλ' εὐτὸν νόον τοῦτο οἵας ἐν ποιησαμένοι, οἵας ἂν ἐργασώμεθα, ἄξιος οὐδὲν ποιούμενος πάσα γὰρ δικαιοσύνη ἐνθέρωται ὡς ἁράδης ἀποκαθηρέντης· τὸ χάριν τὸ δόλοι ὀνέματος, ὡς λέγει Παῦλος \*, δικαιοιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτῇ κάροπι, ηγούμενοι ἐργων, ἵνα μὴ τις καυχήσεται· Θεοῦ τὸ δῶρον, οὐκ ἔτι οὐκ ἐργαζόμενος, ἀλλ' οὐτι κατ' ἀξίαν οὐδὲν ποιεῖμεν· ὅτε τὸ γάρ, φοσφοὶ, ποιηστε ταῦτα πάντα, εἴπατε ἔτι δὲλοι οἱ ἀχεῖοι ἐσμένει· δὲ φέλαιαμένοι ποιησαν, πεποιηκαμένοι \* ἀμέλεια γοῦν ἔργον τῷ πέντε πατέρεσσι, οἱ Βασιλεῖσαν οὐρανῶν κληρονομεῖσι, ορφές τὸ, Σέλων καρδίσασθαι.

\* Isa. LXIV.

\* Rom. III. 21.

Τὸ δέ, οὐδὲ φθαλμός σε πονηρός ἔστι, ἔτι ἐγὼ ἀγαθός είμι; μηδὲ εἶτε, ἔτι ποιησοι οἱ ἄγιοι, ἀλλὰ μηδὲ τι πονηροί ἔστι, ἔτι ἐγὼ ἀγαθός είμι; ἀληθῶς γάρ ἀγαθός εἰς ἀγαθοῦ· οὐ κατὰ τὸ ἐργον ηγούμενος ὁ μισθός ὁλίγος γάρ τὸ ἐργον, πολὺς δὲ ὁ μισθός ποτίσεον ὑδατος ἐπότισας διψῶντα, καὶ ἀπολαμψθήσεις ἀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ οὖς οὐκ ἤκουσεν· οὐδὲς ὅτι ἀγαθός ἔστι· τὸ δέ ἀξέιδενος ἀπὸ τοῦ ἐργάτων ἔως τὸ πρώτων, οὐδὲ ἴσοςται οἱ πρῶτοι ἐργάταιοι ηγούμενοι τὸ λαέν με, λαέι με. \* οὐ πάλιν, ὅταν τὸ πλήρωμα τὸ θερμὸν εἰσέλθῃ, τότε καὶ πάσι Ἰσραὴλ σωθήσεται \*, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῖν, ὃ δέξαται τὸ κατάτος εἰς τοῦ αἰώνας τοῖς αἰώνων ἀμνῷ.

\* Os. II. 21.

\* Rom. XI. 25.

# SANCTI EIUSDEM CYRILLI

## ORATIUNCULAE TRES IN TRANSLATIONE RELIQUIARUM

SS. MM. CYRI ET IOHANNIS. (1)

A'.

ΕΠΙΦΗ Β'. ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΤΡΙΑΛΟΥ ΠΡΟΣ-  
ΤΩΝΗΣΙΣ ΤΟΙΣ ΤΑΒΕΝΝΗΣΙΩΤΑΙΣ (2) ΜΟΝΑΧΟΙΣ  
ΤΟΙΣ ΕΝ ΤΑΙ ΚΑΝΩΒΑΙ ΕΝ ΤΗΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑ ΚΑ-  
ΛΟΥΜΕΝΗΙ, ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΚΥΡΟΥ  
ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΟΥ.

\*Ανδρέας καὶ ὑπομονὴ, καλὴ καὶ εὐειδε-  
σάτη δυὰς ἀρετῶν, καὶ τοῖς ἀγίοις μάλιστα  
πρεπωδεσάτη· οἵς ὁ μακάριος προσεφών  
Δαβὶδ, ἀνδρίζεις καὶ πραταιούσθειον καρδία  
σου, καὶ ὑπόμονον τὸ κύριον. \* ὁ δὲ τὸ σω-  
τῆρος μαθητής ὑπομονῆς ἔχετε γέσταν, ἵνα  
τὸ Σέληνον τὸ θεοῦ αἰώναντες, κομιεῖσθε  
τὸ ἐπαγγελιανόν \* γεὴν γὰρ ἡμᾶς ὡς ἐν ἀρχῇ  
γένεσιν τὸ ἀγαθόν, καὶ τὸ τέλος ἐπιζητεῖν,  
ἴνα καὶ βεστιλεῖν οὐρανῷ υπερονομάστωμα  
ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡρῷ, ὃ δὲ δόξα  
καὶ τὸ κράτος εἰς τὸν αἰώνας ἀμήν.

B'.

ΕΠΙΦΗ Ζ'. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΠΡΩΤΗ ΕΙΣ  
ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΜΑΡΤΥΡΑΣ ΚΥΡΟΝ ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΗΝ  
ΤΟΥΣ ΚΕΙΜΕΝΟΥΣ ΕΝΤΑΤΑ; ΔΡ ΩΝ ΣΗΜΑΙΝΕΙ  
Ο. ΠΑΤΗΡ ΚΑΙ ΤΟ ΤΙΜΙΟΝ ΑΥΤΩΝ ΠΑΘΟΣ, ΚΑΙ  
ΤΗΝ ΕΝΤΑΤΑ ΚΑΤΑΘΕΣΙΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΥΤΩΝ  
ΑΕΙΨΑΝΩΝ· ΕΡΡΗΜΗ ΔΕ Η ΝΑΡΟΤΣΑ ΕΞΗΓΗΣΙΣ  
ΠΡΩΤΗ ΕΝ ΤΗΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑ ΉΤΟΙ ΕΝ ΤΗΙ ΤΩΝ  
ΑΓΙΩΝ ΑΙΘΟΣΤΟΛΩΝ.

Οὐκ ὀκνηροὶ γεγόναμψ περὶ τὸ συνήθη  
λόγον, ἀλλ᾽ ὡς εἴρηκεν ὁ σωτὴρ\*, τὸ μὲν

BEATI CYRILLI ACCLAMATIO AD TABENNISIO-  
TAS MONACHOS, QUI SUNT IN CANOPO, QUAE DI-  
CITUR PAENTENTIA, DE SANCTIS MARTYRIBUS  
CYRO ET IOHANNE. EPIPHII II, QUOD EST OCTAVO  
KALENDAS AUGUSTAS.

Fortitudo et patientia, bona atque vi-  
sionabilis (3) dualitas virtutum, sanctos  
concedeet maxime; quibus beatus quidem  
David acclamat: viriliter age, et conforter-  
tur cor tuum, et sustine Dominum. Salva-  
toris autem discipulus: patientia vobis est  
necessaria, ut voluntatem Dei facientes,  
percipiatis promissum. Oportet quippe nos  
in exordio bonorum fieri, sed finem ex-  
quirere; ut regnum caelorum hereditemus,  
in Christo Iesu domino nostro, cui gloria  
et potestas. Amen.

H.

EIUSDEM. EPIPHII VII. ID EST PRIDIE KALEN-  
DARUM AUGUSTARUM RELATIONS DUEA IN SAN-  
CTOS MARTYRES ABBA CYRUM ET IOHANNEM, QUI  
HIC REQUIESCUNT; PER QUAS HIC PATER INSINUAT  
ET HONORABILEM EORUM PASSIONEM, ET DEPO-  
SITIONEM SANCTORUM RELIQUIARUM. DICTA ESTI  
AUTEM PRAESENS PRIMA NARRATIO IN META-  
NOEA, QUOD INTERPRETATUR PAENTENTIA, SIVE  
IN ECCLESIA SANCTORUM APOSTOLORUM.

Pigri non fuimus circa consuetum ser-  
monem, sed ut dixit Salvator, spiritus qui-

1) Has Cyrilli oratiunculas conservavit nobis S. Sophronius in historia sanctorum martyrum Cyri et Iohannis, quam gracie nos edidimus in Speiel. rom. T. IV. p. 248-252; itemque latine, interprete vetere Anastasio bibliothecario, tom. cit. p. 263-266. Gratulemur itaque nobis hac quoque nova Cyrilli scripta. Porro mirum est, quod aeque breves S. Augustini tres sermones legimus de miraculis S. Stephani proto-  
martyris in editione maurina T. V. serm. 320, 321, 322.

2) De Tabenna, et de tabennensibus monachis, legesis Palladium hist. lausiae. cap. XXXIX, cum  
Meursii adnot. In eo asesterio S. Pachomius regulam ab angelo traditam accepit.

3) Ita Anastasius, in cuius quamquam parum elegante dictione nihil mihi immutare licuit.

dem promptus est, caro autem infirma. Credimus enim per sanctas orationes vestras miserante Deo minuetur afflictio. Quod autem et cogitavimus, et egimus propter utilitatem, iterum vobis necessarium dicere prospexit. Etenim regiones istae medicis indigebant ex Deo curantibus. Ut ergo omnia loca adiuvaremus, et maxime quae adjacent ecclesiae sanctorum evangelistarum; ibant enim non habentes oraculum ad altera quaedam loca, et dum christiani essent, errabant; necessario inquisivimus sanctorum martyrum reliquias. Comperimus ergo et accurate didicimus, quod tempore quo martyrium pertulerant sanctae virgines, quarum et fonteū habemus apud sanctum evangelistam Marcum, duo quidam, quorum unus monachus abstiens, et alter miles, aderant excitantes easdem virgines, et ad certamen aptantes, quatenus cum virili sensu pro Salvatore nostro sustinuerint periculum. Requiescent autem etiam ipsi cum eis in oratorio (3). Ingressi sunt fortiter, et Christi martyrium pertulerunt, posueruntque pro eo animas suas. Fuerunt autem simul corpora sanctorum martyrum in uno loco iacentia: et quia indiscretae erant eorum reliquiae; nec enim manifeste dinoscibatur, quis hic, quisve ille; necessario utrosque assumentes, transtulimus et reposuimus in ecclesia evangelistarum, facientes ut martyribus solet memoriam. Conveniamus igitur, Deo volente, crastino pariter, tam sanctos evangelistas honorantes, quam beatos martyres, qui vocantur Cyrus et Iohannes.

πνεῦμα πρόθυμον, ἢ ἡ σάρξ ἀσθενίς πι-  
σεινορῷ ἦ, ὅτι διὰ τὰς ὑμῶν εὐχὰς ἐλέω  
Θεοῦ ἔτισδ τὸ πάθος ὁ ἡ καὶ ἐβελύσσα-  
μεθα οὐ πεπράχαμψ ὑπέρ τοῦ χρηστοῦ,  
πάλιν εἰπεῖν ὑμῖν ἀναγκαιον συνέδομεν.  
ὅτι τὰ μέρη ταῦτα ἔχεις ιατρῶν Θερα-  
πεύοντων θλια Θεοῦ· ἵνα τοίνυν πάντας  
οὐφλήσωμεν τὴν ἡγεμονίαν εὐαγγελιστῶν ἀκ-  
ηλοπίᾳ, ἀπίσταν γὰρ οὐκ ἔχοντες μητέ-  
ριον εἰς ἑτέρες τιὰς τόπους, καὶ γειτιαροὶ  
οἵτε ἐφάλλογο, θλια τοῦτο ἀναγκαῖος  
ἐληπτήσαμψ ἀγίων μητύρων λείψαντα εὐ-  
ρομένη τοίνυν, καὶ μεμαθηκαμψ ἀκριβῶς,  
ὅτι καὶ ταῖς καθ' ὅμη μεμέρτυρησαν αἱ  
ἄγιαι παρθένοι (1), ὃν τὸ θεῖαν πηγὴν (2)  
ἔχομεν ἐν τοῖς τοῦ ἀγίου εὐαγγελίστη Μάρκου,  
δέο τινὲς, ὃν ὁ μὲν εἰς μονάζων ἢν ἀσκη-  
τὴς, καὶ ἑτερος σεβατιώτης, πάρεσται αὐτὰς  
παροχόνοντες καὶ ἐπαλέφοντες αὐτὰς πρὸς  
τὸ ἄγνωτον τὸ ἀθλήσων ὕδε μῆδαγαίου  
φρονήματος ὑπὲρ τοῦ σωτῆρος ἥμηρος ὑωσῆ-  
ναι κίνδυνον κέκλισται θλια καὶ αὐτοὶ σὺν  
κλείναις εἰς τὸ μητύριον καὶ εἰσῆλθον θυ-  
νατῶς καὶ μεμέρτυρησαν υπέρ Χριστοῦ, καὶ  
τεθίκαστοι δὲ αὐτὸν τὰς ιδίας ψυχάς· ἢν  
οὖν ὅμοι τὰ λείψαντα τοῦ ἀγίου μαρτύρων  
ἐν τόπῳ κείμενα ἐπεὶ ἡ ἀδιαφορία ἢν  
τὰ λείψαντα, οὐ γὰρ ἢν διεγνωσμένα σα-  
φῶς, τίς μὲν θλια, τίς ἡ ἀκείνη (3), ἀνα-  
γκαῖος ἀμφότερα συλλαβόντες μετηγάσθω  
καὶ τεθίκαμψ εἰς τὴν ἡγεμονίαν ἀκελπί-  
σια, ποιίσαντες τὸ σύνηθες, ὡς μητυροῦ-  
σιν, μημεῖον συναγώμεθα τοίνυν, θελον-  
τος τοῦ Χριστοῦ αὐγίου ὅμοι, καὶ σύντονος  
τιμῆτες εὐαγγελιστὰς καὶ σύντονος μακαρίους  
μάρτυρας· καλοῦνται δὲ Κύρος καὶ Ιωάννης.

(1) Intellige canopenses tres sorores virgines, Theoctisten, Theodoten, et Eudoxiam, cum matre Athanasia, quae sub Diocletiano imp. et Syriano praeside, hortantibus Cyro et Iohanne, martyrium inclitum fecerunt, ut narrat apud nos sanctus Sophronius tom. cit. p. gr. 237, lat. p. 259.

(2) Animadverte hoc dictum de fonte ss. virginum martyrum in basilica S. Marci alexandrina; namque huiusmodi fontes, seu potius cisternae ac putei martyrum, sive ubi sanguis illorum defluxerit, sive potius ubi corpora proiecta fuerint, in aliquot etiam romanis ecclesiis visuntur.

(3) In his, ut quisque videt, declinat a graeco Anastasius interpres, quem nos, ut diximus, propter antiquitatem reformare noluimus. Alioqui dicendum fuerat: *vocati sunt autem ipsi quoque ad idem martyri stadium; quod fortiter ingressi, Christo testimonium dederunt etc.* Sed Anastasius quidem videtur legisse κείνται pro κείληνται. Martyrium autem non male intellexit oratorium, sive locum reliquiarum.

## T'.

ΕΠΙΦΗ Η'. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΤΕΡΑ ΕΝ  
ΤΗΙ ΕΚΚΛΗΣΙΑΙ ΤΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΩΝ, ΕΝΩΑ ΚΑΙ  
ΚΑΤΕΘΗΚΕΝ ΕΝ ΜΗΜΕΙΩ ΤΑ ΛΕΙΦΑΝΑ ΤΩΝ  
ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΚΤΡΟΥ ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΟΥ, ΠΡΟ ΔΥΟ  
ΣΗΜΕΙΩΝ ΚΑΤΑ ΑΝΑΤΟΛΑΣ ΤΟΥ ΚΑΛΩΒΟΥ, ΗΑΝ-  
ΣΙΟΝ ΤΗΣ ΜΕΝΟΥΘΕΟΣ (1).

\* LUC. XIV.  
25-27.

Συνεποδέσθηκεντο \* ἡ αὐτῷ ὅχλοι πολ-  
λοί, καὶ σχαφεῖς εἶπεν αὐτοῖς· εἴ τις ἔρχε-  
ται πρός με καὶ οὐ μισεῖ ἢ πατέρα αὐτοῦ καὶ  
ἢ γυναικα αὐτοῦ καὶ τὰ τέκνα καὶ σύνδεσθελ-  
θούς αὐτοῦ, ἐτί ἡ καὶ ἡ ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ  
δύναται μη εἶναι μαθητής· διτις οὐ βασά-  
ζει ἢ σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἔρχεται ὀπίσσω με,  
οὐ δύναται μου εἶναι μαθητής· Θερμοὺς  
ῆμας εἰς εὐλάβειαν οἱ ἢ σωτῆρος ἀπαιτού-  
σιν λόγους καὶ σύνδεσθελταν θέλοντας αὐ-  
τὸν, οὐδὲν πγεῖθα ἀμενον αὐτοῦ ἀναπει-  
θεσιν, οὐ φιλοσογγίαν σωμάτων, οὐκ ἀγά-  
πησιν εἰς σωτέρας, οὐκ αἰδῶν ἢ εἰς μητέρας  
καὶ ἀδελφούς· οὐδὲν γὰρ ὅτι τὰῦτα κατα-  
πεφρονηκότες μεγάλως εὐρίσκουσιν καὶ λαμ-  
πρὰν ἢ ἀντιμισθίαν· ἵνα ἡ καὶ τὶς ὁδὸς τού-  
τοις ἔπειρον εἴσισθαι, γνωρίζων δύσιν ἔσχεν εἰς  
ῆμας ἀγάπησιν, οὐδὲν αὐτὸς τὰ καθ' ἑαυ-  
τὸν κρείττονα ἢ ἡμετέρων ἐποιήσατο πραξ-  
μάτων· οὐ προτετίμηκεν τὰ παρθενεῖαν· ἑαυτὸν  
δὲ ἀπάντων σωτηρίας καὶ ζωῆς· θεός ἄν, δι-  
ῆμας γέγονεν ἄνθετος, καὶ ὑπέμενεν σαυ-  
ρὸν, αἰσχύνεις καταφρονήσας· ἀλλ' οἱ συμ-  
πάσχοντες καὶ συμβασιλεύσασιν· \* οἱ συγ-  
τιμωσθέντες, πάντως καὶ συνδεδουλεύσονται.

\* H. Tim. II. 12.

## III.

EIUSDEM. EPIPHI VIII. ID EST KALENDAS AUGUSTAS APUD ECCLESIAM EVANGELISTARUM, ubi in monumento recondidit reliquias SANCTORUM CVRI ET IOHANNIS, A DUOBUS MILIBUS DE PARTE ORIENTIS CANOPI IUXTA MENUTHEOS.

Proficisciabantur autem cum eo turbae multae; et conversus dixit ad eos, quicumque venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et filios, et uxorem, et fratres, et sorores, insuper et animam suam, non potest meus esse discipulus; quicumque non portaverit crucem suam et venerit post me, non potest meus esse discipulus. Ferentes nos esse ad reverentiam, Salvatoris expetunt verba; et qui diligere eum voluerint, nihil pretiosius aestimare persuadent, non affectum corporis, non amorem patrum, non reverentiam matrum, et sororum; scit enim quia haec contempnentes, magnam et praecelaram mercedem convenient. Et ut quid aliud ad haec dicam, innotescens quantum in nos dilectionem habeat; dum nec ipse quae circa se sunt, meliora nostris rebus efficit (2), non praeponit quae circa se sunt vitae omnium et salutis. Cum sit Deus, pro nobis factus est homo, et pertulit crucem confusione contempta. Sed qui compatiuntur, et conregnabunt; qui simul dehonorati sunt, per omnia et congloriabuntur.

(1) Anastasius bibliothecarius S. Sophronii interpres apud nos Spicil. rom. T. IV. p. 262. *Canopo duobus signis distans castellum idolum habebat Menuthin vocatum, in quo manifeste cooperabantur nequissimi spiritus: in quo cidelicet castello templum aedicavit evangelistis sacer Theophilus. Post dormitionem vero Theophili, cum Cyrus suscepisset ecclesiae gubernacula, Cyrus inquam ille magnus pietatis amator, et fidei violatorum depositor, cura erat ei non qualiscumque, destruendi phantasma Menutheos, christianosque quosdam ex simplicioribus, illuc causa recipienda sanitatis suaple concurrentes, removit. Super quo multum Deo misericordissimo postulato, angelum videt a Deo curitorum, susceptam eius depreciationm erangelizantem, et praecipientem sibi ut Cyri corpus in martyribus magni, de templo sancti Marci sumeret, et in ecclesia evangelistarum, quae est in Menuthin collocaret. Sic enim et castellum nominabant reverentia et amore daemonis. Confer eundem Sophronium cum Anastasio interprete etiam tomo tertio Spicil. rom. p. 10. 37. 66. et seq. SS. Martyrum horum templum eximiūmenutheum describit Sophronius Spicil. rom. T. III. p. 82. seq. Neque iunctile est adnotare superesse adhuc eius loci appellationem. Etenim quia olim dicebant id templum ἀββᾶ Κύρου Abba Cyri, ut passim is martyr in scriptis dicitur; quumque, ut sit, circa id templum piorum multitudine frequenteratum, oppidum paulatim increvisset, dictum est Abuchir, prope quem locum nobilissima bellata fuit pugna navalis aetate nostra inter Anglos et Gallos, cum gallicaneae classis exitio.*

(2) Immo dicendum ab interprete Anastasio fuerat: *haud sua pluris quam nostra aestimavit.*

Sic profecisse credimus etiam sanctos martyres Cyrum et Iohannem: devoti quippe subierunt pro pietate certamen. Et pesima bestia in eos insiluit, hoc est mors; sed memores fuerunt Domini sui dicentis: qui non tulerit crucem suam, et sequitur me, non potest meus esse discipulus. Expleverunt mandatum, tulerunt etiam ipsi crucem, secuti Dominum suum. Ducebantur autem tunc non soli ad certamina, sed et chorus sanctorum virginum, quae mulieres quidem erant, sed mentis fuerant incorruptae. Consummata est igitur cum eis et haec optima duorum athletarum paritas, et mercedem charitatis quae in Christo est obtinenter, conculcandi satanam, et expellendi maligna daemona. Adsint igitur qui olim errabant, veniant ad veram et incauponabilem medicinam. Nullus apud nos singit insomniam; nec advenientibus dicit: dixit Domina, fac hoc aut illud; omnino Domina, et Deus esse potest, et adorari vult? Apud daemones non est masculus neque femina. Et vide quale habent propositum, ut et mulierum nominibus vocari velint. Proculeantes igitur has amiles fabulas, et divinantium effoeta colludia, veniant ad veros desuper medicos, quibus omnipotens Deus ut curare possint tribuit potestatem dicens: infirmos curate; gratis accepistis, gratis date. Omni itaque medela, quae a Salvatore condonata est perpetuisti, conlaudemus Dominum nostrum, ut et regnum caeleste mereamur in Christo Iesu domino nostro, per quem et cum quo Deo patri cum sancto Spiritu gloria, honor, et potestas, nunc et semper in saecula saeculorum. Amen.

Ούτως εὐδοκιμῆσαι τιμεύομεν καὶ ἔστιν ἀγίους μάρτυρας Κύρος καὶ Ἰωάννης· αὐτόθυμοι δέ τοι εἰσῆλθον εἰς ἄστον ὑπὲρ τὸν εἰς Χριστὸν εὐσεβεῖας ἀγῶνας· καὶ τὸ πάντων αὐτοῖς δυνάτωτον ἐπιποδὰ Θηρίου, φημὶ δέ οὐδὲ Θάνατος· ἀλλ’ ἐμέμνηντο τὸν ιδίαν δεσπότην λέγοντος· δέ οὐ λαμβάνει τὸ σαυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀπολεθεῖ ὅπιστος με, καὶ δύναται με εἶναι μαθητής· πεπληρώμασιν τὸν ἐντολὴν, ἔλαβον καὶ αὐτοὶ τὸ σαυρὸν, ἥκολού Θηρίου τῷ ιδίῳ δεσπότῃ· ἤσθοτο δέ οὐ μόνοι τῷρος ἄστον ἀγῶνας, ἀλλ’ ἦν καὶ χορὸς ἀγίων παρθένων· καὶ γυναικες μὲν ἡσαν, ἄλραντοι δέ τοι διάνοιαν· τετελείωται τοίνυν σὺν αὐταῖς καὶ οὐκαντὶ τούτων τὸν ἀθλητῶν δυάς· καὶ μισθὼν ἔχοσι δὲ εἰς Χριστὸν ἀγάνας, τὸν πατῆσαι τὸ σατανᾶν καὶ ἐλαύνειν τὰ πονηρὰ δαιμόνια· ἥκοτωσαν τοίνυν οἱ πάλαι πλανώμενοι· ἐρχέσθωσαν εἰς ἀληθινὸν καὶ ἀκαπνόλευτον ιαχεῖον· οὐδεὶς γάρ οὐδὲν ὄντες πάτεται· οὐδεὶς λέγει τοῖς ἐρχομένοις, εἴρηκεν ή κυρά (2), ποίσον τὸ καὶ τό (3)· ὅλως κυρά καὶ Θεός εἶναι δυνατός, καὶ τῷρος κυρεῖσθαι θέλει· ἐν τοῖς δαιμοσίνοις οὐκέτι οὐδὲ ἄρρεν οὐδὲ θῆλυ· καὶ βλέπετε ποίαν ἔχοσιν προσάρτεσιν· ὄντοματιν γυναικῶν καλεῖσθαι βούλονται· πατήσαντες τοίνυν τὰ γραῦδην μυθάρια καὶ τὰ πάλαι τὸ γούτων ἐμπαίματα· ἐρχέσθωσαν ἐπειδὴν ἀληθινούς καὶ ἀνωθεν ιαχούς· οἷς ὁ πάντα ισχύων Θεός, τὸ Θεραπεύειν δύναμθει τὸν ζεύσιαν ἔχαριστον λέγων· ἀσθενοῦντας θεραπεύετε· δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε· \* πάσιν τούτους θεραπείας οὐ παρὰ τὸν πατῆσος ἀπολαύσαντες, ὑμνολογοῦσιν τὸ ξαυτῶν δεσπότιν, ἵνα καὶ βασιλεῖας οὐρανῶν καταξιωθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησῷ τῷ κυρίῳ ὥμηρι, δι’ οὐ τῷ Θεῷ καὶ πατέρι σὺν τῷ παναγίῳ πνεύματι δόξα τιμὴ κράτος τοῦ καὶ αἱ τοῖς αἰώνας τὸν αἰώνων· ἀμήν.

Luc. x. 8.

(1) Superstitiosa ac fallacia somnia intelligit reprehenditque Cyrillus, cuiusmodi non in Menutheos tantum cultu, verum etiam in Aesculapii alexandrinō fano nosocomioque saepe dictabantur. Ceteroqui bona somnia, et a bonis angelis, ut credere piū est, atque a sanctis martyribus Cyro et Iohanne immissa, in volumine suo de praedictorum martyrum miraculis Sophronius permulta narravit.

(2) Quippe dea femina erat Menuthis, teste Sophronio tom. cit. p. 240, ubi τῆς Μενούθεως, nec non T. III. p. 66.

(3) Erant haec oracula seu responsa Cassiani Menutheos sacerdotis ad eos qui fanum remediorum causa adibant.

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΑΛΟΥ

## ΕΚΑΟΓΑΙ (1).

Cod. f. 715. b. α'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ πέμπτου βιβλίου τῶν ὑπομνημάτων τὸν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐχρηστόν.

Matth. VIII. 15. Μετὰ δὲ τὴν χαρισμαδός τῆς φιλαράθη θηλύματος ρόπην, καὶ τὸ διὰ χειρὸς ἀφὸν αἴσθησην διδόντων (2), ἵνα μάθω μερικήν ἡμέτην ὡς ἐνεργοῦ εἰς κάθαρσιν ἐστὶ τὸ ἄνιον αὐτὸν σῶμα, καὶ τὴν θείαν θελινόν συμπλέλαμβάνεται γεωδέσατα πρέστες τὸν εἰς ἡμᾶς ἀλισθρόν κάθαρσις γὰρ οὐ καὶ πνεύματι τρέψεται δι' ἀγιασμοῦ, ὃν τὸ τὸ σωτῆρος ἡμῶν ἐντίθησι σῶμα, τὸν εὐοικεντος αὐτῷ λόγον φοροῦν τὸν εὐεργετανόν (3).

Cod. f. 316. β'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Τεθεράπωνεν γάρ ὡς Θεός, τὸν ιδίας χειρὸς πλευρὴν τὴν καμένην μλαρούμενόν. καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; οὐτοῦ τὴν ιδία φύσιν, τὴν τῆς Θεότητος λέγω, ίσοσθενοῦν ἀποδείξῃ τὸ ιδίον σῶμα (4), κατά γέ τον τοὺς νοσοῦσιν εὐεργετανόν σῶμα γὰρ ἐστὶν οὐκ ἀνθρώπου τιὸς, ἀλλὰ αὐτοῦ τὰ πάντα κατορθοῦντος καὶ ισχύοντος λόγου.

Cod. f. 316. γ'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Λόγῳ τοιμαζοῦν ἐνεργήσεις ὀργάται πάλιν. καὶ ποτὲ μὲν οὖν, ποτὲ δὲ τὸν εἰκεῖνος θαυματουργοῦν δεικνύει ὅτι καὶ αὐτὸν τὸ σῶμα τὸ ληφθὲν παρ' αὐτοῦ δι' ἡμᾶς, εὐεργόν οὗτον καθ' εαυτὸν, διὰ τὸ εὐοικοῦντα λόγον οὐδὲ λόγος δὲ οὐδὲν ήττον, Καὶ εἰ μὴ σωματικῶς ἐπάφωτο τινῶν.

δ'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ δευτέρου τοῦ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ὑπομνηματος.

Συγνεισθαίνεσι τοίνους οἱ μαθηταί· καὶ προσδέχεται μὲν τὸν εἰανον αὐτὸς, οἰκονο-

Matth. VIII. 23.  
Ex. Anastasio  
1111, p. 25.

## EIUSDEM SANCTI CYRILLI

## EXCERPTA.

1. Cyrilli ex libro quinto commentariorum in Matthaei evangelium.

Postquam benivola sua voluntate beneficium contulerat, manu quoque tetigit, ut nos discamus sanctum illius corpus vim purgandi habere: idque utilissime cum divina voluntate sanctificationi nostrae conducere. Etenim a Spiritu purgatio nostra fit, quam Servatoris nostri corpus confert, inhabitantis in ipso Spiritus efficaciam gerens.

2. Cyrilli ex eodem libro.

Sanitatem utpote Deus contulit, propriae manus contractum iacenti gratificans. Quamobrem? Ut propriae naturae, divinae inquam, parcs habere vires corpus suum ostenderet, quantum adtinet ad sanitandorum aegrorum efficaciam. Non est enim hoc corpus cuiuslibet vulgaris hominis, sed Verbi cuncta potentis prospere efficiere.

3. Cyrilli ex eodem libro.

Vicissim itaque voce eum videmus operari. Et modo quidem voce, modo etiam tactu miracula edit: nempe ut demonstret, corpus etiam quod pro nobis adsumpsit, per se esse efficax propter inhabitans Verbum haud secius pollere, etiam si nullus fieret corporalis contactus.

4. Cyrilli ex secundo libro commentarii in Matthaeum.

Navim ergo cum eo condescendunt discipuli; is autem somnum sibi obrepentem

(1) Has ego eclogas sumpsi ex praestante codice vaticano 1431, in quo extant *Χρήσις*; Monophysitarum, qui sibi patrum quoque orthodoxorum suffragia vi vindicabant. (Confer Script. vet. T. VIII.) Alia adhuc Cyrilli ex commentariis in Matthaeum fragmenta suppeditavit mihi Anastasius presbyter quem edidi in Script. vet. T. VII. Et haec quidem singulis locis, citato Anastasio, distinguo; illa vero sine alio indicio scribo. Seriem librorum Cyrilli non servo, quia pars fragmentorum numerali libri nota caret. Itaque evangelistae potius ordinem sequi oportuit. Accedant igitur hae Cyrilli commentariorum in Matthaeum eclogae ceteri illis quas iam edidimus ex codicibus item vatt. post explanationem epistolaram Pauli.

(2) Agitur in hoc et 2. ac 3. fragmentis, de Petri apostoli socri, quam manus contactu febre expeditivit Servator.

(3) Confer heic Nicetae catenam in Matth. ed. Corder. T. II. p. 295.

(4) Verba, quae uncis clausimus, extant etiam apud Anastasium vaticananum p. 9.

admittit, et dispensativa ratione per id tempus carnem suam perpeti quae huic sunt propria sinit; quamquam divinitatis efficaciv ac natura caelum terramque, et quae cumque ultra haec sunt pervaderet.

5. Cyrilli ex eodem libro, ubi de filia sacerdotis.

Quis non stupeat mortem quidem devictam videns, neque tamen divinam simul arcanum maiestatem, quae victoriam retulit, oculorum sensu percipiens? immo vero unum quemlibet aequum ac nos hominem, nihil omnino nobis dissimilem, quantum cernitur, carnis suaem humilitate ac natura.

6. Cyrilli ex eodem libro.

Venit enim Iohannes neque manducans, neque bibens, sicuti scriptum est: mox venit filius hominis manducans et bibens. Iamvero huius rei, prout fieri poterit, causam heic conabor exponere. Factum est homo Dei Verbum, nostraque omnia gestavit, uno excepto peccato. Sed quod attinet ad physicas corporis commotiones, quomodo eguisset consueto nobis freno, labore nimirum ac ieunio, quandoquidem Deus suapte natura est, et peccato superior, suaque gratia in nobis quoque sedat passiones, nostri corporis impetus inhibens, siquando ad absurdas voluptates rapiatur? Videlicet inter nos habitavit Dei Verbum, suamque fecit carnem humanam, ut quia hanc aspera peccati lex vexabat (etenim tyranni instar peccatum in carnis membris repugnat mentis legi, in suam nos potestatem redicens) per se ipsum vim illam retunderet; atque in sua apprime carne eam legem perimens, gratiae huius participationem ad nos transmittenet, qui eiusdem cum eo generis sumus, quod adtinet ad carnis naturam. Nam primitia nostrae Christus est, novusque Adamus est post illum qui fuit initio: et princeps homo in terra apparuit, iam non terrenus, sed divinus potius atque caelestis, peccati nescius; propterea solus etiam inter mortuos

μικῶς ἡ μάλιστα κατ' ἀκεῖνο καιρῷ τὸ παθεῖν ἐφίσις τὰ ἴδια τῇ σαρκὶ καὶ τοι διέπων αὐτὸς κατά γε τὸ θεότητος ἐνέργειάν τε καὶ φύσιν οὐρανούς καὶ γῆν καὶ τὰ επιτούτοις ἐπέκεινα.

ε'. Κυριλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ τῆς θυγατρός τοῦ Ιησοῦ.

Cod. f. 318

Matth. IX. 18.

Τίς γὰρ ἀν οὐν ὅξετο Θάνατον βλέπων πλεονεκτούμενον, καὶ οὐχὶ θεῖάν τινα καὶ ἄρριτον δόξαν τὸ πλεονεκτούσαν ὄρῶν, δόσον ἥκειν εἰπεῖν εἰς αἰσθησιν τὸ δύματων; ἀλλ᾽ ἔνα τὸ καθ' ήμᾶς ἀνθρώπον δηλαδὴ κατ' οὐδὲν τὸ παράπαν ήμῶν διζέρεσσα, κατά γε τὸ ὄρθρον, εἰς τὰ τὸ σαρκὸς ἀδόξιαν τε καὶ φύσιν.

ς'. Κυριλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Cod. f. 316.

Matth. XI. 18.

Ἄλλεν μὲν γὰρ Ἰωάννης μάκτε ἑσθίων μάτε πίνων, καθ' ἀγέραπται· ἥλθεν δὲ ὁ νιὸς τὸ ἀνθρώπων ἐσθίων καὶ πίνων καὶ τὸ τούτε αἴτιαν, ὃς ἀν τοῦ οἴον τε, ἀνδὲ εἰπεῖν πειράσσωμαι γένοντε μὲν δὲ ἀνθρώπος ὁ τὸ θεῖον λόγος, καὶ πάντα πεφόρκη τὰ ἡμέτερα, δίχα μόνης ἀμρτίας· ἀλλ᾽ ἐν γε τῷ καὶ σῶμα κινήσεσι φυσικαῖς, οὐ δέ τοις ήμιν χαλιναγωγίας, πόνον τε φρινὶ καὶ νησίας, τὰς ἀν ἀδειθη, καίτοι καὶ φύσιν ὑπάρχων θέος, οὐ καὶ κερίτων ἀμρτίας, καὶ τῇ παρ' ἑαυτῷ χάσειτι καὶ τὰ ἐν ήμιν καταραῖταιν πάθη, νεκρὰν δὲ ἀπερακτον ἀποφαίνων καὶ τὸ ἐν ήμιν τὸ σώματος ὄρεξιν, εἰ καὶ διγκέοιτο πως εἰς ἐκτόπες ἡδονάς; κατεσκινωσεν δὲ ἐν ήμιν ὁ τὸ θεοῦ λόγος, καὶ ἴδιαν ἐποιήσατο σάρκα τὸ ἀνθρώπινν, ἵνα ἐπειδόπερ ἀτίθασός τις αὐτὴν δὲ ἀμρτίας κατελπίζετο νόμος (τετύραντικε δὲ ἐν τοῖς μέλεσι τὸ σαρκὸς ἀντιστρατόβλημος τῷ νόμῳ τὸ νοῦς, καὶ αἰχμαλωτίζων εἰς τὰ οἰκεῖα) καταργῆσει τοῦτον δι' ἑαυτοῦ· καὶ ἐν πρώτῃ νεκρώσας τῇ ἴδιᾳ σαρκὶ, ὁ θεός τὴν λοιπὸν τὸ ἐπὶ τούτῳ χάριτος τὸ μετάδοσιν εἰς ήμᾶς, ἀτε δὲ τὸ ὄντας ὀμοιησίαν κατά γε τὸ σαρκὸς φύσιν· ἀπερχόμενος δὲ ίστις Χριστός, δεύτερος Ἀδάμ ζηματίσας μετ' ὀκεῖνον τὸ ἐρχαῖς· καὶ πρῶτος ἀνθρώπος πέφινεν ἐπὶ γῆς, κοῦκος μὲν οὐκέτι, θεῖος δὲ μᾶλλον καὶ ἐπαγάντιος, ἀμρτίαν οὐκ εἰδώς· διὸ δὲ καὶ μόνον ἐν νεκροῖς

ἐλεύθερος. Ἀναμορφώμένης τοιγάροῦν ἐπρώτῳ Χριστῷ πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς ἀγίαισμὸν τὸ ἡμετέρας φύσεως, ἵδοιαζέτω μηδεὶς ἡς εἰς ἄπαν ἥδη τὸ ἀνθερπινὸν ἐξετένετο γένος ἢ τὸ ἀναμορφώσεως χάρις· οὐ γάρ ἔαυτὸν ἀνεμόρφως Θεός δύν ὁ λόγος, καὶ τὸ πατέρος ἴδιότητος ἀπλαστοίτος χαρακτήρ, ἀλλ’ ἡμεῖς ἡμῖν σὺν αὐτῷ πρὸς θεὸν ἀναμορφώμενοι διὰ τὴν ὑπέρ φύσιν μίσασμα, νεκρώμένης λοιπὸν ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν τὸν νόμον ἡ ἀμαρτίας. Ἡν οὖν σφόδρα τὸ ἀδύτων μὴ οὐχὶ μᾶλλον τῇ τοῦ Θεότητος ἐνεργείᾳ τὰ ἄτῳ σώματα τῷ Χριστῷ κατανεκρῦμέντος πάθη, συαθλεῖν τὸν ὕπαπτον αὐτῷ τὴν ντείσαι, εἰς τὸ καθάπτερ ἐκ βίας καὶ ἀνάγκης τὰ σάρκα καταζητάνειν· τῶν γὰρ ἡ τὸν ἐνοικοῦντα Θεοῦ λόγος δύναμις, εἰς καθάπτερ ἐφ’ ἡμῶν πόνοις καὶ ντείσαι τὰ πάθη καπνυάζετο;

Cod. f. 317. Κ. Κυρίλλου ἐκ τοῦ ζ βιβλίου τῶν ὑπομνημάτων τῶν εἰς τὸ κατά Ματθαῖον εὐαγγέλιον, εἰς τὸ ἔξομολογοῦμα ποιό πάτερ.

Matth. XI. 25. Οὐκοῦν ἡ μὲν ἐσὶ Θεός, τὸ ἐαὶ τοῖς ἔθνεσιν εἰργάζετο κρίμα, συγκατανεύοντος τὲ καὶ ἐνεργοῦντα Θεὸ δι’ αὐτοῦ τὰ πάντα τὸ πατέρος. Ἡ τοῦ νοεῖται καθ’ ἡμᾶς διὰ τὸν σαρκὸς φύσιν, ἤτοι τελείων τὸν ἀνθρωπότητος σχῆμα, τὰς ὑπεκτείνας (1) ἀνατίθησον τῷ πατέρι.

Cod. f. 317. η. Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἑταῖρον. εἰ δὲ ἐν πνεύματι θεοὶ ἔγω ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια.

Matth. XII. 28. Σκανδαλίσεον οὐδὲ μηδὲ εἰς καὶ διγνῶν- θοισι τοῖς τὸ πάνταν ἡμέρης σωτῆρος Χριστοῦ διγνῶσθαιειμένας καὶ φάσκοντος πνεύματι θεοῦ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια· μὴ γάρ δέ σε Θορυβεῖτω λέγων ὃ νίδιος ἐνεργεῖν ἐν πνεύματι· καταλογίζουν τὸ μᾶλλον τίς ἀν ἄρα καὶ ἐτίσιν τὸ τηνικάδε τὰ τοιαῦτα φυσιν· ἦν μὲν γὰρ ἐν σαρκὶ δι’ ἡμᾶς αὐτὸς δὲ τοῦτο καθ’ ἡμᾶς ἀνθρωπός οὐκ ἐδόξῃ τῇ Θεότητι καὶ αὐτῷ πρεπούσῃ φυσικῶς, ἀλλὰ τὸ ἡμετέρας φύσεως τὸ σμικροποιεῖταις καὶ τὸ τατει-

liber. Reformata ergo in Christo primo ad primigeniam sanctitatem natura nostra, nemo dubitet quin ad universum hominum genus reformationis gratia fuerit extensa. Non enim se ipsum reformativit Verbum quum Deus sit, et proprietatis paternae germana figura; sed nos cum illo ad Deum reformati fuimus, propter supernaturalem sanctificationem, extincta deinceps in membris nostris lege peccati. Valde igitur absurdum fuisse, si non potius divinitatis virtute in Christi corpore mortificatae fuissent passiones, sed ieunii opem implorasset, ut tanquam vi ac necessitate carnem debilitaret. Ubinam enim inhabitantis Verbi passiones, si prout nobis usuvenerit, laboribus ac ieunio passiones seddasset?

7. Cyrilli ex septimo libro commentariorum in Matthaei evangelium, super illud: confiteor tibi, pater.

Igitur quatenus Deus est, iudicium de gentibus exercet; volente simul et per ipsum operante omnia patre. Quatenus autem de nostro numero est, propter carnis naturam, perfectum gerens humanitatis habitum, eximias preces patri offerebat.

S. Cyrilli ex eodem libro super illud: si ego in Spiritu Dei daemonia eiicio.

Nemo scandalizetur etiamsi audit communem nostrum servatorem Christum affirmantem atque dicentem se in spiritu Dei daemonia eiicere. Ne te, inquam, perturbet filius dicens se in Spiritu operari: considera potius, quis et qua de re tunc eo modo locutus sit. In carne erat propter nos: et quidem aequo ac nos homo, haud gloria quae deitatem naturaliter decebat, sed naturae nostrae vili et humili figura indutus. Idecirco se in Spiritu Dei operari

(1) Ita codex. Suspicabar tamen scribendum potius ὑπερ ἡμῶν ἵνεταις, quam novum vocabulum admittendum. Sed enim ne contraria quidem suspicione carebam, nempe possum esse hoc fortasse vocabulum ob denotandam excellentiam orationis Christi. Paribus enim compositionibus abundat theologia Graecorum, v. gr. ὑπερθουλσία, ὑπερπαρεξία, ὑπερούσιας, ὑπεράρχοις, ὑπερέδεις, ὑπερόφερος, ὑπεράνυμος, et alia apud Areopagitam praesertim, editumque a nobis Nicephorum.

ait. Reapsec enim nequaquam carnis naturali operatione, neque humanitatis virtute vincit Satanam et adversus Beelzebulum praevaleret. Alioqui doceat nos aliquis, si ei libet, cur ii qui vellent potestatem in impuros daemones exercere, impediantur, si id carneae naturae opus est? Cuncti enim in carne sumus, unaque in cunctis est humanitatis ratio. Sed revera neque proprium carnis opus est, neque naturae humanae adversus spiritus praevalere; ideo nec omnes id efficeret queunt, sed eam rem operantis potius Spiritus effectum esse conspicimus. Vere itaque Servator dixit, quatenus caro et homo ipse intelligitur, opus huiusmodi a Spiritu fieri, non vero carnem sive humanitatem adversus daemones vi pollere. Sanctum sine dubio Christi corpus est, omnemque habet adversus omnem morbum potestatem: sed erat sanctumque est, non quatenus reputatur simpliciter caro, in sui moduli ratione consistens; sed quatenus templum est inhabitantis in ipsa Verbi, quod propriam carnem sanctificat per sanctum Spiritum. Aiebat ergo ipse in sua ad caelestem patrem pro nobis adlocutione: « ego sanctifico me ipsum, ut sint et ipsi sanctificati simul. »

9. Et post alia.

Quoniam fidem incarnationi praebere non exhorrescitis, quid ni admiramini hominem aequem ac nos factum, ut quod tanquam Deus habebat, nostri causa, quatenus homo erat, acciperet, Spiritum inquam, cuius gratiam ad nos transmitteret? Etenim quum Spiritus gratiam, ob antiquam transgressionem natura amisisset, rursus eam adepta est per primum et in quo primo fuit Christo. Hic enim apparuit caelestis homo, Adamus alter, qui sibi humanam naturam instauravit ad vitae novitatem. Quum ergo semper habeat proprium Spiritum Christus, quatenus intelligitur et est naturaliter Deus, qui etiam illum recipere dicitur quatenus homo est, profecto pervenit in nos regnum Dei. Nam partici-

πὸν τοῦτο ὁ θεικείμενος σχῆμα· διὰ τοῦτο φησὶν ἐνέργειν ἐν πνεύματι Θεοῦ· καὶ γάρ τοι καὶ τὸ ἀληθὲς οὐ σαρκὸς ἐνέργεια φυσικὴ καὶ ἀνθρωπότητος δυνάμεις ὁμοιότης τὸ σατανᾶν κατισχύει τῷ βεβληθεόντι ἐπεὶ διδασκότες τις, εἰ βούλεται, τὸ κωλύον τοῖς ἐθέλεσιν αροκεῖθαι τὸ ὅξεσθαι τὸ καὶ πνεύματων, εἰ τοῦτο ἐνέργει σαρκὸς φύσις; πάντες γὰρ ἐσμένην ἐν σαρκὶ, καὶ εἴς καὶ πάντων ὁ τὸ ἀνθρωπότητος λόγος· ἀλλὰ οὔτε σαρκὸς ἔργον ιδίων, οὔτε μὴν ἀνθρωπότητος τὸ κατισχύσαι πνεύματων, ἐπει τὸ μὴ πάντες ἰσχύουν, ἐνέργειας ἡ μᾶλλον ὁρῶται κατόρθωμα διὰ πνεύματος. Οὐκοῦν ἀληθὲς εἰρηκέν διὰ σωτῆρα καθ' ὃ νοεῖται σάρξ καὶ ἀνθρωπός, διὰ πνεύματος ἔργον ἦν, καὶ οὐχὶ διὰ τὸ σαρκὸς, πηγὴν ἀνθρωπότητος, οὐ καὶ τὸ δαιμόνιον ἰσχύεις ἀλλοι μὲν ἡδονολογικέντως ἐστὶν τὸ σῶμα τῷ Χριστῷ, καὶ πᾶσαν ἔχον καὶ πάσης νόσου δύναμιν· ἀλλ' ἦν τε καὶ ἐστὶν ἄγιον, οὐκ ἐπείπερ ἀπλῶς νοεῖται σάρξ, ἐν μόνοις οὖσα τοῖς ιδίοις λόγοις, ἀλλ' διὰ τὸν ταῦτα ἐστὶν τὸ κατοικοῦντος ἐν αὐτῇ θεοῦ λόγῳ, ἀλιάζοντός τε τῷ ιδίᾳν σάρκα διὰ τὸ ἀγία πνεύματος ἔφεν γενναῖ αὐτὸς πρόδος τὸν τοῖς φραντοῖς πατέρα τὰς σφαλέζεις ποιήμενος ὑπὲρ αὐτῶν. \* \* \* ἐγὼ ἀλιάζω ἐμαυτὸν, ἵνα ὑστερήσῃ τὸν πατέρα τοῦτον τοῦ πνεύματος χάριν διὰ τούς ἐν ἀρχῇ παράβασιν, πεπλούτηκε πάλιν αὐτὴν διὰ πρώτου τέ καὶ ἐν πρώτῳ Χριστῷ· πέφην γάρ οὐράνιον ἀνθρωπόν τοῦ δεύτερον· Ἀδὲ μὲν ἀνατίθων ἔκυτῷ τῷ φύσιν εἰς κατένοντα ζωῆς· ἔχοντος τοίνους δὲ τὸ ίδιον πνεύμα Χριστοῦ, καθ' ὃ νοεῖται καὶ ἐστι Θεός καὶ ζόντων, λεγομένης τε λαβεῖν ἢ γέγονεν ἀνθρωπόν, ἐφθασεν ἐφ' ήματις η βασιλείᾳ τῷ Θεῷ· τὸ γὰρ μετόχεις θεότητα τὸ πνεύ-

Ioh. XVII. 1.

S. KAI μετὶ ἔτερα.

Cod. f. 317 1

\* \* \* Αὐτὸς ὅτε δὴ τῷ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳν οὐ καταπεπλήκθαι φησὶν, διὰ τί μὴ Θαυμάζετε τῷ καθ' ἡμᾶς θυρόβρον ἀνθρωπον, ἵνα ὅπερ ἔχει φυσικῶς ὡς Θεός, λαβὼν δὲ ἡμᾶς ὡς ἀνθρωπόν, φημὶ δὲ τὸ πνεύμα, ὁ θεοπέμψυν καὶ εἰς ἡμᾶς τῷ χάριν; Ζημιαθεῖσα γὰρ ἡ φύσις τῷ τοῦ πνεύματος χάριν διὰ τοὺς ἐν ἀρχῇ παράβασιν, πεπλούτηκε πάλιν αὐτὴν διὰ πρώτου τέ καὶ ἐν πρώτῳ Χριστῷ· πέφην γάρ οὐράνιον ἀνθρωπόν τοῦ δεύτερον· Ἀδὲ μὲν ἀνατίθων ἔκυτῷ τῷ φύσιν εἰς κατένοντα ζωῆς· ἔχοντος τοίνους δὲ τὸ ίδιον πνεύμα Χριστοῦ, καθ' ὃ νοεῖται καὶ ἐστι Θεός καὶ ζόντων, λεγομένης τε λαβεῖν ἢ γέγονεν ἀνθρωπόν, ἐφθασεν ἐφ' ήματις η βασιλείᾳ τῷ Θεῷ· τὸ γὰρ μετόχεις θεότητα τὸ πνεύ-

ματος, ουδὲν ἔτερον ἀντίτινον, η̄ μετα-  
σχεῖν βασιλείας Θεοῦ.

Cod. f. 317. b.

ι'. Κυριλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἱπτόν, καὶ ὡς ἀν-  
εῖπη λόγον κατά τοῦ οὐσῶν τοῦ ἀνθρώπου,  
αφεθέτεαι αὐτῷ.

Matth. XII. 32.

"Ἄρρητον ἔχων ἡ̄ Ἰησοῦς πατέρας γένε-  
ντοι, διά τε τοῦτο ὑπάρχων Θεός καὶ φύ-  
σιν ὁμοιώσις, ἢ ἀνθρώπειν ὑπέδυν μορφήν,  
καὶ γεγένηται καθ' ἡμᾶς ἡ̄ γυναικός, καὶ  
γέγονεν ὑπὸ νόμουν, καίτοι ἢ νόμος κύριος  
ῶν, καὶ κεχρημάτικεν δοῦλος ὁ πάντα ὑπὸ<sup>τ</sup>  
πόδας ἔχων ἡ̄ ἢ ἀνωτάτω δυνάμεσιν ἐπο-  
χούμενος ἡ̄ καθίκετο μὲν ἐν τῷδε τῷ κό-  
σμῳ, δύναμιν μὲν ἔχων ἢ αὐτῷ πρεπωδε-  
σάτων, κατακύπτων δὲ οὖν δύως ἡ̄ ιδίας  
φύσεως ἀξιωματικὴ ἢ ἀνθρωπίνας σμικροπρε-  
πείας, καὶ τῇ ἡ̄ σαρκὸς ἀσθεβολῆ· κεγνώσεως  
ἡ̄ ἢ καὶρος, καὶ ἡ̄ δούλεια μορφῆς τὸ καθ'  
ἡμᾶς ἐδείτο μυστήγον, ἵνα ἡ̄ τίμονιν ὑπὲρ  
ἡμῶν ὑπομένῃ σαρῷ, καὶ τῷ Θανάτῳ ἡ̄  
ιδίας σαρκὸς τὸ πάντων κτείνῃ Θάνατον.  
ἀνακαία τοισαρῷν ἡ̄ κένωσις, καὶ δὲ ἀδό-  
ξιας καρδὸς ἡ̄ διὰ ἢ σάρκας ἡ̄ ἢ διὰ τέτο  
παρὰ πολλοῖς ἀσυμφανεῖς τὸ μυστήγον.

Cod. f. 318.

ια'. Κυριλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Matth. XII. 33.

Εἴτα πῶς ἔτι γονθεῖν ἀντικατάγε τὸ  
εἰκότα λοισμὸν φυσικὸν ἐν ἡμῖν ἢ τὸ ἀγα-  
θὸν ἢ τὸ φαῦλον, καὶ οὐχὶ δῆλοις μᾶλλον ἡ̄ Θεο-  
λογίους ἡ̄ ἐποιαίσθε τῇ ἐκάστη κείμενον;  
εἴπερ οὖσις μιᾶς ἡ̄ ἀνθρώπων φύσεως, καὶ  
ἐνα τὸ παντος τῇ γένεις ἔχοντος ὄρον, οἱ  
μὲν εἰσὶν ἀγαθοὶ ἢ ἔξιν, πονηροὶ δὲ ἔτε-  
ροι· διαφέρειν ἡ̄ οὐδαμῶς ἢ ἀνθρώπων φύ-  
σις ὡς πρὸς ιδίους ὄρταται λόγους, οὐδὲ  
μαχομένιν ἔχει τοῖς ἑαυτῆς ιδιώμασι πᾶν  
κατασκόντων.

Cod. f. 318.

ιβ'. Κυριλλου.

Matth. XIII. 51.

Πόλιν ἡ̄ οἰκείαν ὁμοιογεῖ πᾶν Ναζα-  
ρὲτ, ὡς ἀπεσωμένῳ θιά τὸ σῶμα, ἡ̄  
διὰ μόνης πᾶν σάρκα μετρούμενῳ, καὶ  
τοι κατὰ φύσιν ἀμέτρητῳ ὃν ὡς Θεός  
ἐπαισθὴ γάρ ἐν ταῦτῷ Θεός τε ἐστι καὶ  
ἄνθρωπῳ, ποτὲ μὲν ἡ̄ λόγῳ ἐστιν ὡς  
πατέρας ἀναλάμψας, ὅλος ὡς τοῦτο ὑπάρ-  
χων γοῖται μετὰ σαρκός· ποτὲ δὲ πάλιν  
ἡ̄ γέγονεν σάρξ, καίτοι καὶ φύσιν ὑπάρ-

pes nos fieri Spiritus, nihil aliud porro  
erit, quam regnum Dei participare.

10. Cyrilli ex eodem libro super illud quicunque  
dixerit verbum contra filium hominis,  
remittetur ei.

Qui ineffabilem sortitus est a patre Deo  
nativitatem, ideoque Deus homogeneous  
naturaliter est, humanam subiit figuram, factus  
sub lege, quamquam legis dominus  
esset: et ad servilem conditionem se de-  
misit, qui omnia pedibus supposita habe-  
bat, et a supernis virtutibus gestabatur:  
venitque in hunc mundum, virtutem qui-  
dem sibi convenientissimam habens, dignitatem  
nihilominus naturae suae celans hu-  
manis parvitatis et carnis indumento.  
Erat enim exinanitionis tempus; egebat-  
que servi specie mysterium propter nos  
peragendum, ut et venerandam pro nobis  
pateretur crucem, et suae carnis morte  
universalem mortem perimeret. Necessaria  
itaque fuit exinanitio, et ignominiae  
per carnem occasio. Quam ob rem multis  
erat obscurum mysterium.

11. Cyrilli ex eodem libro.

Deinde quomodo iusto certe ratiocinio  
cogitari poterit naturale esse nobis bonum  
vel malum, et non voluntarium potius at-  
que in cuiusque electione positum? quandoquidem  
una hominis existente natura,  
unumque in universo genere modulum ha-  
bente, alii quidem bonis moribus sunt,  
alii pravis. Neque idcirco hominis natura  
adversus propriam rationem dissidere cer-  
nitur, neque pugnantem habere cum suis  
proprietatibus constitutionem.

12. Cyrilli.

Civitatem suam Nazaretum esse fate-  
tur, quatenus videlicet definito in corpore  
erat, et carne tantummodo limitatus, is  
qui aliqui immensurabilis erat Deus. Nam  
quia Deus simul homoque est, modo qui-  
dem quatenus Verbum est de patre efful-  
gens, totus ceu talis in carne quoque in-  
telligitur. Vicissim aliquando quatenus ca-  
ro est, etiam si naturaliter Verbum est, et

in sua naturali unione consistens, cuu si totus homo esset, intelligi solet: ita ut divinitatis etiam attributa naturaliter applicentur cuu sine carne existenti qui in carne est. Vicissimque humanitatis attributa adsignentur quasi divinae naturae proprietates non habent, etiamsi revera Deus suapte natura est. Igitur quatenus Deus intelligitur, nullum requietionis suae locum habet, quia loco, circumscriptione, mensura figuraque omni excelsior est. Quatenus autem aequae ac nos homo intelligitur, prorsus cum carne sua et in locis est, et propriam civitatem habuisse dicitur.

13. Cyrilli ex tertio libro commentarii in Matthaeum.

Itaque verus et intellectualis stater, et tanquam in typo generali propositus, ipse est dominus noster Iesus Christus, cuius duplex character est.

14. Cyrilli ex homilia cuius titulus est: de verbis illis, statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo. De die autem illa et hora nemo scit.

Verumtamen cum hoc dicit, haud omnino se ipsum denotat. Non enim diserte addidit « neque filius Dei » sed generatim « neque filius » dixit. Nempe ut huiusmodi aliquid intelligas: cupiebant nimirum discipuli cuncta accurate rescire, nitebantur ut ita dicam profunda quoque Domini arcana scrutari. Verum ea res ipsorum modulum valde excedebat. Ne igitur rei explanationem denegando, quam illi cognoscere avebant, caros suos videretur contristare, obscure dicit: de die autem illa et hora nemo scit, neque angeli, neque filius, nisi solus pater. Ut verba sic intelligas: etiamsi homo ad adoptionem vocatus est, filiusque novus declaratus, haud idecirco quae supra naturam sunt inquirat, neque

χων λόγος, καὶ ἐν ταυτότητι (1); ἀλλὰ ιδίας φύσεως ἐρωσμένος, νοεῖται πάλιν ὡς ὅλος ἡνθρωπός· ὡς καὶ σὺ τῆς θεότητος αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐναρμόζειν λέγους, ὡς ἀσύρκω μετὰ σαρκός· καὶ σὺ τῆς ἀνθρωπότητος, ὡς οὐκ ἔχοντι κατὰ φύσιν τὰ τῆς θεότητος ιδία, καὶ εἰ θέος κατὰ φύσιν ἐστίν· οὐκοῦν ἢ μὲν νοεῖται θεός, οὐδένα τῆς καταπάνεως ἔχει τόπον· ἀνωτέρω γὰρ τόπου και σωματικῆς και μέρους καὶ σκήματος· ἢ δὲ γοεῖται κατ’ ἡμᾶς ἄνθρωπός, δῆλον ὅτι μετὰ σαρκὸς και σύ τόποις ἐστί, καὶ πόλιν ιδίαν ἐσχηκέναι λέγεται (2).

ηγ. Κυρίλλου ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον ὑπομνήματος βιβ. γ.

Οὐκοῦν ὁ σατῆρ ὁ ἀληθινός τε καὶ νοητός, καὶ ὡς ἐν τύπῳ τὸ σῆμα ὅλης δηλούματος, αὐτός ἐστιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ διπλοῦς χαρακτήρις.

ιηγ. Κυρίλλου ἐν ὁμιλίᾳ ἐπηγραφμένῃ εἰς τὸν εὐθέως δια μετὰ τὴν θλίψιν τὴν ἡμέραν ἐξίνων ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ σκότην οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῷ· καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἐν τῷ οὐρανῷ πάντας· τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἡ τῆς ὥρας, οὐδεὶς οἶδεν.

Ἄλλα ὅταν καὶ τοῦτο λέγῃ, οὐ πάντως ἔντοντο σημαίνει· οὔτε γὰρ προσέθηκεν ἀκριβῶς, οὐδὲ ὁ νιός τῷ Θεῷ, ἀλλ’ ἀπολελυμένως, οὐδὲ ὁ νιός φυσιν· ἵνα τοιοῦτόν τι νοῆσι· ἐσπούδαζον γάρ τῷ ἀκριβεστῷ πάντα μανθάνειν οἱ μαθηταί, καὶ ἐπειχείρειν ἵνα οὕτως εἴπων καὶ αὐτὰ σωματικάζειν τὰ βάθη τῷ κυρίᾳ· ἀλλ’ ἦν τὸ πρᾶγμα λίαν ὑπὲρ αὐτούς· ἵνα τοίνυν μὴ ἀπαγορεύσας τὸ ἔνηγκον ὡς ἱβούλοντο μαθεῖν, δόξῃ πάντας λυτεῖν τὸν γυναικεῖοντας, ἐπεσκιασμένως φυσι, περὶ γάρ της ἡμέρας ὀπίνηνς ἡ τῆς ὥρας, οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ ὁ νιός, εἰ μὴ ὁ πατήρ· ἵνα νοήσῃς οὕτως· εἰ καὶ κέκληται πρὸς νιόθεσταν ὁ ἄνθρωπός της νιός ἀνεδείχθη νέος, ἀλλὰ μὴ ζητέσθω τὰ ὑπὲρ τὸ φύσιν, μηδὲ ἀξιούτω

Matth. XVII. 26.

Matth. XXIV.  
29. et 36.  
Ex Anastasi  
rat. p. 26.

(1) Ταυτότης; hoc loco nonnisi de durarum naturarum sub unica persona adunatione intelligi potest, cum centies alibi utriusque in Christo naturae conservationem Cyrilus adfirmaverit. Huiusmodi dictum aliud Cyrilli celebre fuit in ep. ad Succensem: *una est Dei Ierbi incarnata natura*. Attamen vocabuli huius ταυτότης causa, puto Monophysitas inter sua ex Cyrillo excerpta hoc etiam collocavisse.

(2) Admiremur adhuc in hoc egregio fragmanto studium Cyrilli adfirmandae Verbi deitatis aeternae. Tulit utique Alexandria Arium; sed hunc opposuit divina providentia ex ipsa urbe alexandrina triumphales debellatores, Petrum martyrem, Alexandrum (de quo nos postea), Athanasium, Cyrrillum.

μαθεῖν ἀπέρ μηδὲ τοῖς ἀγγέλοις ἀπεκάλυψεν ὁ πατήρ· εἰ δὲ ἡ ἀγγελος οὐκ οἶδεν, οὐδὲ ἀνθρωπος εἴσεται, καὶ εἰ κέπλωται πρὸς νιοθεσίαν.

ιε'. Κυριλλου ἐκ τοῦ σίζ τὸ κυριακὸν Ματθαῖον ὑπερηφάνατος.

ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΙΙΙΙ

*Commentario*

*L. 20. 23.*

Ἡγνοκένεται δέ φοιν· οὐκ ἡγνόντες Θέος ἀλλ᾽ εἰ καὶ αὐτὸς καὶ τοι Θεὸς ὁν λόγος γέγονε τε καὶ κερημάτικεν ἀνθρωπῷ, ὃς ἀγνοεῖ τὰ ἐσύμφρα κατά γε τὰ ιδίαν φύσιν οὐ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον, δέχεται δὲ πολλάκις οὐκ ἀποκαλύψεις Θεοῦ· οὐ μὴ τοι θαυμάσῃς εἰ τὸ οὐκ ἀγνοίας καταδέχεται μικροπρεπές (1); εἰ γάρ δεσπότης ὑπάρχων, κέκληται δούλος διὰ τὸ ἀνθρωπον, οὐ κύριος ὁν καὶ δόξης, διόζων οὐκ οὐκ ἔχων αἰτεῖ παρὰ πατρός, καὶ αὐτὸς ὁν κατὰ ἀλήθειαν οὐ λανθανεῖ καὶ πάντα ζωγονῶν, οὐ δυνάμης τὸ ανεύματος ἐγνηγέθαι λέγεται, οὐ σωαίδιος ὁν τῷ πατρὶ, οὐκ εἰς ἀρχὰς τοῦ εἶναι κεκλημένος, οὔτε καθ' ημᾶς γέγονεν ἀνθρωπῷ, ἀκουε λέγοντος αὐτοῦ, νιός με εἰ σὺ, ἔγώ σύμπερον γεγέννηκά σε, καὶ τοι τοῦ σύμπερον τὸ ἐνεστικότα καιρὸν σημαίνοντα (2), τί τὸ παράδοξον εἰ οὐ τὸ ὅπερ πρόσειται κατὰ φύσιν, τούτεσι τὸ ἀγνοῦσαι τι τὸ ὄντων, τυχὸν μετὰ τοῦ ἀλλων αὐτῆς ἴδιακάτων οἰκειωσας κατηγίσωσεν; εἰ δέ ἐφ' οὐδὲ τούτων σκανδαλιζόμεθα, λελύσθω μὲν τούτη τὸ ἔτερα· καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; οἰχήσεται λοιπὸν τὸ μὲν σωρὸς οἰκονομίας ὁ λόγῳ, οὐ καὶ ἀντεξάφθω τὸ μυστήριον δι' οὐ οὐ σεσώμεθα γεγνόντω γάρ κατ' αὐτὸν ήμεις, οὐδὲ γέγονεν καθ' ημᾶς ὁ αὐτός· ὅρθῶς τοι γαροῦν νοοῦντες, εἰδέναι γάρ φίσομεν (3) οὐδὲν καθ' οὐ καὶ νοεῖται οὐ ἔστι Θεός· οσον δὲ οἶκεν εἰς ἀνθρώπης φύσιν, οὐδὲ οὐ γέγονεν ἀνθρωπός, οὐδομυθίστη ὀυδαμῶς ὅταν λέγῃ οὐ μὴ εἰδῆναι οὐ οὐχὶ τοῖς οὐ Θεότητος ἀξιόμασι τὸ γεγένημα προσάψομεν, ἀλλὰ τῇ τῇ δούλου μορφῇ, οὐ τῇ καθ' ημᾶς απωχείᾳ· φεύγεισι τῷ Θεῷ λόγῳ τὰ ἀνθρώπινα· γέ-

se dignum ea cognoscere paret quae ne angelis quidem revelavit pater. Iam si angelus nescit, ne homo quidem sciet, etiamsi ad adoptionem vocatus sit.

15. Cyrilli ex commentario in Matthaeum.

Ignorasse ait. Atqui non ignoravit Deus. Sed et ipse, quamquam esset Deus Verbum, tamen factus est et erat homo, qui quidem ad suam naturam quod attinet et humanitatis mensuram, res futuras ignorat, sed ex Dei revelatione saepe cognoscit. Neque vero mireris, si ignorantiae humilitatem admittit. Nam si herus cum sit, propter hominem servus appellatur; et cum sit gloriae dominus, gloriam ceu non haberet a patre petit; praeterea si cum ipse vere sit vita et omnia vivificans, tamen potentia Spiritus resurrexisse dicitur: si denique cum sit patri coeterus, nihilominus quasi primo ad existendum vocaretur, quo tempore factus est homo, audis dicentem patrem, filius meus es tu, ego hodie genui te, etiamsi vocabulum hodie praesens tempus significat; cur mirum sit, si quod reapse homini naturaliter inest, nempe ut aliquam existentem rem nesciat, hanc etiam cum ceteris proprietatibus sibi sumere dignatus fuerit? Certe si in harum una scandalizemur, ceterae quoque pari modo excedunt. Quid inde porro destruetur deinceps incarnationis ratio, et mysterium quo salvi sumus evertetur. Etenim nos facti sumus ei similes, ex quo ipse nobis similis factus est. Reete igitur cogitantes, scire dicemus filium quatenus Deus esse intelligitur et est: quatenus autem ad humanam naturam accessit, seu homo factus est, haud falso loqui videbitur cum ait se nescire. Hanc vero rem haud divinitatis praerogativis accensebimus, sed serui formae, ac nostrae paupertati. Nunc Deo Verbo humana adtribuit: quod quidem non in homine aliquo, secundum non-

(1) Lege apud nos Cyrillum in commentario ad Lucam II. 2. Tum de scientia Christi adi theologos, et Petavium in primis.

(2) Confer fragmenta a nobis edita Cyrilli ex codice mediolanensi in ep. ad Hebr. p. gr. 126, lat. p. 82

nullorum stultam sententiam versatum est, sed verus idem homo extitit, dum simul et suapte natura esset Deus.

16. Cyrilli ex sexto libro commentarii in Matthaeum.

Et inest ei quidem patiendi facultas propter humanitatem; veruntamen ea passio statim sedatur ab inhabitantis Verbi vigore ac fortitudine. Animadverte enim quomodo postulatio humanitatem eius demonstret; sed deitatis firmitas illico effulgeat.

17. Cyrilli ex commentario in Matthaeum

Etiamsi enim quod tum eveniebat, haud ei usquequaque volupe erat, propter communem tamen salutem ac vitam, voluntarium sibi fecit crucis passionem. Namque apprime sciebat, quanta hinc bona forent, et quod hominis naturam renovatutrus esset, et proprio sanguine Deo patri adquisitus. Nam nisi voluntarium sibi fecisset, quamquam per se invisam, passionem, quae causa erat cur oraret dicens: pater, si possibile est, transeat a me calix iste? – Et post alia. – Observa, quomodo Servatoris voluntati adversa passio fuerit; sed quia cruciatus exantlare oportebat propter passionis utilitates, hanc sibi voluntariam nostri causa effecit. Neque enim nunc proditorem increpuit, quod scelus omnium maximum patraret, neque dixit melius ei fuisse si numquam natus fuisse; sed ne dignum quidem tunc punitio-ne censuit propriae voluntatis ministrum. Adeo illi voluntaria passio erat!

γονεῖς οὐκέτι ἀνθρώπω τινὶ, καὶ τὴν ἀδελφίαν, ἀλλ’ αὐτὸς κατ’ ἀληθείαν ἀνθρώπος, μάτιον εἶναι καὶ φύσιν Θεός.

ἰτ. Κυρίλλου ἐν τοῦ εἰς τὸν Ιησοῦ Ματθαῖον ὑπομνήματος  
σ.λ.χ.σ. σ.

Καὶ ὑπόκειται μὲν τὸ δεῖνα τὸ παθεῖν ἐν αὐτῷ διὰ τὸ ἀνθρώπινον κατεύναγέ-  
ται ἡ ψυχῆμα τῇ τὴν ἐνοικοῦντος λόγῳ  
ῥώμῃ τε καὶ εὐθενείᾳ. Θέα γὰρ ὅπως ψυχα-  
δεινέται μὲν ἐντῷ τὸ ἀνθρώπινον ἡ ψυχή-  
τησις, τὸ δὲ τὸ θεότητος ἀκαμπτὲς ἀγέλαμ-  
ψεν εὐθές.

ἰτ. Κυρίλλου ἐν τοῦ κατὰ Ματθαῖον ὑπομνήματος.

Εἴ γὰρ καὶ ἔτι μάλιστα τὸ συμβάν οὐχὶ  
πάντη τε καὶ πάντως θελητὸν ἦν αὐτῷ, ἀλλ’  
οὐδὲ τὸ πάντων ἔνεκα σωτηρίας καὶ ζωῆς,  
ἐκούσιον ἐποίησατο τὸ ἐπὶ τὸν σαυροῦ πά-  
θος. Ἡδι γὰρ ἥδι τὰ ἐντεῦθεν ἐσόμρα  
κατορθώματα, καὶ ὅτι τὸ ἀνθρώπως φύσιν  
ἀνακεννεῖ, καὶ δίματι τῷ οἰκείῳ κατακτή-  
σεται τῷ θεῷ καὶ πατέρι: εἰ δὲ μὴ ἐποίησατο  
θελητὸν, καὶ τοι ἀβούλιτον ὅν τὸ παθεῖν,  
τίς ἀν νοοῦτο λοιπὸν ἡ πρόφασις τὸ προσέ-  
χεθεὶ καὶ λέγειν αὐτὸν, πάτερ εἰ διματόν,  
παρελθέτω δῶν ἐμοῦ τὸ ποτίζειν τοῦτο; –  
Καὶ μεθ’ ἔτερα. – Θέα ἡ πᾶσι ἀνθέ-  
λιτον μὲν τῷ σωτῆρι τὸ πάθος ἐπειδὴ ἡ  
πάντη τε καὶ πάντως ὑπομεῖναι ἐχεῖν διὰ τὰ  
ἕκατην ἀγαθὰ, θελητὸν ἐποίησατο  
διὸ ήμᾶς οὐ γὰρ ἡπείλησε τῷ προδότῃ τὸ  
παντὸς ἐπέκεινα διελάσαι κακοῦ, καὶ ὅτι  
κρίττον ἦν αὐτῷ τὸ μὴ φύεσθαι τὸ ἀρχὴν,  
ἀλλ’ οὐδὲ ἄν δλως κολάσεως ἀξίον πηγή-  
σατο ποτε τὸ ιδίων θελημάτων τὸ πυρεγόν,  
εἴσερ πᾶν αὐτῷ θελητὸν τὸ παθεῖν.

Matth. XXVI, 42.  
Ex. Anastasio  
vat. p. 26.

Matth. XXVI, 50.  
Ex. Anastasio  
vat. p. 26.

Hoc loco practereundum non arbitramur, legisse nos in codice vat. 358. f. 111. b. fragmentum historicum de humana Christi domini genealogia, Cyrilli nomine tanquam auctoris insignitum, cuius etiam specimen excudendum aere curavimus. Utique Canisius in antiqu. lect. edit. Basnag. T. III. part. I. p. 36-37, et mox noster Schelstratius opp. T. I. p. 512, id ipsum prope ad litteram retulerunt ex chronico Hippolyti thebani (quem Nicephorus Callistus de hoc ipso argu-  
merito loquens hist. II. 3. perperam portuensem, ut saepe vidi in aliis codd., Romae episcopum, dixerat); nemo tamen hactenus Cyrilli esse suspicatus fuerat: quae res ceteroqui valde est veri-  
similis, teste nunc codice vaticano (etenim Hippolytus thebanus, sequioris aevi homo, abs Cyrillo  
antiquiore haurire potuit.) Certe Cyrillum vel sub initio ampli sui ad Matthaeum commentarii,  
vel ubi de Iacobo fratre Domini sermo erat, Christi humanam genealogiam exposuisse, pronum cre-

*ditu est. Ergo operaे p̄tium videtur, fragmentum hoc saltē in scholio recitare (I). (De Christi genealogia videndus etiam S. Sophronius apud eundem Canisium p. 32, nec non in ode XI. cum adn. philolog. Spicil. rom. T. IV. p. 603.)*

IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS.

Praeter illa fragmenta quae alibi impressimus commentatorum Cyrilli deperditorum in epistola ad Hebreos (vide dicta in alio tomo post ep. II. ad Cor. p. 104. 127.) praesertim ex codd. parisiaco et mediolanensi, alia nunc subteximus ex codice potissimum val. 1431, et aliis aliquot.

ιν'. Κυρίλλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ἐβραιούς  
ἐπιστολῆς.

18. Cyrilli ex interpretatione epistolae  
ad Hebreos.

Νοοῦμεν δὲ μᾶλλον καὶ ὑπαρχούσις  
ἐκατέρας ἐν τῷ σὲ ιδίᾳ φύσεως ὅρῳ πε-  
πράχθαι τὸ ἔνωσιν. Καὶ πάλιν. Εἰ γὰρ καὶ  
λέγοιτο πῶδε μακάριον ὁ μονο-  
χόντης, ἀλλ᾽ οὐκ ἀνάχυσίν τινα τὸ εἰς ἄλ-  
ληλα τὸ φύσεων πεπράχθαι φαμέν, μερού-  
σις τὸ μᾶλλον ἐκατέρας τοῦτο ὅσπερ ἔστιν,  
ηνῶσαν σαρκὶ νοοῦμεν τὸ λόγον.

ιδί. Κυρίλλου ἐκ τῶν εἰς πρὸς Ἀβραίους  
δευτέρου τόμου.

Intelligimus potius, utraque manente in propria definitione ac limite natura, unionem fuisse peractam. Et rursus. Etiam si enim dicitur hypostatice unitus Unigenitus, non tamen confusionem aliquam inter se duarum naturarum factam dicimus; sed manente potius, qualis erat, utraque natura, unitum carni Verbum intelligimus.

19. Cyrilli ex secundo tomo commentariorum  
in epistolam ad Hebraeos.

Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν  
κή τὸ γεγραμένον. \* ἀποδιτάντες γὰρ  
ἀλλήλων τὰς δύο σύντι, καὶ ἀνὰ μέρη  
ἡμῖν ἐκατέραν ἀπωφεῖ Φατέραν δικίνον-  
τες, ἐν μονοις προσώποις φασὶ θύεσθαι τὸ  
ἐκκαστόν· καὶ ὡς ἔν γε φιλῆ συμινέσαι καὶ  
ταυτοβουλίᾳ καὶ Θελημάτων ροπαῖς· κατ'  
ἕκεινο που τάχι τὸ ἐν ταῖς πράξεσι τῷ  
ἄγιον ἀποστόλων γεγραμμένον \*, τοῦ δὲ  
πλήθες τὸ πιεσμάντων ἦν οὐ καρδία καὶ οὐ  
ψυχὴ μία· ἐκάτις γὰρ τῷ πεπιεσμένότων  
κατά γε τὸ διὸ Ιολίας ἴποσάσεως λόγου διε-  
σχοινισμένα τὸ ἄλλων, ὅσον ἦκεν εἰς ταυ-  
τοβολίαν καὶ τὸ ἐνόπιτα δύνειν, ψυχὴ  
πάντων εἶναι μία λέγεται καὶ καρδία· ἀρα

Dum sapientes se dicunt, stulti facti sunt, ut ait scriptura. Etenim a se invicem naturas duas separantes, et seorsum unamquamque absque nexus ostendentes, in personis tantummodo factam unionem dicunt, quasi in simplici concordia et conspiratione, ac motibus voluntatis: eo fere modo quo in sanctorum apostolorum actibus scriptum est: multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una. Nam cum unusquisque credentium secundum propriae hypostaseos rationem a reliquis esset sciunctus, nihilominus quod ad voluntatis et fidei unitatem adtinet, una omnium anima unamque cor esse dicitur. Er-

gone isti pari ratione personarum unionem confitendum censem? Et post alia. Neque dicimus Dei Verbi naturam in humano corpore circumscriptam fuisse. Caret enim limite Deus. Deinde addit. Cernet quispiam in Christo perfectam humanitatem; pariterque perfectum ex Deo natum Verbum: nihilominus unum ex ambabus naturis confitebitur Christum ac filium, non solum personarum unionem perficiente incarnationis mysterium, verum etiam naturas ad unum subiectum arcane et ineffabiliter, adumantem, eo quem Deus scit modo. Neque ulla tenet dicimus confusionem veluti quandam evenisse in naturis, ita ut Verbi natura in illam hominis forte transierit; neque humana vicissim in Deum; sed utramque naturam intelligimus, prout eae reapse sunt, in propria definitione ac limite consistere; atque ita factam unionem dicimus, inhabitante corporaliter Verbo in templo de Virgine sumpto. Et paulo post. Si quis ergo personarum tantummodo unionem affirmat, et naturas omnino seorsum collocat, is a recta semita aberrat.

20. Cyrilli ex eadem interpretatione.

Videsis itaque in duobus quoque hirsuis unum Christum, id est Deum humanatum; et morientem quidem carnaliter pro peccato, ut proprii sanguinis aspersione totam sanctificet ecclesiam; simul tamen divinitus impassibilem.

21. Cyrilli ex interpretatione epistolae ad Hebreos.

Quod si nos perfecti per aquam et Spiritum, quid ni divinitus simul et humanitas operabatur idem existens, et tamquam in uno subiecto, Deus et homo?

22. Cyrilli ex secundo tomo interpretationis epistolae ad Hebreos.

Concurrerunt invicem ineffabiliter et inintelligibili ratione divinitas et humanitas. Et diversae quidem sine dubio naturae sunt, unus tamen ex ambabus filius.

οὐν καὶ τῷ τοῦτον καὶ αὐτὸι τῷ τρόπον, τῷ προσώπων τῷ ἔνωσιν ὄμολογεῖν ἐγνώσαι; Καὶ μήτ' ἔτερα. Καὶ οὐδέπω φαμὲν ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι τῷ Θεοῦ λόγῳ παθητικά φέσιν ἀποσορ γὰρ τὸ Θεῖον. Εἴτα ἐπάγει. "Οὐ φεταὶ τις ἐν Χριστῷ τῷ ἀνθρώπινον τελείως ἔχον, κατά γε τὸν ιδίας φύσεως λόγον· ὄμοιως τέ τέλιον τὸν θεοῦ φύντα λόγον· πλὴν ἔνα τὸν ἄμφοιν ὄμολογοντος Χριστὸν καὶ μίον, οὐ προσώπων ἐνώσαι (1) μόνον σωτιθεῖς πάντα οἰκονομίαν, συλλέγων δὲ μᾶλλον εἰς ἐν τὰς φύσεις ἀπορθῆτας γε καὶ ὑπὲρ λόγον, ὡς αὐτὸς ἐγνω ὁ Θεός (2). Καὶ οὐδέπω φαμὲν ἀνάγκην ὥστε τινα συμβῖναι περὶ τὰς φύσεις, ὡς μετανήναι μὲν τῷ λόγῳ φύσιν εἰς πάντα τῷ ἀνθρώπινον τυχόν· ἀλλ' οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ εἰς τὸν θεοῦ νοερόντος δὲ μᾶλλον καὶ ὑπαρχόντος ἐκατέρας ἐν τῷ τῆς ιδίας φύσεως ὅρῳ, πεπέράχθαι φαμὲν τὸν ἔνωσιν, εἰνοικίσαντο τῷ λόγῳ σωματικῶς τῷ όπερι παρθένοντα. Καὶ μετ' ὅλιγα. Εἴ τις οὖν ἀρά λέγει μόνον προσώπων τὸν ἔνωσιν, ἀποδιδοὺς ὅλοτρόπως ἀλλήλων τὰς φύσεις, ἔξω τὸν εὐθέας φέρεται τρίβε.

κ'. Κυρίλλου ἐκ τῆς αὐτῆς ἐρμηνείας.

"Ορα τοίνυν καὶ τὸν διπλὸν τοῖς χιμάροις τὸν ἔνα Χριστὸν, τούτεσι θεὸν ἐνανθρωπότα, καὶ ἀποθνήσκοντα μὲν σαρκικῶς ὑπὲρ ἀμαρτίας, ἵνα τῷ βαντισμῷ τῷ ιδίᾳ αἵματος ὅλην αἷμάσην τὸ σκηλίσιαν, μερδηρότα τῷ πάλιν ἀπαθῆ θεῖνδος.

κα'. Κυρίλλου ἐκ τῆς ἐρμηνείας τῆς πρὸς Ἐβραιούς ἐπιστολῆς.

Εἰ δὲ τετέλειωκεν ἡμᾶς διὸ θύσιος τὸ πνεύματος, πῶς οὐκ ἐνήρξει θείκως τε ἀμά καὶ ἀνθρωπίνως ὁ αὐτὸς ὑπάρχων, καὶ ὡς ἐν τῷ Θεῷ τε δύον καὶ ἀνθρωπος;

κβ'. Κυρίλλου ἐκ τῆς ἐρμηνείας τῆς πρὸς Ἐβραιούς, δευτέρου τομοῦ.

Συνέβιταν δὲ ἀλλήλαις ἀπέρρητως τέ καὶ ὑπὲρ νοῦν θεότης καὶ ἀνθρωπότης· καὶ διάφοροι μὲν αἱ φύσεις ὄμολοι βεβίωνται, πλὴν εἰς τε τὸ μόνον ἔξι ἀμφοῖν νιός.

(1) Personarum unionem dicit, quam alijs patres dicunt personam compositam.

(2) Confer quae diximus de hac Cyrilli locutione p. 416. adn. 2.

καὶ. Κυρίλλου ἐκ τοῦ πεπονιζόματος τῆς πρὸς Ἐβραιοὺς ἐπιστολῆς.

*Ex Anastasio  
vul. p. 18, et ceteris.  
vul. A. f. 16. b.*

Εἰ γάρ καὶ νοοῦντο διάφοροι καὶ ἀλλήλαις ἄντοι τῷ εἰς ἑνότητα σωδειλρα-  
μικότων αἱ φύσεις, σαρκὸς δὴ λέγω καὶ  
Θεοῦ, ἀλλ’ οὖν εἰς τε καὶ μόνος ἐξ ἀμ-  
φοῖν νιὸς ἀληθῶς ἔχοντο οἵμιν ἀραρό-  
τως τοῦ καὶ ἐμψυχῶθεν ψυχῆς λογικῆς ἢ  
ἐνωθέντα τῷ λόγῳ ναόν. — Καὶ οὐ διχι-  
ρετέον (ἢ) ἔνα κύειον Ἰησοῦν Χειστὸν εἰς  
ἀνθρώπων ιδίκον, καὶ εἰς Θεὸν ιδίκων·  
ἄλλ’ ἔνα καὶ (ἢ) αὐτὸν εἶναι φαμέν· Ἰη-  
σοῦν Χριστὸν, τῷ τῇ φύσεων εἰδότες δι-  
φορὰν, καὶ ἀσυγχύτες ἀλλήλαις διεπιφρούν-  
τες αὐτάς.

S. Cyrilli ex prophonetico ad Alexandrinos, quatuor iam nos fragmenta posuimus in tomo illo p. 287. quo Cyrilli eiusdem commentarios ad psalterium edidimus. Nunc aliud egregium damus ex nostro tomo VII. p. 7. et p. 132. ab Anastasio et Leontio conservatum.

κεὶ. Τοῦ ἀρίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ πρὸς Ἀλεξανδρεῖς  
προσφωνητικοῦ λόγου περὶ πίστεως.

Ἐγὼ τὸ συγκεκραμένον οὐ καταδέ-  
χομαι· ἀλλότριον γάρ οὐτε δὲ ἀποσολικῆς  
πίστεως καὶ δὲ τῷ Θεῷ ὅρθως ὁρθόδοξεως·  
ηγάρηται ηγάρητος ἔνωσις παρὰ τῷ ὅρ-  
θως φρονούντων ὁμολογημένη ἀμφοτέρας  
σόλης ἀσυγχύτες τὰς φύσεις, καὶ ἔνα ἀπο-  
τελεῖ ηγάρητος ὁρθόντα Χριστὸν, θεόν  
τε ὄμοιον καὶ ἀνθρώπων θεούμνον τῷ αὐτὸν,  
καὶ οὐ δύο Χριστοὺς, ἔνα τὴν μόνον ἑνωθέντα  
καὶ οὐ κεκραμένον· εἰ γὰρ οὐκέρανται αἱ  
δύο φύσεις εἰς μίχην μίαν ἐτερούσιοι τυγ-  
χάνεται, οὐδὲ ὀποτέρᾳ σόληται, ἀλλ’ ἀμ-  
φότεραι συγχυθεῖσαι οὐφανίσθησαν· καὶ οὐτε  
χωρισμὸν ἀτὰ ἀλλήλων ηγέρεσιν ἐπιδέ-  
χονται κεκραμένεις διηρέθησαν εἰς τῷ  
καιρῷ τῷ θανάτῳ ηγέρησθησαν· καὶ ψυχῆς  
ἀπὸ σώματος εἰς ἄδειαν μὴ δὲ θεότητος κατ-  
ελθοῦσα, καὶ σῶμα ἀπὸ ψυχῆς ἐν μνήματι  
καιγόν ἀποτεθὲν καὶ τὰς ἀψύδεις τὸν Χει-  
σοῦν φωνάς τὰς λεγούσας, λύσατε τὸν ναόν· \*

τοῦτον καὶ ἐν ξιστὶν ήμέραις ἐγερόντων αὐτὸν· \*

καὶ λύσαται μὲν ὁ ναός ἐν τῷ καιρῷ οὐ ξιμέ-  
ρη ταφῆς, θυλούντων αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἀνέ-  
σισεν αὐτὸν, καὶ ἡνάθη αὐτῷ ἀρρήτῳ καὶ  
ἀφράσῳ λόγῳ, οὐ κεκραμένος ἐν αὐτῷ,

23. Cyrilli ex commentario in epistolam  
ad Hebreos.

Quamquam enim intelliguntur diversae  
et invicem inaequales eae quea ad unita-  
tem concurrerunt naturae, carnis inquam  
atque Dei, attamen unus solusque ex am-  
babus naturis vere filius est, habens con-  
guenter aequa ac nos informatum anima  
rationali illud quod Verbo unitum tem-  
plum est. — Neque dividendus est unus  
dominus Iesus Christus in hominem seor-  
sum, itemque dicimus Iesum Christum, na-  
turarum differentiam probe scientes, quas  
invicem inconfusas servamus.

24. Sancti Cyrilli ex sermone prophonetico  
ad Alexandrinos de fide.

Ego concretam substantiam non admitto; discedit enim sententia haec ab apo-  
stolica fide et recta Dei traditione. Etenim  
concreto destructionem naturarum efficit.  
Verum ineffabilis unio inconfusas servat  
naturas, unumque constituit ex ambabus  
visibilem Christum, Deum simul eundem  
et hominem; non duos inquam Christos sed  
unum, unitum non concretum. Nam si  
duae coagulentur naturae in unam per-  
mixtionem, quam diversae substantiae sint,  
neutra manet incolmis, sed ambae con-  
fusae pereunt. Neque tamen separationem  
patientur aut divisionem postquam copula-  
tata fuerunt. Utique (humanae duae sub-  
stantiae) mortis tempore separatae disces-  
serunt: namque anima a corpore ad inferos  
cum deitate descendit; corpus ab anima  
separatum in monumento novo depo-  
situm fuit, secundum veridica Christi ver-  
ba dicentis: « solvite templum hoc, et in  
tribus diebus excitabo illud. » Solutum ergo  
templum fuit triduane sepulturae tem-  
pore, volente ipso; rursusque illud exci-  
tavit, eidemque unita fuit ineffabili arca-  
noque modo deitas, haud cum eo concre-

ta, neque caro effecta, sed conservatis in Christo diversarum naturarum inconfusis proprietatibus. Non enim, ut dixi, concretae naturae sunt. Idem mox sancti Athanasii testimonium profert hoc. Duabus diversis naturis in uno Christo filio Dei conservatis, neque confusis aut pereuntibus aut divisis. — Et aliis interiectis. — Similis nobis factus per omnia, excepto peccato; haud conversa natura divina, neque in humanam naturam concreta, sed huic unita, sine conversione, sine concretione, sine mixtura, sine confusione, sine alteratione, sine commutatione, sine destructione, sine in carnem transformatione, sed per unionem tantummodo arcanam et ineffabilem.

25. Cyrilli ex epistola ad Iustum (corr. Xystum)  
Rome episcopum.

Ego numquam coarguar alienum aliquid a veritate sensisse, neque passibilem umquam dixi divinam naturam. Et paulo post. Scio autem impassibilem esse Dei naturam, inconvertibilem, immutabilem, etiamsi in humanitatis natura coexistat, unusque sit in ambabus et ex ambabus Christus.

26. Cyrilli referentis sententiam Iuli  
Rome episcopi.

Qui autem et proprietates agnoverit, et unionem servaverit, neque naturas negabit, neque coniunctionem ignorabit.

27. Cyrilli recitantis sententiam Ambrosii.

Deitatis et carnis differentiam serve-  
mus. In utraque loquitur Dei filius; ultra-  
que enim natura ipsi inest.

28. Cyrilli, ex libro sententiarum.

Et alii quidem unam naturam docent, ita ut sumptam ex nobis a Deo Verbo perfectam nostrae salutis causa humanitatem perimant. Alii autem duas hypostases, id est naturas, cum divisione ac separatione tradunt, non autem secundum unionem substantialem, ut patribus sanctis videtur. Utrique igitur a veritate discedunt.

(1) Hic liber continens *χρήσεις*, id est sententias seu testimonia et auctoritates, ex Cyrilli aliorumque, ut puto, operibus excerptas citatur ab Anastasio vatic. p. 36.

ἢ ἀποστερακωμένῳ, ἀλλ' ἀποσθόων ἐν ἔστω τῷ φύσεων τῷ ἑτερούσιων ἀσυγχύτες τὰς ἴδιότητας· οὐ γάρ δῆτε ἐκράθησαν αἱ φύσεις. Εἴτα ἐπάγεται μαστυρίαν τῷ ἐν ἀγίοις Ἀθανασίᾳ αὐτὸς τὸν δέ· “δέο φύσεων τῷ ἑτερούσιων ἐν ἐνὶ Χριστῷ τῷ νιῷ τῷ Θεῷ σωζομένων, καὶ μάτε συγχεομένων, μάτε ἀπολαμψένων ἡ διάφορες θεοῖς·”· — Καὶ μὴ ἔτερα. — Όμοιώθη γὰρ ἡμῖν καὶ πάντα, χωρὶς ἀμέτίας· οὐ δὲ Θείκης φύσεως βασιλίσκης, ἢ συγκρατείσης τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ἐνθείσης ἡ αὐτῇ οὐ καὶ ἔστην, οὐ καὶ κράσιν, οὐ καὶ μίξιν, οὐ καὶ σύγχυσιν, οὐ καὶ ἀλλοίωσιν, οὐ καὶ μεταβολὴν, η καὶ ἀφανισμὸν, η ἀποσάρκωσιν, ἀλλὰ καθ' ἔνωσιν ἀρρέπον καὶ ἀνέφρασον.

καὶ. Κυριλλου ἐκ τῆς πρὸς Ιούστον (corrigere Ξύστον)  
ἐπίσκοπον Ρώμης ἐπιστολῆς.

*Ex Leontio vat. p. 132.*

Ἐγὼ γὰρ οὔτε ἐλέγχομαι πεφρονικῶς ἐπέρω τι πώσωτε παρὰ τὸ δοκοῦν τῇ ἀληθείᾳ, οὔτε παθητὴν εἰρκα ποτὲ τῇ Θείᾳ τῷ λόγου φύσιν. Καὶ μὴ βραχὺ. Οἶδα δὲ τὴν ἀπαθῆ πᾶν τῷ Θεῷ φύσιν καὶ ἀγενεῖτον καὶ ἀναλοιώτον, καὶ τῇ τῆς ἀνθρωπότητος φύσιν, καὶ ἔνα ἐν ἀμφοῖν καὶ ὅτι ἀμφοῖν  
Ὦ Χριστόν.

καὶ. Κυριλλου παραγγῆ χρήσεως Ιούλιου  
ἐπίσκοπου Ρώμης.

*Ex Leontio vat. p. 131.*

Οὐ δέ καὶ ἴδια γινέσκων, καὶ τὸ ἔνωσιν φυλάττων, οὔτε τὰς φύσεις Φεύσεται, οὔτε τὸ ἔνωσιν ἀγνοήσῃ.

καὶ. Κυριλλου παραγγῆ χρήσεως ἀμβροσίου.

Φυλάξαριν δὲ διέφοράν τὸ Θεότητος καὶ τὸ σαρκός· ἐν ἐκατέρᾳ λαλεῖ ὁ τῷ Θεῷ νιός. ἐκατέρᾳ γὰρ φύσις ἐν αὐτῷ ζει.

καὶ. Κυριλλου ἐκ τῆς βίβλου τῶν χρήσεων (1).

*Ex Leontio vat. p. 132.*

Καὶ οἱ μὲν μίαν φύσιν πρὸς ἀνάρετον τὸν προσληφθείσης δέ τοι μήδε ὑπὸ τῷ Θεῷ λόγῳ τελείας ἀνθρωπότητος ἐπὶ σωτηρίᾳ τῷ δλων ἐκδιδάσκωσιν· οἱ δὲ δέοντος αἵρεσις, ἵγεν φύσεις καὶ διάφορον καὶ χωριστὸν ἐκπαιδεύσιν, ἀλλ' οὐ καθ' ἔνωσιν τὸν κατ' οὐσίαν, ὡς τοῖς ἀγίοις δοκεῖ παρέσται· ὡς ἐκατέραις αὐτῶν τὸν ἀληθείας διμαρτάνων.

*Cyrilli fragmentis adversus Diodorum, quae ex codd. syr. retro edidimus p. 451-455,  
addendum est graecum ex libris nostris, Script. vet. T. VII. p. 87.*

κέ. Τοῦ μακαρίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας  
ἐπ τοῦ κατά Διοδόρου.

Ἄλλος, ὁ σοφὲς, φαινότας ἀν, ψυχὴ μὲν  
ἡ σῶμα πρὸς ἀνθρώπων γένεσιν, καὶ οὐκ ἀν  
προσάισχε θατέρων θάτερον.

*Cyrilli adversus Iulianum imp. decem extant libri; verum tamen non nisi primum e tribus Iuliani libris adversus fidem christianam, in praedictis decem a Cyrillo fuisse refutatum, iamdiu observarunt viri docti v. gr. Tillemontius, Dupinius, Cellerius. Spanhemio quoque in praef. non videtur Cyrillus operi suo colophonem imposuisse. Quid quod apud autores ecclesiasticos, et in ipsis a Cyrillo citatis fragmentis, quaedam extant Iuliani, quae quam omnino refutatione egerint, etiam in superstitione decem Cyrrili libris non sit? Supererat igitur ut crederemus vel Cyrrillum opus suum non absolvisse, vel partem eius esse desperdilam. Sed reapse Ioh. damascenus in parallelis citat Cyrrili in Iulianum libros XII. XV. XVI. XVII. XVIII. Apud nos autem in Leontii ac Iohannis rerum sacrarum libro, quem iamdiu edidimus, citantur ex Cyrrili opere fragmenta ab XI. usque ad librum XIX. Ergo totidem saltem fuerunt huius operis libri: mirumque est quod ex denis prioribus semel, ex posterioribus vero vicies et ultra citant hi duo sacrarum rerum scriptores. Has ergo licet exiguae reliquorum Cyrrili librorum, quos desideramus, copiolas non sine interpretatione latina heic exponemus. Nec mirum, si nihil fere sint nisi apophthegmata seu sententiae; id enim accidit ex instituto Leontii et Iohannis eclogiorum, qui sui operis gnomici titulos ex idoneis auctoritatibus contexebant.*

κέ. Τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἐπ τοῦ ια' λόγου  
τῶν κατά Ιουλιανοῦ.

Ἄληθες εἰπεῖν ὡς ὁ κατοιόμεθα η  
καταφρονητὴς ἀνήρ ἀλαζὼν, οὐδὲν μὴ πέ-  
ραν ἢ καὶ τὸ προφῆτα φωνήν οἴπσις γὰρ  
προκοπῆς ἐκκοπῆς ἢ τὸ κοινὸν καὶ τὸ σό-  
ματι τὸ πολλῶν ὄντα λόγον.

λα'. Έπ τοῦ αὐτοῦ.

Οἴπσις προκοπῆς ἐκκοπῆς· τὸ μὲν γὰρ  
όμολογοῦντα τὸ ἄγνοιαν, ἥπον ἀν τις ἐπι-  
σῆσεν τοῖς οὕτω δραγγωσμένοις· τῷ γε  
μὲν ἐν δοκίσι τὸ εἰδέναι καὶ ἀσφόρον τε τὸ  
ἀμαθῆ πάντι τέ καὶ πάντως ἀστοτελεῖ τὸ  
εἰδέναι δοκεῖν· οὐ γάρ τοι προσίσται οὐτ-  
τὸ διδασκόντων λόγυς. P. 104.

λβ. Έπ τοῦ ιβ' τῶν κατά Ιουλιανοῦ.

Οὐχ ἀταλῶς ὁ ἀγώνοθέτης τοῖς ἐθέ-  
λεσι τὸ ἀθλητῶν τὰς ὑξαιρέτες χαρίζεται  
τιμὰς, ἀναλόγως ἡ μᾶλλον τὸ ἀθλούν-  
των εὐδοκιμίσεις δραγμέμενή τα γέρα. P. 102.

λγ. Έπ τοῦ αὐτοῦ.

Τὸ νίμεων ἵσα τοῖς ἀνίσοις, δι μεγίστης  
ἔστιν ἀδικίας. P. 102.

29. Beati Cyrilli Alexandriae ex opere contra  
Diodorū.

Sed, o sapiens, inquam ego, anima  
quidem et corpus ad hominis originem per-  
tinent, neque alterutrum preceedit.

20. Beati Cyrrili ex libro XI. adversus  
Iulianum.

Vere dicitur homo praesumptiosus con-  
temptor et iactabundus nihil efficere, ultra  
prophetae oraculum. Nam praesumptio  
profectum amputat, iuxta vulgare et in ore  
multorum frequens effatum.

32. Ex eodem libro.

Praesumptio profectum amputat. Et  
enim eum qui ignorantiam fatetur, facile  
aliquis ad ignoratarum rerum notitiam  
perducet. At illum, qui scire se putat, in-  
sipientem atque indoctum sua ipsa praesum-  
ptio omnino facit. Neque enim docen-  
tium se verba patitur.

32. Ex duodecimo adversus Iulianum.

Haud temere agonotheta praestantia  
munera athletarum voluntati largitur; sed  
prout quisque certando excelluerit, ita  
praemia distribuit.

33. Ex eodem.

Paria imparibus tribuere, summa in-  
iustitia est.

34. Ex duodecimo adversus Julianum.

Optimum sapiensque consilium milii videtur, rei bene gerendae occasionem non omittere.

35. Ex duodecimo adversus Julianum.

Neminem sponte velle vitiosa oratione nti, cuique patet. Quippe plebeium sordidumque est.

36. Ex libro XIV. adversus Julianum.

Est in hominis cuiusque arbitrio bona cum fama puraque vivere.

37. Ex iisdem.

Volens lubensque unusquisque homo ad id quod sibi videtur tendere potest: quia sic universalis creatori placuit; ut qui bene agere voluerint, laudem necessario referant; qui autem diversa via iverint, iustum convicium ab omnibus audiant.

38. Ex XIV. adversus Julianum.

Vitae huius, et negotiorum eiusdem, amaram confusionem et colluviem scite animadvertisens melodus aiebat: hoc mare magnum et spatiostum.

39. Ex XIV. adversus Julianum.

Tenebricosi quodammodo neque omnibus manifesti fuent, qui ad sum salutem tuendam callide incumbunt.

40. Ex XV. adversus Julianum.

Propria voluntate regitur hominis mens, et ad quodvis opus sponte sua progrediatur. Sic enim visum recte est optimo omnium conditori Deo: atque ideo, quamquam quilibet ex nobis sanctum Spiritum inhabitantem habeat per sanctum baptismum, minime tamen fraudatur quominus possit iuxta propriam sententiam vivere: sed laxatis quodammodo habenis ad bonum vel ei contrarium decurrit.

(1) Hoc diei videtur de Juliani conviciis adversus Christianos.

(2) Vides quomodo vulgatus pro εὐρύχωρος legerit εὐρύχεισος, ideoque transtulerit spatiostum manibus. Sed tamen vocabulum *manibus* apud patres veteres deest. Hieronymus, ut iam observavit Sabaterius, additum dicit ex hebreo et Theodotione in LXX. sub asterisco. Ceteroqui in vaticano quoque τῶν LXX. codice legitur εὐρύχωρος.

(3) Confer lib. III. in Julianum ed. Spanhemii p. 78. E.

(4) Hoc fortasse dicitur proper morum intemperantiam baptizatis Christianis obiectam a Juliano, ut sit lib. VII. p. 245.

λέ. Ἐκ τοῦ ιβ' τῶν κατὰ Ἰουδαιοῦ.

"Αριστον ἡ συφὸν εἶναι μοι δοκεῖ τοῦ καὶ ποῦ τῷ προσπόντος μὴ ἀφαναρτάγειν πράγμασιν. P. 103.

λέ. Ἐκ τοῦ ιβ' τῶν κατὰ Ἰουδαιοῦ.

Τὸ μὲν κακὸς ἀγορεύειν οὐκ ἀνέλοιτό τις, εὐδηλον οἴμαι παντί δημιώθεις ὅμως τοῦτο ἡ ἀγοραῖον (1). P. 108.

λέ. Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουδαιοῦ οὐ λόγου.

"Ἐνεστιν ἀνθεξώπῳ παντὶ τὸ εὐδοκιμεῖν δύναματι ἡ ἀμβιώναι λαμπρῶς. P. 109.

λέ. Ἐκ τῶν αὐτῶν.

Αὐτόκελπός ἐστιν ἡ ἔκοντὶ ἵων πρὸς πᾶν ὅτιεν τῷ αὐτῷ δοκούντων ὁ ἀνθεπος· δόξαν οὕτως εὖ ἔχειν τῷ πάντων δημιεγχῷ, ἵνα ἡ τὸ ἀγαθηρεύειν ἥσημένοις τὸ ἐπαινεῖσθαι δεῖν, καὶ τοῖς τῷ ἔτεραν ιοῦσιν ζίζον, τῷ κατεσκάφθαι δικαίως πρὸς ἄπαντων ἀκολυθῇ. P. 94.

λέ. Ἐκ τοῦ ιβ' λόγου τῶν κατὰ Ἰουδαιοῦ.

Τὸν τε δέ τῷ βίᾳ ἀναφυγμὸν ἡ τὸν αὐτῷ τῷ πραμάτων πικρὰν ἀνάχυσιν κατασπουργῶν ἀσίστος ὁ μελωδὸς \*, αὐτῷ ἡ θάλασσα, ἔφη, ἡ μεγάλη ἡ εὐρύχωρος (2). P. 98.

\* Ps. CII. 25.

λέ. Ἐκ τοῦ ιβ' τῶν κατὰ Ἰουδαιοῦ.

Σκοτεινοὶ πῶς καὶ οὐχ ἀπαστιν ἐγαρεῖσι δριμεῖς εἰς σωτηρίαν. P. 102.

μέ. Ἐκ τοῦ ιε' τῶν κατὰ Ἰουδαιοῦ.

"Ιδοίσι Θελήμασι διοικεῖται ὁ ἀνθερώπινος νόος, καὶ πρὸς πᾶν ὄτιον τῷ πρακτέων θελοντὶ γέται δόξαν ἔχειν ὅφθεδος ἡ τοῦτο τῷ πάντων ἀριστερή θεῶ (3). Ὅσε κανὸν εἴ τις γένοιτο τῷ καθ' ἡμᾶς ἐν μεθέξῃ τῷ ἀγίᾳ πνεύματος ἐνοικισθέντος αὐτῷ διὰ τῷ ἀγίᾳ βαπτισμάτος, οὐ παρεῖται διὰ τοῦτο τῷ καὶ γνώμην οἰκεῖαν, καὶ ὡς ἀν αὐτῷ δοκῆ, διεβιαν (4). ἐλασθέραις ἡ ὄντες ἱνάσις πρός τε τὸ ἀγαθὸν διεγένεσκεν, καὶ τὸ ἐκατέτον. P. 94.

μά. Ἐκ τοῦ ι<sup>τ</sup> τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

<sup>11.</sup> Εἰς πῶς ἀεὶ τὸ δργβάλλειν ἴππηλα-  
τον, καὶ τὸ ἀκρατές εἰς λόγυς ἔνεις τωλ-  
λοῖς (1). δεῖ ἡ ὁρεαῖς ἢ καταρρήσειν αἷς  
ἄν τωιοτό τις καθ' ὅτιον, τὰς μείζης  
ἀκολουθεῖν· εἰ δὲ ἀσθενεῖ πρὸς τοῦτο ὁ  
κατηγορεῖν ἥρημένθ<sup>ω</sup>, ἢ τὰ συκοφαντεῖν  
δέξαν ἀπόστεται (2). P. 100.

μβ. Ἐκ τοῦ ι<sup>τ</sup> λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Τὸ εὐηματέν (3) μερακιᾶδες ἐσὶ μό-  
ροι, καὶ ἐν μόρῃ δοκῆσι τὸ ἄνδυ ἔχει, καὶ  
ἔστι ὁ φθαλμοὺς δργωδίζει. P. 103.

μγ. Ἐκ τοῦ ι<sup>τ</sup> λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Τοῖς ἄργιτα γενιονέν ἥθισμένοις, ἔποι-  
το ἀν εἰκότως τὸ ἐπαίνειδείδειν (4). P. 99.

μδ. Ἐκ τοῦ ι<sup>τ</sup> λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Οτι ἡ ἡ ἀναλόβως τοῖς ἑκάτευς κατορ-  
θύμασιν ἢ ἡ ἀμοιβῆς ἀνέκτησις ἰσπα-  
λεῖς τοῖς ἰδρώσιν αἱ ἀμοιβαὶ τοῖς ἀνδρα-  
γαθεῖν ἥρημένοις ἐκνεεθήσονται ῥαρὰ  
θεοῦ· ἀληροφορίσιν γάρ καὶ αὐτὸς ὁ σω-  
τὴρ, ἢ ἡ ταλάντων δργωμῆνος οὐν ἐν  
μέρεω γνησέματα λέγων· καθισάς ἡ ἡ εὐδο-  
κιμικότων, ἢ μὲν ἐστὶ δέκα πόλεων, ἢ ἡ  
ἐπὶ πέντε ταλαντέυεται γάρ ὡσπερ ὁ ἑκά-  
τευς βίος, καὶ ἵστοσαπτέσι πεντατεύεται  
θηπαικείας ἡ ἀνέκτησις. P. 101.

με. Ἐκ τοῦ ι<sup>τ</sup> λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Ο τοῖς ἀνθρώποις ἀρέσκων, ὅστις παρ'  
αὐτῶν ἐπαίνεις ἔχοιεν ἀν εἰκότως εἰς ἀντι-  
μισθίας δύναμιν· λήψεται γε μὴν ἢ παρὰ  
θεοῦ τὸ σύμπαν οὐδέποτε εὐαιδήσιας γάρ, ἢ  
ἐπὶ γῆς φημι, τὸ ἀγαθὸν, οὐκ αὐτὸν ἐπό-  
πτην ἐωσίσει μᾶλλον, ἀλλὰ τῷ ὅργοντων  
ὅστις ὁ φθαλμούς (5). P. 103. et 107.

μφ. Ἐκ τοῦ ι<sup>τ</sup> λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Πᾶν αἰσχρὸν καὶ ἀκαλλές καὶ τοῖς  
εὗ βιοῦν ἥρημένοις ἀνάρμοστον τὸ ὑβρί-

41. Ex XV. adversus Julianum.

Facilis omni tempore obtrectatio est, multisque inest intemperantia linguae. Atqui oportet, ut censeo, obtrectationum, quas quisque de re qualibet fecerit, demonstrationes consequenter exhibere. Cui rei si quis obtrectator imparatus fuerit, cuncti nomen sibi comparabit.

42. Ex XV. libro adversus Julianum.

Splendidae vestis studium, nonnisi puerile est solaque opinione iucundum, atque oculis fucum facit.

43. Ex XVI. adversus Julianum.

Optimos terrae cultores debita laus subsequitur.

44. Ex XVI. libro adversus Julianum.

Congrua bonis cuiusque operibus remuneratio tribuitur. Paria sudoribus reddentur a Deo praemia hominibus qui praeclarare vivere decreverint. Rei huius testis Servator, talentorum distributionem haud pari pondere factam narrans: itemque eos, qui bene rem gesserant, praeificiens alium quidem decem civitatibus, alium quinque. Praemium quippe moribus cuiusque accommodatur, semperque remuneratio pari ac meritum gradu procedet.

45. Ex XVI. libro adversus Julianum.

Qui ob hominum gratiam captandam agit, laudes mercedis loco, ut par est, consequetur; a Deo tamen nihil accipiet. Mundanae enim virtutis decus non tam Deum inspectorem invitat, quam cernen-  
tium oculos.

46. Ex XVI. libro adversus Julianum.

Turpe omnino et deformē, et bene vi-  
vere volentibus incongruum est, convician-

(1) Confer similia lib. V. sub initio. Ammianus quoque lib. XXV. 4. de Juliano: *linguae fusioris et admodum raro silentis.*

(2) Hoc et alia contra calumnias Juliani.

(3) Vocabulo εὐηματεῖν (seu εὐματεῖν) utitur Cyrillus etiam in glaphyris ad levit. opp. T. I. part. 2. p. 317.

(4) Pars posterior huius locutionis est etiam in libro V. p. 154. E. Omnia Cyrilli stili usque sibi constat.

(5) Ammianus loc. cit. de eodem Juliano: *vulgī plausibus laetus, laudum etiam ex minimis rebus intemperans appetitor.*

di institutum; nemoque ita se gerere vollet, qui quidem honestatis pietatisque studiosus sit.

47. Ex XVIII. libro adversus Julianum.

Unusquisque in terris propriae voluntatis liberas habenas sortitus est, spontaneusque ad hoc vel illud se confert, ad virtutem scilicet vel ad vitium.

48. Ex XVIII. libro adversus Julianum.

Sunt quidam, immo in hac vita plurimi, qui sententiam suam plane rectam esse credentes, inconsiderate ei adhaerent, seque omnino sapientia et indubitate loqui existimant. Verumtamen tamdiu sapientis acutaeque mentis gloriam usurpabunt, donec ipsis aliter sentientium sermo occurret, validiore argumentorum vi contradicens.

49. Ex XVIII. libro adversus Julianum.

In eo quod dicitur « nihil nimis » bona rei conditio est: excessus autem reprehensione non caret.

50. Ex XVIII. libro adversus Julianum.

Ils qui nec piam nec laudabilem vitam gerunt, gravem videri par est alienam boane vitae virtutisque famam. Nam suae ignaviae accusationem putant esse aliorum opes: itaque aliena gloria commoti, invidia flammam concipiunt. Atqui potius oporteret quod melius est, aemulanter eligere: et omnes honestatis studiosos certatim splendidis operibus imitari; non autem reprehensionis materiam facere quidquid ipsis efficere nequeunt.

51. Ex XIX. libro adversus Julianum.

Ethnici auctores facundia et splendore dictionis valde excellunt: sed tamen illis nihil utile inest. Namque eum, qui suapte natura Deus est atque creator, non agnoverunt, et deos innumeros in mundum invexerunt.

(1) Dici hoc videtur de argumentis contrariis Juliani ac Cyrilli. Porro Cyrus, praeter commune episcopis tuenda religionis studium, peculiarem habuit causam scribendi contra opus Juliani, qui etiam impudentissima epistola (inter editas 51.) connisus erat Alexandrinos abducere a christianismo.

(2) Ipse Julianus dicitur a Cyrillo libri sexti initio: εὐφυές μὲν ἔχων τὰ γλώτταν, οὐκ ἀδιάνυστον εἰ τὸ καλλιεπίς: *diserta lingua et admirabili dicendi venustate praeditus.*

(3) Confer lib. VII. ed. Spanhemii p. 232. B.

Ζειν ἐστὶ, καὶ οὐκ ἄγ τις εἴη τοιοῦτο  
τῷ ἐν ἑφέσαι σεμνότητῷ καὶ σῆσικειας.  
P. 108.

μζ. 'Ἐκ τοῦ ἡπ' Βιβλίου τῶν κατὰ Ἰουλιανόν.

<sup>a</sup>Ἐκαστος τὸ ἐπὶ δὲ γῆς τὸ ἁυτοῦ Θελημάτων δέλαχεν τὰς ἱνίας, η ἐθελοντὴς ἢ τὸ ἄν ἡ ἐστὶ τὸ ἄν ιεται, τούτεστιν ἡ ἐπὶ ἀρετὴν, ἡ πρός γε τὰ χείρω. P. 94.

μη. 'Ἐκ τοῦ ἡπ' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανοῦ.

Εἰσὶ τινες, πλεῖστοι δὲ σύτοι καὶ τὸ βίον,  
οἱ τὸ σφίσιν αὐτοῖς εὗ ἔχειν ὑπελημένοι  
ἀβασινίστως κρατύνουσιν· οἵονται δὲ ὅτι  
πάντι τε η πάντως σοφὰ λαλεῖσθαι ἡ ἀναμφίβλητα· πλὴν μέρῃ τοσούτῳ τὸ δοκεῖν  
εἶναι σοφοὶ η ἀγχίνοοι κλέωτεστοι δόξαν,  
ἄλλοις ἀν αὐτοῖς ὁ πρὸς τὸ ἐτερογνωμονύτων ὑπάρχησι λόγος, γοργοτέροις ἐλέγχοις  
ἀντανισάμφρος (1). P. 105.

μζ. 'Ἐκ τοῦ ἡπ' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανόν.

<sup>b</sup>Ἐν τῷ μηδὲν ἀγαν, εἶναι τὸ εὗ ἔχον·  
ἐν δὲ τῷ φειτῷ, τὰς διαβολάς. P. 105.

ν. 'Ἐκ τοῦ ἡπ' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανόν.

Τοῖς οὖν ἔχεσι βίον τὸ ἐπιεικῆ καὶ τε-  
θαυμασμένον, φορτικὸν ὡς ἔοικε τὸ εὔδο-  
κιμεῖν ἐτέρους εὐζωΐα καὶ ἀρετῆς ἔχειν  
γὰρ τὸ ἁυτῶν φαντότητος ποιοῦνται κρή-  
ματα, η τὸ ἐτέρων εὐκλείας ἐπιπρεθισμέ-  
νοι, πὼ τῆς βασκανίας ἀδύνουσι φλόγα·  
καὶ τοι μᾶλλον ἔχειν ζηλοῦντας ἐλέθη  
τὸ ἄμεινον. η πάντας ἴοντας καλὸν ἀμιλ-  
λᾶθεμ φιλεῖν τοὺς ὅδε λαμπροῖς· οὐ φιλο-  
φούσιας ποιησάεις ἀρρώστων, ἀ κατορθοῦν  
οὐ δεδύνται. P. 108.

να. 'Ἐκ τοῦ ἡπ' λόγου τῶν κατὰ Ἰουλιανόν.

Πολὺ λίαν παρὰ τοῖς ἔξω κεῖται τὸ  
δὲ εὐστορίας γένησα, η τὸ λαμπρὸν τῆς  
λεξεως (2). ἐν δὲ ὅμως τὸ ὄντος πόρων σύ-  
δεν· τὸ γάρ φύσει Θεὸν η δημιεργὸν οὐκ  
ἔγνωσαν, ἀναριθμήτης δὲ Θεούς τῷ βίῳ  
κομίζει (3). P. 106.

*Ex prioribus decem Cyrilli adversus Julianum libris unum citatum videram in praedicto opere locum, quem congruere ad litteram comperi prout eius titulus ferebat cum edito libro X, ed. Spanhem. p. 357. Mox vero et alias duas comperi in codice particularis, nempe unam ex libro V, alteram ex VII, quarum tamen verba in editione non legebam. Itaque heic adscribo, otiosis criticos hacc fragmента permittens.*

Cod. f. 228.

νέον. Τοῦ μακαρίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ σ' λόγου τῶν κατὰ Τουλιανοῦ.

Ἐπὶ τῷ πωλητηρίων πολλοῖς ἀνιότες τοῖς φαύλοις ἀναμηγνύστι δόλια γεντά, διὰ τὸ δόλιγων ἐπαγόμενοι, καὶ τείθοντες τοῖς σπεδαῖοις προσλαβεῖν τὰ φαῦλα.

Cod. f. 151.

γάγ. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ γ' λόγου τῶν κατὰ Τουλιανοῦ (1).

Ἐπιτωλίτται εἰκῇ τοῖς ὑπέρ γε τὸ ἀδικίας ἀδικηλοῦσι Θεόν, καὶ ἀφωμαρτάνεν τὸ εἰκότος ὄνθη, καὶ λέγει τοῦ ἐποκτείροντας τοῦ κακούργους, κακούς· καὶ τοι τῶν ὁ τοῦτο λέγων, οὐ τὸ ἀπνὺντος καὶ ἀνήμερου ἀπόδεχεται (1); Θαυμάζει τοῦ ἀτεράμονας ὄμον τε καὶ μισαλλῆτες; χεῖναι λαρήγῳ γέ φημι τοῦ ἀπαξεῖλημένες τοῖς ιδίοις πταίσμασι, καὶ δίκαιας ἀπέχοντας τοῖς κολάζουσι νόμοις, ἐποικτέρειν μᾶλλον ὡς πεπραχότας ἀθλίως, ὡς δέ τοι ἀσθενεῖας ἀνθρωπίνης ἐρμεσόντας εἰς τούτο, ὡς διαβολικῆς σκαιότητος θυμομένης Θύραμα· καὶ μὴ τεισούσιν αὐτοῖς ἀπαιδίᾳν, καὶ οἷον ἐπορχεῖσθαι κειμένοις, καὶ καταφρονίζειν (3) αὐτοῖς ἀφιλοσοργίαν.

Huiusdem.

γ'. Εἰκ τοῦ αὐτοῦ.

Περιφανῆς καὶ ἀξιοζήλωτος ἀγαθότης ἐστι, δηλαδὴ τὸ δράγειν ἔλεον τοῖς μισεῖν ἥμας ἥρημένοις, καὶ χείρα νέμειν ἐπάκερον· βούλεθε τὸν καὶ σώζειν αὐτὸν, οὐν ἐπεμβαίνοντας, μᾶλλον τὸν καὶ οἶον κειμένοις ἐπορχυμένας, καὶ τὸν εὔστοντας αὐτοῖς ἀθλίοτητος καταρειδῶντας ἀφιλοκτειμόνιως δρῶντας τὸ μᾶλλον ὅπεινα δι' ὃν ἔξω γένοντο παγίδος· \* τοισμένες δὲ καὶ λιτάς πρὸς τὸ θλωρ ὑπὲρ αὐτῶν ἐξυσιάζοντα Θεόν (4).

\* cod. τὰ ἔξω γένοιτο παγίδες.

(1) In postrema libri septimi editi pagina, ubi de paenitentia veniaque agitur, lacuna quaedam asteriscis denotatur. Ibi ergo fortasse sequentia duo collocanda sunt fragmenta.

(2) Naturae suae acerbitatem et duritatem fatetur ipse Julianus in misopogone p. 349.

(3) Uni vel alteri, quod extabat verbi καταφρονίω exemplio addatur iam hoc Cyrilli.

(4) Postremo moueo, cum his Cyrilli fragmentis, utiliter ab editoribus posse illa copulari Theodori mopsuesteni adversus eundem Julianum, quae ex codice vat. pal. XX. eruit complures ante annos V. C. Fed. Munterus danus hafniensis.

52. Beati Cyrilli Alexandriæ episcopi ex quinto libro adversus Julianum.

In foro venali multis interdum vitiosis pauca bona (venditores) admiscent; paucis his (emptores) inescantes, persuadentesque ut cum utilibus res cassas adquirant.

53. Eiusdem ex septimo libro adversus Julianum.

Reprehendit temere illos, qui pro peccantibus Deum orant, remque incongruam eos facere existimat; et homines qui maleficorum miserentur, malos dicit. Atqui ita loquens nonne saevitiam immitemque animum fovet? et immisericordes potius mutoque odio flagrantes admiratur? At enim ego illos qui aliquando delinquentes deprehensi fuerint, legumque ultionem experti, aio potius misericordia dignos ceu qui infelicer egerint, tum humana infirmitate lapsi, tum diabolicae improbitatis praeda effecti. Neque iis cadentibus cachinnus attollendus est, neque iacentibus insultandum, neque inhumanus adversus illos sensus exprimendus.

54. Ex eodem libro.

Splendidae optabilisque bonitatis officium est, misericordiam exhibere iis qui inimicitiam erga nos suscepereunt, eisdemque manum auxiliarem praebere: immo eos incolumes velle, nedum contra invehi et victis insultare: neque haerentem calamitatem immisericorditer subsannare, sed operam potius dare ut laqueo expediantur: preces denique dominatori universali Deo pro ipsis offerre.

Sancti Athanasii ex epistola XIII.

Quibus in rebus quispiam mentem suam exercuerit, in his clam veluti haerentem comperiet ad exercitii usum facilitatem.

Sancti Basillii ex sermone in Lucan.

Nox profunda, et morbus gravis, et auxiliator nullus; qui hereditati inhiat, ad voluntatem tuam irritandam paratus. Tu vero undique solitudinem tuam circumspiciens, tunc demum inconsiderantiam tuam senties, tunc stultitiam lugebis, quod in hoc tempus res tuas disponere distuleris, cum lingua titubat, manus tremula contractionibus agitatur, ita ut neque voce neque scripto sententiam tuam significare queas.

Sancti Iohannis (Chrysostomi) ex tertio sermone in libros regum.

Iucundum est agricolis tum ex montanis tum ex depressis terrae regionibus uberem fructum carpere. Quod si aliquando ex petrosis etiam macrisque vel arenosis locis, post multam impensam curam bonus aliquis fructus eveniat, maior hinc colono delectatio accidit; quia cum soli natura luctatus, suisque pugnans adversus agri sterilitatem laboribus, victoriae quoddam testimonium ab iis, qui agricolandi artem merito aestimant, refert.

Toū ἀγίου Αθανασίου ἐκ τῆς ιγ' ἐπιστολῆς (1).

Οἵς ἔάν τις πώ διάνοιαν ἀσκηθῆ, ἐν τούτοις λανθάνεσσαν οὐ προθυμίαν πρὸς τὴν παιδείαν ἔχει.

Toū ἀγίου Βασιλίου ἐκ τοῦ εἰς τὸν Λουκᾶν.

Cod. f. 2v.

Νῦξ βαθεῖα, καὶ νόσος βαρεῖα, καὶ ὁ βοῶψις οὐδαμοῦ· ὁ ἐφεδρέων τῷ κλίνεθετοιμῷ, ἀρραγτά σου ποιῶν τὰ βλαέυματα· εἴτα φεύγεται μέρῳ ὅπε καὶ ὁδε, καὶ ἴδων τὴν φένετῶσαν ηγεμίαν, τότε αἰσθήσῃ τῆς ἀβουλίας, τότε στενάζεις πώ ἀνοιαν, εἰς οἷον καιζὸν ἐταριεύων τὴν ἐντολὴν, ὅτε οὐ μὲν γλῶσσα παρεῖται, οὐ δὲ χεὶρ ὑπέρβομψος πλονυμένη τὴν ουλαῖς, ὡς μῆτε φωτῆ μήτε γράμματι διεσπημάναται τὴν γνώμαν (2).

Toū ἀγίου Ιωάννου ἐκ τοῦ εἰς τὰς βασιλίδιας γ' λόγου (3).

Cod. f. 124.

Φέρει γυπτόροις ἥδονὶ τὸ ἔξ ὑπτίων τὲ καὶ βαθυγείων χωρίων πολὺν τινὰ δρόπεδος τὴν καρπόν· εἰ δὴ ποτε καὶ ὡς πεζώδες γῆς καὶ λεπτῆς καὶ ὑπὸ φάμμου δυνηθείν μῆτ πολλὴν θημέλειαν χειροῦ τίνος ἀπολαύσαις καρποῦ, μείζων ἐντεῦθεν οὐ ἥδονὶ τῷ γηπόνῳ, διότι πρὸς τὸν γῆς φύσιν ἀγωνισάρχος, καὶ τούτοις οἰκεῖες πόνοις ἀντεισάγεις τῇ σειρώσει τὸν γῆς, νίκης τινὰ μαρτυρίαν ἀποφέρεται παρὰ τῷ τὸ γεώργιον Θεομαζόντων.

*Paucis his obiter occupavi vacuum pagellam trium Patrum fragmentis; nam longe plura et ampliora in manibus erant, quae vita comite aliquando edam.*

(1) Perderitas S. Athanasii epistolas festales, expectare nos ex Anglia, ex syriacis codicibus sumptas, dixi alibi. Num autem graecum hoc fragmentum ad eas pertineat, nec ne, palam aliquando fiet. Certe in citatis illarum epistolaram fragmentis a Cosma indicopleusta Topogr. christ. lib. X. non appetit.

(2) Fragmentum hoc legitur in eodem rerum sacrarum codice, cum dicto titulo ἐκ τοῦ εἰς τὸν Λουκᾶν, quod interpretor ex sermone in Lucan; nam si esset ex commentario in Lucae evangelium (qui fortasse extitit) scriberetur heic ἐκ τοῦ εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν, ut Graeci inscribere solent. Interiacet autem inter Basillii locum ex orat. de baptismo, et locum ex sermone eiusdem in proverbia. De mortis tempore verba fieri appetit; nam et in codice pertinet ad titulum περὶ ὄψεως Σωτῆρος.

(3) Ioh. Chrysostomi in libros nominatim regum, seu regnum ut Graeci loquuntur, non extant sermones; nisi forte intelligendae hoc titulo sunt homiliae quinque de Anna Samuhelis matre, et tres de Saulo ac Davide; in quibus tamen hoc fragmentum non videbam, nisi me testimoniū oculus fecerit. Attamen in Damaseeni parallelis p. 162. aliud Chrysostomi fragmentum citatur ex sermone in secundum Regum, ἐκ τοῦ εἰς β' βασιλειῶν.

## MONITUM.

*Inedita duo chronica, nempe Georgii monachi, vulgo hamartoli, et Iohannis siculi, quum ego in vaticanis codicibus lecitatorem; in secundo Iustiniani imperantis anno, quo de nefanda contra naturam libidine poenae publicae sumptae fuerunt (quam rem Theophanes et Cedrenus breviter, nostri autem supradicti auctores prolixius narrant) inter ceteras, quae in illis chronicis scribuntur eius criminis detestationes, latum ac disertissimum sancti Cyrilli fragmentum reprehendebant, tum ab Hamartolo p. 169, tum etiam a Siculo p. 315. iisdem verbis descriptum; quod quum ex aliquo Cyrilli sermone vel libro detractum esse appareat, neque tamen in eius scriptis editis repererim (nisi me forte festinatio, aut aliqua animi evagatio in evolvendis Cyrilli tomis de lectionis tenore decussit) heis cum ceteris novis Cyrilli scriptis collocandum iudicavi: quod si forte antehac vulgarum in publicis libris occurret, nullum erit incommodum, neque res publica detrimentum capiet; immo aliquis melioris fortasse frugis per nos saltem extabit varietas. (Chrysostomus etiam comment. in epist. ad Galatas ed. maur. T. X. p. 717, invehitur in eos qui se spadonant; sed diversus a nostro is locus est.) Illud aliquantulum addubitavi, num rei parum per se verecundae interpres fierem, nec ne. Sed primo cogitari, etiamsi nunc ego graece tantummodo ederem, non defuturum postea qui ad alias linguis transferret. Deinde sanctissimi Cyrilli sermonem, qui rem nefariam summo odio obruit, abs quovis honesto viro, lingua saltem non populari, repeti posse iudicavi. Denique reputans laudem hinc christianaee religioni accedere, quae inter tot paganitatis monstrorum probosissimum quoque eunuchismum paulatim antiquavit ac sustulit; novoque exemplo docere volens quantopere sancti patres crimen hoc miserum et ei connexa flagitia detestati sint semper atque insectati; rem graece quoque non peritis communicandam latine decrevi. Porro ante hunc Cyrilli tractum placet recitare de pudicitia praeclarum Tertulliani testimonium. « Pudicitia flos morum, » honor corporum, decor sexum, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, » praeiudicium omnis bona mentis; quamquam rara, nec facile perfecta, vixque perpetua; tamen aliquatenus in saeculo morabitur, si natura praestruxerit, si disciplina persuaserit, censura compresserit. »*

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ  
ΛΟΓΟΣ ΣΤΗΛΙΤΕΥΤΙΚΟΣ ΚΑΤΑ ΕΥΝΟΥΧΩΝ,

---

SANCTI MAGNI CYRILLI  
SERMONIS ADVERSUS EUNUCHOS

FRAGMENTUM.

Τάντην τοίνυν πώλικός ἡ ἀκόλαστον καὶ ἀκάθαρτον γνώμην καὶ πρᾶξιν τῷ αὐταρέτω πασχόντων θεραπεύειν εὖ μάλα καὶ σπιλιτεύειν οἱ μεγαλοκύριλλοι οὕτω φάσκοι.

**Α**κολασίας γὰρ ἔνεκεν οἱ τάλαρες τοῦτο δέχωσι τὰ τὴν γυναικῶν πάσχειν, ἀνδρες εἶναι βιβλόμυροι· οὐδενὸς γὰρ χειρός μέσης χάριν τὸ φύσιν μετατιθέντες, η ἀσελγείας ἔνεκεν, καὶ θεόπλαστον καὶ ἀνδροπρεπῆ μορφὴν δῆσθεί-

Hanc igitur (*inquit Georgius chronologus*) intemperantem impuramque mentem et operam sponte ororum pathicorum egregie prorsus vituperans MAGNUS CYRILLUS sic ait.

**I**ntemperantiae suae causa hoc isti miseri perpetrator, seminarum propria patientes, quum tamen viri esse velint. Etenim absque ulla utilitate naturam pervertentes, non nisi lasciviae causa, creatam a Deo dig-

namque viro formam corrumptunt, vel sponte saepe, vel ab aliis talia pati coacti. Sunt autem hi naturae corruptores, generis hostes, humanae societatis labes, vitae offensores. Hi Maenadum more scortantes, immodice in turpissimis exultant passionibus, moribus foedis perditisque miseram vitam concretam habentes, ambiguas odibilibus personae spuriam formam circumferentes. Hi utique sacris septis procul absent, et a sanctis conventibus ut abominabile piaculum Deoque invisum arceanter. Quia enim turpissima pessimaque mentis sententia pulcrum ac divinum opus ad pravam atque infamem professionem imputarunt ac transtulerunt, et spiritalem spadonatum velito usui deservire coegerunt, non legum tantummodo poenam perpeti digni sunt, verum etiam evangelico apostolicoque decreto ad extiores tenebras prorsus expelli. De his quippe Moyses dicit: « non intrabit eunuchus contusis aut excisis genitalibus ecclesiam Domini. »

Attamen videre est plena principum virorum domos his portentosae formae personis, quae aureos torques collo gestant, et in masculina natura, feminae tamen speciem habent, fracte incedunt, delicate loquuntur: nam et meretricum instar indecora huc illuc caput iactant, intemperanter impudiceque rident, lasciviam suam palam ostendentes. Quanobrem cum viris quidem, mulierum instar, molliter cubitant, et mollitie foedantur: cum mulieribus autem quasi custodes castitatisque simulacula in cubiculis versantes, procaciissime et impudentissime turpitudini operam dant. Sic ergo hi quidem a nefariis impurisque viris corrupti, mollitie polluent aduerso naturae opere ac flagitio: ipsi autem vicissim ceu canes rabidi infelices mulierculas peccatis, uti dictum est,

ρυστιν, ἐκεσίσιας πολλάκις, ή ὑπὸ ἀλλων ὑπομένων ἀναγκαζόμενοι τοῦτο, ὡς λοιμοὶ ἢ φύσεως, ή ἢ γένες πολέμοις, ή ἢ στῖλοι πολιτείας, ή ἡ ωῆς ἐφθεγγίσοι γίνονται δίκην Μαινάδων πορνευθέντες, ἀμέζως ἐν τοῖς αἰσχίσιοις ὀργοῦνται πάθεσι, μιαρὰ πολιτείας ή πεφθαρμένη ἢ ἀθλίαν ἔων συγκεράσαντες, ἀμφισσόλα καὶ μεμισηρέα πρόσωπα πεπείρουσι ή γράμμα νεοοθλέρμον· ιερῶν ἀειβολῶν μακρὰν ἀποικίσθωσαν, ἀγίων ουσιών ὡς ἐβδελυγμένον ἄγρῳ ηθεσυγής ἐλαυνόσθωσαν (1)· ἕπτην δὲ αἰσχίσην η κακίη γίνωμι τὸ καλὸν η Θεῖον ἔργον εἰς τὸ κακὸν ἀβεβλημένον δόρμα παραλλάξαντες η μεταποιήσαντες, ή ἢ τανευματικὴν εὐνεχίαν ἀποβορδεμένη πρόξενη λειτουργεῖν ἀναγκάσαντες, οὐ μόνον ἄξιοι ρομαϊκὶς φύσις λαμβάνειν τιμαρίαν, ἀλλὰ καὶ ἔξι εὐαγγελικῆς η ἀποσολικῆς ἀποφάσεως εἰς τὸ λεγόμενον ἔξωτερον σκότῳ ἢ ἄρδην ἀπελαύνεθεν· περὶ γάρ τοῦ τοιούτων ἔφη Μωϋσῆς. \*

\* Dent. XXIII. 1.

“Ἐσι τὸν ἵδειν πεπληρωμένας οἰκίας της μεισάνων, τοιούτων τερατομόρφων ἀρσώπων, γνησοὺς μηνίσκους ἐπὶ ζαχήλων φορῶντας, φύσιν μὲν ἄρρενος, θηλείας ἢ ὄφιν ἔχοντας, η κεκλασμένως βαδίζοντας, η τεθρυμμένως φεγγομένες ἀστερὶ δὲ ἑταΐρίδες ἀπρεπῶς ἀδεκάτεσσε τε κεφαλὴν σφισίσσοις, η γελῶσιν ἀκρατῶς τε η ἀναιδῶς, οἰστεντοσίαν πρόδηλον ὑπερφάνιοντες ὅθεν μετ’ ἀιδρῶν μὲν ὡς γυναικες, μαλακῶς εὐναζόμενοι η μαλακίζομενοι, φθείρονται μὲν γυναικῶν ἢ ὡς φύλακες ἀμά η σωφροσύνης δῆθεν ἴδαλματα καθείδοντες, ἀναισχύτως η ἀσημηθριωμένως αἰσχυοπραζοῦσι η οὔτοι μὲν οὔτως ὑπ’ ἀιδρῶν ἀνοσίων η βεβλῶν φθιρόρροι, μαλακίζονται η καταπιείσονται διὰ τὸ παρὰ φύσιν ἀνοσιεργίας η βδελυρίας· αὐτοὶ ἢ γυναικάρια ταλαιπωρα σεσωρευμένα η τὸ εἰσημένον \* ἀμφ-

\* II. Tim. III. 6.

(1) Eunuchi voluntarii a sacerdotio arcentur legibus canonieis in Photii syntagmate tit. I. 14, et tit. IX. 24, apud nos Spicil. rom. T. VII. p. 53. et 287. Poenas civiles gravissimas contra evirantes semet vel alios, vides op. cit. p. 54. Quin etiam saeculares adulteri a templis excludebantur, adfirmante Chrysostomo orat. III. 1. de Saule et Davide.

τίαις καταμολύνεσι καὶ καταβλάπτουσιν, οἵα λυσανδρῖς κύνες· καὶ τὸ δὲ χαλεψώτερον καὶ ἐλεανότερον, ἐντεῦθεν αἵτιοι γίνονται καὶ προξενταὶ καὶ μέτοχοι σὲ ἀπεγάντες κολάσεως, οἵ τε φθείροντες καὶ οἱ φθιρόμενοι.

Ἄλλος δὲ καὶ ἀφοσύνης, δὲ καὶ ἀπάτης καὶ ὁρθοπληξίας τούτης λαρῆ ἀνθρώποις καὶ μάλιστα προϊόντος, ὡς σώφρονας ὁρθοπληξίας μένοι, πισένθετος καὶ εἰσοικίζεσθαι· οἴ γε εἰσοικίζομενοι, καὶ παρένσιας τυχάνοντες, τὰς ὄντως δικαίως ἀρέτας ἐπιμέμνεταις σώφρονας ἄνδρας τῷ μικρῷ δρεάσαντες, εἰς τὸ δὲ Σοδόμων αἰσχύλον Βάραχθρον ἐλεεινῶς κατηκόντισαν, καὶ τῷ πυρὶ παρέπεμψαν· διὸ δὴ λοιπὸν ἀρερότως πάνυ γε τούτης νόμος καὶ λόγος εὐαγγελικὸς καὶ ἀριστος βίος καὶ εὐσεβίς τωλιτεία βεδεύτεται ὡς θεομοτεῖς καὶ ἀκαθάρτες· οὗτοι δὲ τοιαύτην ἔξαγγιστον ζωὴν προτιμήσαντες καὶ ποθήσαντες, δοσον ἕπειτα τοῖς αὐτοῖς, πόλις μὲν ἥψανταν, τὸν απερματικὸν δὲ φύσεως λόγον ὁρθοφθείροντες καὶ φθιρόμενοι· εὐανδροῦσαν δὲ ῥώμην ἀνδρὸς καὶ πλειάν καὶ δὲ ἀρένοντες τῇ δρυίᾳ τοιχὸν δεινὸς ἐξανάλωσαν· καὶ ἀπλῶς δὲ σύντονον τὸ σφρυγῶσαν ἀκμὴν δὲ γεστητος λυμηνάμενοι φανερώς, ἀθλίες καὶ καταγγήσας ἐποίησαν τούτον ἀλόντας· οὐς γε φυγκτέον προθοπάδιν καὶ βεδευτέον εἰδίκας, ὡς ψυχοκτόνες καὶ σωματοφθόρες, καὶ ἀναβεῖταις καὶ φίσεως ὁρθοφθείροντες· οὐδὲν δὲ ἀληθῶς μυσταρώτερον ἡ ἀκαθαρτότερον τὸ οὔτω πορνοδομένων τέ καὶ πορνούντων· εἰώθασι γάρ, ὡς ἀληθῶς καὶ ἀκειθῶς μεμαθήκαμεν, οἱ μόνοι οἱ απάδοντες, καὶ τὰ μόσια δὲ αἰσχυργίας ποσῶς ἔχοντες ἀσελγαίνειν ἀμέτρως, καὶ ἀκολασταίνειν ἀκορέσως, ἀλλὰ καὶ οἱ τέλεον ἀπόκοποι καὶ ὅκτετημένοι, καθάπερ οὖν καὶ οἱ ὄχη γυναικῶν ἐξερημένοι τούτων (φεῦ δὲ ἐσχάτης ἀποτίας καὶ φρενοβλαβίας) διὰ χαρᾶς καὶ δακτύλου φθείρειν τὰς ἀθλίας γυναικας, καὶ τὸ ἀνοσιεργίαν οὔτως ἐμμανῶς οἱ ἀνέσιοι κατεργάζεσθαι· καὶ τέτοιο δηλῶν ὁ σοφὸς ἀειδῆλως ἔφη· “μακάριος εὐνοῦχος ὁ μὴ ἔργαστάρματος· οὐδὲν χειρὶ ἀνομίαν, καὶ παρθένος ἡτις οὐκ ἔντω κοίτην ἐν ὁρθοπτώματι· \*,, εἰκότως οὐν

oneratas impiant ac violent; quodque gravius est ac lugubrious, sic causa fiunt et parari atque participes aeternae poenae, tum corruptores videlicet tum etiam corrupti.

At heu dementiam, errorem, atque venianum! His tamquam sobrias domi sua receptis, homines praesertim excelsiores confidunt: isti autem facti domestici, fiduciaque dignati, viros qui sincere recteque virtuti studebant, paulatim inescantes, in Sodomorum infame barathrum miserabiliter proiciunt, flammisque contradunt. Quamobrem congruent admodum huiusmodi homines lex et doctrina evangelica, et optima vitae regula, ac religiosa disciplina detestantur ceu Deo odibiles et impuros. Quippe hi, tali electo sponte nefario vitae genere, quantum in ipsis est, civitates delent, seminalem naturae rationem activo passivoque modo corrumpunt, virique vigescens robur atque staturam, masculasque vires et generosas, taetra pessundant: atque omnino validum et turgescensem iuventutis vigorem, ut palam apparet, labefactantes, miseros ac deridiculos faciunt eos quos ita irretiverunt. Profecto hi velis remisque fugiendi sunt, meritoque detestandi, ceu animarum peremptores, corporum corruptores, et scelestè prorsus natura abutentes. Nihil enim reapse flagitiosius est et impurius his vel scortis vel scortantibus. Quippe solent, ut vere accurateque didicimus, non solum spadones, qui pudenda quomodolibet habent, immode dicie lascivire, et insatiabiliter libidinari: verum etiam mutilati prorsus et excisi, nec non qui a nativitate his membris carent (proh summam absurditatem atque insaniam!) manu digitoque miseras violare mulieres, et sic flagitium furiose impieque peragere. Quod ut perspicue significaret, Sapiens aiebat: «beatus eunuchus qui non est operatus manu iniquitatem, et virgo quae nescivit torum cum delicto!» Merito itaque hi neque feminæ sunt neque viri:

sed androgyni, gladio animadvertisendi, et mulierum amore insanientes, dicti fuerunt. Audiant itaque illi qui homines huiusmodi temere arbitrantur puros esse et continentes; nec mendacio simulataeque castimoniae aut continentiae credant. Etenim ab immundo quidnam mundabitur? et a falsitate quid nam veri expectandum est?

Ἄθλοι, ἄνανδροι \*, ἀνδρόγυνοι, σιδηροκατάδικοι (1), οἱ γυναικομολανεῖς προσπορεύθησαν· ἀκείτωσαν τοίνυν οἱ καθαροὺς οἱ σύνθρονοι τούτους ὑποτοπέζοντες μάτην, οἱ μὲν πιστεύτωσαν τῷ Λεόδαι οἱ τῇ κατεσχηματισμένῃ καθαρόττην οἱ σωφροσύνη· ἀς ὁ γὰρ ἀκαθάρτες, τί καθαρισθήσεται; οἱ δὲ Λεόδες, τί ἀληθεύσεται;

## MONITUM.

*Genuinis sancti Cyrilli scriptis, placet specimen etiam subtexere, ex vaticano prisco codice, sermonis Cyrillo item Alexandriae archiepiscopo inscripti; qui tamen neque stilo, multoque minus sententiarum gravitate Cyrrillum illum magnum decet. Post exordium quidem, quod nos recitabimus, longa sit deploratio, ipsis prophetarum saepe verbis, malorum Hierusalem, cuius populus in babyloniam captivitatem pedestri acrumnosissimo itinere una cum tribus regiis pueris ac Danihelie abductus fuit. Exiā horum adolescentium res gestae et officia et conciones apud Assyrios narrantur, et flammæ cui addicti fuerunt vis innocua. Quunque hi, praeter veri Dei notitiam, futurum quoque Servatoris adveniūt coram impio rege praedicascent, capite truncati, una cum Danihele, dicuntur: quorum corpora hebreus populus pie in thecis composita, postea ad urbem Hierusalem redux sevum gestavit: ubi denum in Christi domini obitu, eum aliis mortuis, quorum in evangelis fit mentio, ad vitam rediisse dicuntur, et in parādisum transisse. (Haec partim in menaco quoque Graecorum dicuntur die XVII. decembr.) Sequitur sermonis clausula, quam item nos adscribemus. Et quamquam in ea Cyrrillus ipse hunc sibi sermonem tribuere dicitur, nihil tamen minus abuidicandum prisco illi ac magno Cyrillo sine ulla dubitatione censemus. Ceterum quia sacculo XI. extitit Alexandriae archiepiscopus iacobita Cyrrillus II. (Orient. christ. T. II. p. 482.) de hoc si quis cogitare volet, non repugnabimus, immo hunc Cyrrillum iuniorem sermonis esse auctorem facile annuemus; prueserimus quia in titulo desunt verba ἡγίου, et πατρός ιησοῦ.*

## ΚΥΡΙΑΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΛΔΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΕΛΕΥΤΗΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΤΡΙΩΝ ΠΛΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥ ΠΑΝΣΟΦΟΥ ΔΑΝΗΙΑ.

## CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

SERMO DE OBITU SANCTORUM TRIUM PUEGORUM NEC NON SAPIENTISSIMI DANIELIS.

Opportunum adest, o carissimi, tempus praeclarorum martyrum commemorationem faciendi. Quippe haec commemoratione, quae ob nostrarum animarum salutem impenetrandam sit, caelestium ordinum panegyrim imitatur. Quotquot igitur Dei no-

πρόφασις καιρῶν παρέστη, ἀγαπητοί, μαρτύρων ἀγαθῶν ὀνείγονται μνήμων αὐτῆς γὰρ οἱ μνήμην μιμεῖται τῶν πανήγυντιν τῆς οὐρανίων ταχυμάτων. ἐπὶ πρεσβείαν καὶ σωτηρίαν τῆς ημετέρων ψυχῆν. θσοι οὖν τὸ Θεὸν ἐπιγιγνώσκετε, σῆμερον ἔνταῦθα

(1) Quasi monstra scilicet. Reapse plexi fuerunt aliquando capite miseri aut scelesti huiusmodi. Synag. Photii p. 54: ὁ πόλιτικος νομος τούς εἰωνούς ή ἐπέρους εὐνογχίζονται, διαζέρεις τυμφεύεται, ποτὶ μὲν κινδύνῳ etc. Utrum vero impudici eunuchi adulteris etiam sint accensendi, queritur in iure graeco.

τὰς ἀκοὰς ὑμῖν προτείνατε, ὅπως ἀξιωθῆτε τοῦ βραβείου ὥρᾳ ἀρτίῳ λεγομένων μαρτύρων τούτων γάρ ἐπαινεῖσθε καὶ Θαυμάζειν γενήσσονται μηπώς θεασαρένες ἐνανθρώπων Χριστοῦ, καὶ Θάνατον ἀθανάτιαν, καὶ ἀνάστασιν ἐκ νεκρῶν, καὶ πρὸ δὲ ἐνσάρκε παρεσίας, ὁμολογητὰς καὶ μάρτυρας αὐτοῦ γεγονότας περὶ τούτων οὐ περίνοια δὲ ἀχράντης Εἰάδος (1) διὰ δὲ ἀρτίως ἀναγνωσθέσις ἀροφητίας \*, ὡρεκεν τῷ δὲ βασιλικῶν ὁμοφύλων παιδῶν, Ἀνανίου, Ἀζαρίου, καὶ Μισαήλη περὶ τούτων βούλομαι τὸ πολιτεῖαν καὶ συνηγορικὴν ὄπιστήμην καὶ συμμαχίαν καὶ τελείωσιν ἔξυγήσαθαι τῷ Θεῷ ἐκκλησίαν, τὸ πῶς ἀνδραγαθίσαντες ἐτέλεωσθησαν οἱ καλοὶ κλαδοὶ παιδεῖς κ. τ. λ.

\* Dan. III. 92.

*Prosequitur oratio, quatuordecim adhuc implens grandia latercula: sub cuius finem ita  
Cyrillus nomen suum dignitatemque revelat, prout fit etiam in titulo ante initium.*

Ταύτην δὲ κατασκεψίν τὸ δῆθι Θάνατος ἀδγαθῆς ἐγὼ Κύριλλος ἐλάχιστος (2) δημοσίου δὲ ἀλεξανδρέων πόλεων, ἔτυχον \* τῇ δῆθι Θάνατῃ Δανιήλος σωμαγράφαμέν δὲ ὅσιων καὶ ἀμωμάτων παιδῶν σύμβολον καὶ πολιτείαν, καὶ τὰν εἰς Χριστὸν τελείωσιν. Γένοιτο δὲ τῇ δὲ Χριστοῦ χάριτι, καὶ πρεσβείᾳ δὲ ἀρτίως μνημονεύθεντων καλλινίκων μαρτύρων, Θάλλειν καὶ προκόπτειν τὰ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν εὐθηνοῦσαν ἐν καρπῷ δικαιοσύνης ὅπως οἱ πατέρες καὶ αἱ μητέρες τοιαῦτα βλαστάνοντες φυτεύματα \* μετὰ σωφροσύνης καὶ εὐσεβείας, οἱ νεανίσκοι καὶ παιδέσσινοι τοιαῦτης πολιτείας ἀξιῶνται, τοιαῦτης ἀρετῆς σωματεύσαντο. Τελεοῦνται δὲ οἱ ἀγιοὶ παιδεῖς μηνὶ δικαιομέθριοι 15'.

\* eod. φυτηματα.

titia imbuti estis, hodie hoc loco aures vestras intendite, ut martyrum, quos nuper diximus, praemia pariter consequamini. Profecto hos admirari ac laudare oportet, qui neque Christi humanationem, neque immortalis mortem, atque a mortuis resurrectionem conspicati, ante eius in carne adventum, confessores eiusdem martyresque extiterunt. His consuluit sancta Trinitas, iuxta lectam paulo ante prophetiam, regii videlicet ex una eademque gente pueris, Ananiae, Azariae, et Misaheli. Horum vitam, et conspirantem sapientiam, et socialem concertationem ac finem enarrare a Dei ecclesia volumus, quomodo scilicet hi egregii ipsius surculi, pueri inquam, fortiter consummati fuerint etc.

Hanc boni monumenti constructionem ego Cyrillus minimus urbis Alexandriae episcopus addidi monumento (historiae) a Danihele confecto. Scripsi nempe trium sanctorum et immaculatorum adolescentium concordem vitam, et pro Christo consummationem. Utinam vero contingat, Christi gratia et horum quos haecnenus celebravimus triumphalium martyrum intercessione, ut Christi ecclesia floreat et amplietur, ac iustitiae fructu exuberet! Ut patribus matribusque parem ex se germinantibus sobolem cum castitate atque pietate, adolescentes ipsorum ac virgines, huiusmodi vitae genus sectentur, eademque virtute concrescant. Consummati vero fuerunt hic sancti pueri mensis decembris die xvii.

(1) In Graecorum pariter menaeo die cit. de his sanctis pueris scribitur: τῆς τειλάδος εἰκόνα προφητίας, ἐξ ἀύλων χειρομάτων ἐν τῇ φλογὶ οἱ παιδεῖς διέγραψαν τῷ καλάμῳ τῆς πίστης, καὶ τὴν τοῦ Λόγου ἄκην εἰς γῆν συγκατάβασιν, μυστικῶς κατεῖδον, καὶ πάσιν ἐκήρυξαν.

(2) Titulus hic *minimus episcopus*, quem inferioris aevi episcopi modeste sibi tribuebant, auget opinionem de Cyrillo iuniore huius sermonis verisimili auctore. Videsis huius generis titulos, εὐτελῆς, ταπεινός, νειατός, constanter in episcoporum subscriptionibus quas nos divulgavimus (partim etiam aere cuditimus) synodorum byzantinarum sub Manuhelo Comneno, Script. vet. T. IV, et Spicil. rom. T. X.

# DE EUSEBII ALEXANDRINI SERMONIBUS

## EDITORIS MONITUM.

*Eusebii, qui passim in codicibus dicitur archiepiscopus alexandrinus, sexdecim ego ante hoc tempus sermones edidi; unum quidem in AA. class. T. X., alios autem quindecim in Spicilegio rom. T. IX., in cuius voluminis praefatione de his aliisque aliquot eiusdem Eusebii sermonibus, diligenter ut spero tractavi. Addidi etiam Iohannis notarii ineditas aequae de vita obitumque Eusebii sermones seu libellos tres. Porro in sermonum Eusebii praefatione tom. cit. p. 10. dixi, duorum quidem de elemosyna et de astronomis titulos scribi in codice vaticano, sed tamen ipsos sermones ob membranarum defectum deesse; me tamen scire, priorem in codice vindobonensi theol. 263. servari, alterum vero in parisensi 1098. Nunc ecce illustrium mihique benivolorum hominum liberalitate ac manu descriptos (1) ambos impetravi; cuius beneficii ut fructus extet, commodum esse putavi, ut post Cyrilli alex. scripta, paralipomena haco Eusebii subtexerem, qui item, ut dixi, archiepiscopus dicitur alexandrinus; atque ita piè equidem et apprime orthodoxi, si minus elegantis, auctoris editionem absolverem. Quicquid enim alii iudicabunt, me certe ingenuitas huius hominis, christiana eius ac pastoralis simplicitas, nativumque dicendi genus valde delectant. Quamquam nec omnis ornatus abest, v. gr. ubi dicitis epulonis apparatum describit. Ceteroquin Euſebii codices tam romani quam exteriori, et praesertim vindobonensis, soloeisimis scripturaeque mendis scatent, quae partim emaculanda fuerunt, partim refinenda, ne plus aequo textum subverteremus.*

*Sed enim quod adtinet ad Eusebii nostri aetatem atque episcopatus sedem, necesse est controversiam rursus adlingere; postquam scilicet ex Germania accepi Guilelmi Augusti perdocti viri nostrique contemporanei librum, quo tres Eusebii de rebus inferis, circa Christi domini obitum et descensum, sermones edidit, qui sunt item apud nos in Spicilegio. Porro quod hic amplissimus de elemosyna sermo Eusebii, in vindobonensi codice incolumis conservatus, notitiam Augusti effugerit (dissert. eius p. 63), mirari nolo. Etenim saepe usuerunt (et mihi quoque interdum accidit) ut res nobis proximae, nulla nostra culpa sed casu nos lateant, dum remotas felicius indagamus. Primus ergo apud Augustum sermo p. 1-10, recurrat apud nos sub numero XIII. Est autem in hoc insignis editionum nostrarum varietas, quod germanica p. 9. habet, tamquam clausulum sermonis huius, tractum illum ὁ ποῖον ταῦτα ἔστιν ἡ παραγωγή etc. usque ad p. 10, quae reapse est clausula potius sermonis de incarnatione (p. 26-27.) a nobis editi tom. cit., negre ulla modo ad praedictum editionis germanicae locum pertinere potest, a quo omnino dissentit. Secundus in editione germanica sermo respondet nostro XIV, cum aliqua varietate. Tertius denique dictus in die paraseves in ed. germ. respondet nostro XV, cui titulus de diabolo et orco (ζωὴ); secundam dico sermonis germanicam editionem; nam prior (ut editor appellat, quod contra fortasse est) magis a nostra differt. Sed illud maioris momenti est, quod ei priori editioni loco clausulae attexitur pars alterius sermonis, dicti nempe postera die, seu sabbato, prout promissum fuerat in fine sermonis de paraseve, quem desinere in dictione ἐνταῦθα τὸν λόγον σηματίσωμεν, nec cum sequentibus neci, exploratissimum est; id quod ne germani quidem editoris perspicaciam fugit p. 153. Bene igitur, evenit ut haec saltem pars sermonis de sabbato, qui sermo totus desideratur in codice vat., ex vindobonensi prodierit. His de utraque editione germanica et romana dictis, reliquum est ut de Eusebii persona et aetate disserendum breviter videatur.*

*Tribus a se editis auctoris huius sermonibus praeciarum vereque doctam subtexxit disputacionem G. Augustus, cuius exquisitam eruditionem diligentiamque cum maxime probo, attamen de aetate Eusebii nostri et episcopatu emeseno, quominus ei adsentiar, rei contrariae ut puto evidentia prohibeo. Sermonum horum parentem dicit germanus editor indubitanter Eusebium illum, qui*

(1) Vindobonensem habui ab excell. Comite Dietrichstein caesareo bibliothecario, exscribente erudito viro H. E. Poschl. Parisiensem misit vir clar. eques P. A. Drach, longa mihi amicitia coniunctus.

Emesac ecclesiam tenuit, multisque scriptisclaruit, teste Hieronymo de vir. ill. cap. 91, sub Constantio imp. Constantini magni filio, et circa annum Christi 360. obiit. Atque ut titulum alexandrini episcopi cum emeseno conciliet, utitur laudatus editor egregia in speciem ratione, quod ille nempe Eusebius, teste Sozomeno hist. lib. III. 6. in synodo antiochena quae anno 341. celebrata fuit, ad capessendam alexandrinam sedem extimulatus fuerit, loco magni Athanasii depulsi: quam Eusebius dignitatem quam recusasset, ne Athanasio invitis Alexandrinis succederet, emesenam ecclesiam regendam suscepit. — Recte. Sed primam quaero, quoniam hic Eusebius reapse annis vi-ginti, usque ad obitum, emesenus fuit non alexandrinus episcopus, cur in graecorum sermonum codicibus episcopus vel archiepiscopus alexandrinus passim, nunguam vero emesenus inscribitur? Sed ecce praeter hanc aliasque rationes, nunc demum ex vindobonensi sermone de eleemosyna circa finem, peremptorium contra emesenum Eusebium argumentum torquetur. Sermonis enim auctor Eusebius noster inter dicit, quibus opes, nedium nocuerunt, verum etiam propter dandae eleemosynae copiam valde profuerunt, ponit maltronam Melania, et quidem iis verbis quas iam mortuam esse innuant. Sed sive de mortua loquatur sive de superstite, prorsus auctor se non esse Emesenum illum demonstrat. Namque Emesenus, ut vidimus, factus fuit episcopus anno 341; Hieronymus autem op. cit. cap. 91. hunc Emesenum sub Constantio mortuum diserte adfirmat, hoc est ante annum certe 361, quo ipse Constantius obiit.

Iam ut ad Melaniam veniamus, duae fuerunt hoc nomine, senior nempe ac iunior senioris neptis. De utraque agit Palladius in hist. lausiaca, opp. Meursii T. VIII. p. 117. et 120. Ambae ddives fuerunt, et eleemosynarum largitionibus celebres. Senior dicitur a Palladio coepisse vitam asceticam sub Valente imp., et annis adhuc 37. superfuisse. Iunior coacta fuit ss. Hieronymo et Augustino. Quia ergo noster Eusebius meminit Melaniae (etiam forte senioris), fieri nequit ut sit ipse emesenus Eusebius, qui plus quadraginta annis ante ipsius Melaniae mortem et vivis excesseral, siquidem haec nonnisi initio quinti saeculi mortem cum vita commutavat, ut ex ante dictis colligitur. Inmo Melania ne eleemosynis quidem clarescere coepit, nisi Eusebio emeseno iam mortuo, ut item ex dictis patet. Alia quoque accidunt, quamquam minime necessaria, argumenta. Nam de illo Emeseno Hieronymus in chronicō ad Christi annum 351. scribit: Eusebius episcopus emesenus arianae signifer factionis multa et varia conscribit. Item apud alios veteres, Sozratem, Sozomenum, et Photium cod. 242., accusatur Emesenus de sabellianismo, et de impia astrologiac superstitione. Atqui noster graecorum auctor sermonum Eusebius, quos duodecimtā iam impressimus, ubique orthodoxus apprime est, et omni haeresi, nedium illis teterinis, prorsus alienus. Ab astrologiae autem crimine tantum abest Eusebius, ut nunc eius sermonem nos divulgemus contra illam vanitatem ab eo scriptum, οὐτε ἀστρονομοῦ: praeter quam quod sermone etiam VII. a nobis item edito varia superstitionum genera magnopere inseclatur. Denique Emeseni vitam a Georgio Laodicensi scriptam fuisse testantur Socrates et Sozomenus; at alexandrinī nostri vitam, auctore Iohanne notario, nos ipsi extulinus ex codice vaticano. Sed iam plura dicere nihil interest: quippe graecorum horum parens sermonum, non est Eusebius emesenae urbis episcopus; obstat enim, ut dixi, temporum ratio: quamquam nostrum et quinti saeculi hominem, et utrique fere Melaniae interiectum iudicamus, quoniam non duas sed unam nominat, id est ut reor seniorē. Cur vero tam constanter in codicibus dicatur archiepiscopus alexandrinus, etsi in catalogis illius sedis non extet, diri nos satisque in praedicto Spicilegii volumine disputavimus. Hoe unum tamen non incommodē addemus, Hieronymum scilicet in chronicō ad Ch. an. 331. ponere Eusebium Phanphili inter eos qui aliquamdiu antiochenam ecclesiam occupaverunt. Cur id, inquam? Nullam certe aliam ob causam quam quia ad eam sedem votis Antiochenorum fuit electus, seu expeditus, ut evidenter constat ex ipso Eusebii vit. Const. lib. III. 60-62, et ex Socrate lib. I. 24. Et quidem de hac re copiose P. Boschius in patriarcharum antioch. catalogo p. 42. sg. Recusavit tamen eam dignitatem Eusebius Pamphili, ut alexandrinam Emesenus. Ergone pari iure dicetur uterque, ille antiochenus, hic alexandrinus episcopus? Ultimam hoc argumentum satis valeret, quo fieret ut Eusebii mei antiquitas augeretur! Quominus tamen in hanc sententiam pedibus eam, uncis me quoddammodo Melania tenet, cum celeris quae recessui criticae artis et historiae indicis.

# ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΆΓΟΡΟΣ ΠΕΡΙ ΙΑΙΕΜΟΣΥΝΗΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΑΟΤΣΙΟΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΛΑΖΑΡΟΝ.

## SANCTI PATRIS NOSTRI EUSEBII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

SERMO DE ELEEMOSYNA ET IN DIVITEM ATQUE LAZARUM.

— 1 —

1. Age sermonem hodie, carissime, de eleemosyna instituamus; et quid nobis apostolus et evangelista Matthaeus de Domini nostri adventu narraverit. Dic nobis, oculate testis et verbi minister, quandam et quomodo quidve dicet nobis dominus Deus, cum mundum iudicaturus adveniet? Quid nunc velit, quidve agere imperet populo suo? Dixit, inquit, Dominus: quum venerit filius hominis cum maiestate sua, et omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit in throno maiestatis suae, et congregabuntur ante eum omnes populi: et separabit eos ab invicem, sicut pastor ab haedis oves segregat: et statuet oves quidem a dextris suis. Nam pastor, ceu benigniorem partem tenens mollitudinis mansuetudinisque, indolem scilicet ovium, harum quoque stationem melioribus adsignat. Deinde a sinistris haedi, ceu pastori contumaces, collocantur.

2. Audiamus etiam quid rex regum et dominus dominantium dicturus sit bonis et misericordibus, qui mandata eius observaverint, quatenus hi cuncta ab eo imperata in rem contulerint. Idecirco enim merito audient a domino et clemente Deo nostro sanctam illam ac beatam ad eius dexteram invitantem vocem: venite bencdicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a mundi constitutione. O bonam praeparationem sortemque iustitiae illorum qui iure benignitatem eius promeruerunt! Quid porro his dicit? Esurivi enim,

ζ'. Πολλοὶ δὲ τῷ μοναχῶν σφαλέντες εἰς γάμους προβέπονται, κακῶς ἐκλαμβάνοντες τὸ τῷ ἀποτόλεμον, τὸ καλῶς εἰρημένον· φοιτάγεται γάρ· \* « εἰ οὐκ ἐγκατατέθονται, γαμείτωσαν· » καὶ οὐκ οἴδασιν δότι μῆτράς τους συνθήνας τὰς εἰς θεὸν, οὐ λέγεται γάμος, ἀλλὰ διπνεκτής μοιχεία· μή δὲ τὸ σωθέας αὐτὸν τῷ θεῷ περὶ τὸ ἀποταγῆς, καὶ πάλιν εἰς τὰ διάσω σφραγίναι, οὐκ ἕτερος γάμος, ἀλλὰ καὶ ὁ βίος ἐγκληματικός, οὐ κοίτη ἐν κατακρίσει, καὶ τὰ τένα τόθα, καὶ ὁ γάμος ἐν τῷ διάνοια· οὐδεὶς δὲ ἐπιβαλὼν τὸ ζεῖραν αὐτοῦ ἐπὶ ἄροτρον, καὶ σραψεῖς εἰς τὰ δόπιστα, εὐθετεῖς ἐτίνεις τὸ βασιλεῖαν τῷ οὐρανῶν· \* οὐ δέ τοις ὑπολαμβάνεσιν, δότι τοῖς ἀποτάξαμένοις εἴπεν ἀπόστολος ἀφίένται τὸ τάξιν τὸ ἀποταγῆς καὶ τὸ μοναστήριον, καὶ γάμον ζευγνῦσθαι· ἀλλὰ τοῦτο εἴπεν, εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμείτωσαν· ἵνα πρὸ τοῦ ἀποτάξαθαι, δοκιμάσῃ ἔσαντὸν, καὶ νοίση τὸ ιδίαν λύχην, εἰ δύναται ὑπενέγκαι τὰς ἀνάγκας τὸ σώματος, Καὶ τὰ σκάνδαλα τὰ ἐπερχόμενα ὥστε τὸ πονηροῦ, καὶ τὸ καύσωνα·

• Ps. XXXVI. 23.

• L. C. VII. 1.

• Luc. IX. 62.

καὶ τότε ὑπεισελθὼν τῷ ζυγῷ δὲ ἀποταγῆς· εἰ δὲ ταῦτα οὐκ ἐγκρατέσται, καὶ γινώσκει ἔαυτὸν εὐάλωτον ὑπάρχειν, ἐν τούτῳ γαμησάτω· κρεῖσον γάρ εἴτε γαμῆσαι ἢ πυροῦδες; καὶ μὴ δυνάμενον φυλάξαι ἔαυτὸν, ἐμωεσεῖν εἰς τὰ καταχθόνια τὸ ἄδην· ταῦτα εἰδὼς οὐκ ἀκούων, ὀφείλεις ἀποτασσόμενος ἀολὺν δοκιμάσαι ἔαυτὸν, καὶ μὴ πολλῆς σκέψεως ὑπεισελθεῖν τῷ ζυγῷ δὲ ἀποταγῆς, ἵνα οὐς τέλες βασάσας τὸ γενεσὸν ζυγὸν δὲ ἐγκρατέας, τύχοις δὲ ἐπεργανίᾳ βασιλείας· οὗτος γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπατούχειν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τὸ κυρίες ἡμῶν Ἰησοῦ Χειρού, μηδὲ οὐ τῷ πατέρι ἀμφὶ τῷ ἀγίῳ πνεύματι δόξα κράτος τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ οὐ εἰς τὸν αἰώνας τὸν αἰώνων ἀμήν.

(1) Vides mirabilem ecclesiae in doctrina de religioso caelibatu constantiam. Vides item genuinam paulini textus intelligentiam, quam ante hos annos propugnavit egregie etiam Cardinalis Gottus colloquio tertio adversus Piceninum.

## EPIMETRUM.

De Eusebio emeseno, et quomodo is ab Eusebio alexandrino distinguedus omnino videatur, satis ut spero disserui in superiore monito p. 499-500. Nunc lectores admonere placet, vidiisse me in bibliotheca vaticana latinum codicem pervetustum, saeculi ferme XI, homilias continentem XXXIV, hoc titulo: *incipit liber domini Eusebii, qui translatus est (cod. quem translatum est) ex hebreo in latinum.* Hae porro homiliae, duabus exceptis XIV. et XV., leguntur omnes sub Eusebii gallicani nomine in Patrum bibliotheca lugdunensi T. VI. Ubi tamen in editione p. 631. G. lacuna est, in nostro codice f. 49. b. ea sic expletur: *iterum virginitas fecundetur, iterum humana condicio ex incorruptione nascatur, ut homo gloriosam ac virgineam nativitatem etc.* At secunda ibidem lacuna, non potest ope codicis expleri, quia folium excidit. Iam duarum codicis homiliarum, quas in editione desiderari dixi, quaeque in festo paschali recitatae fuerunt, rationem ego postea, si operae pretium fuerit, habiturus sum, cum latinorum Patrum homilias alias, quas ex codicibus colligo, typis committam. Dicuntur itaque hae Eusebii homiliae ex hebreo (id est syriaco) translatea. Et revera Eusebium (qui fuit postea emesenus episcopus) natum in Mesopotamia, et in schola Syrorum edessena eruditum, narrant nobis Socrates hist. II. 9., et Sozomenus III. 6. Denique de haurum latini nunc sermonis homiliarum crisi verba facere heic non interest, quarum certe non unus auctor fuit; et si quidem emesenus non est negandus, ne gallicanus quidem aliquis est excludendus; quam iamdiu controversiam docti homines pertractaverunt.

in his non continet, seque facile victum iri agnoscit, tali rei conditione nubat. Melius est enim nubere, quam uriri: ne dum semet custodire nequit, in inferni profunda ruat (1). His auditis et cognitis, quicumque renuntiaturus es, multum debes te ipsum probare, nec nisi post multam considerationem iugo te renunciationis submittere: ut deinde usque ad obitum portans praeclarum continentiae iugum, caelesti regno potiaris. Quod utinam omnes consequamur gratia et benignitate domini nostri Iesu Christi, cui una cum Patre et sancto Spiritu gloria, potestas, honorque nunc sit et semper et in saecula saeculorum. Amen.

## DE SERMONE

## SANCTI ALEXANDRI PATRIARCHAE ALEXANDRINI

## EDITORIS MONITUM.

*Dixi in Spicilegio romano T. III. p. 694, ex orientalibus bibliothecae vaticanae codicibus multa excitari scripta veterum posse, quae omnino desideramus. Et quidem praeter lauta illa, quac loco citato edidi patrum fragmenta, maiora indidem iam ante extuleram, Zachariae videlicet melitensis capita historica, Ebediesu et Abulpharagii tractatus canonicos, Armeniorum etiam canones, Severi antiocheni sermones aliquot, et nuper S. Cyrilli contra Syriastas et Diodorium ac Theodorum reliquias. Iam vero inter prima illa, quae memoravi, codex vaticanus arabicus 101. bonam mihi particularum suppeditaverat sermonis S. Alexandri patriarchae alexandrini (1); quem sermonem deinde integrum in syriaco vat. codice 368. nactus sum, id quod olim in Scriptorum vet. tom. V. p. 42. significavi. Nunc ecce post alexandrini Cyrilli graeca scripta sermonem hunc Alexandri syriace simul atque latine (quandoquidem graeca verba desideramus) operam mihi suam commodantibus Matthaeo Sciaiuano et Francisco Melasebo Maronitis litterissimis, in lucem exire iubeo, ne tantae antiquitatis, auctoritatis, famaque episcopi diutius os conticescal.*

Porro rei vere testimonia sunt, primo quidem fragmenta illa ex codice arabico, quae Alexandri archiepiscopi alexandrini nonen gerunt (Spicil. rom. T. III. p. 699.) quaeque in integro sermone eidem auctori inscripto, nunc suis recitata locis serialiter apparent. Deinde Sabariesus syrus auctor apud Assemann Bib. or. T. III. p. 543, recitat ex Mocaffaei chronico arabico, Alexandri nostri fragmentum, quod pariter (mirabile dictu!) in sermone integro nostro n. 5. occurrit. Quamquam vero Mocaffaeus Alexandrum dicit papam romanum, is quidem manifestus error ab Assemanno in indice p. 658. recte corrigitur, qui legendum suadet alexandrimum. Deinde (praeter quam quod scribentibus menda multa obrepere solent) rei veritatem nunc syriacus codex nos docet, qui Alexandro alexandrinae urbis antistiti hunc sermonem inserbit. Tum salis est exploratus mos orientalium romanos nominandi quotquot imperio romano suberant, et graeca, nedum latina, lingua utebantur. Quia et ipsum byzantinum imperium constanter romanum appellant, ut ipsi quoque byzantini historici solent, qui ita in libris suis ambitiose loquuntur, postquam Constantinopolis novae Romae nomen invasit. Locus igitur a Mocaffaeo relatus ita se habet: « Alexander romanus papa triarcha inquit: manus quae Adamum crearit, ipsa clavis in cruce perforata est. Os quod in Adamum spiraculum vitae inspiravit, auctum bibit. Pes que clavis confixus fuit, terram fundarit. » Hacc, inquam paulo quidem liberias, sine dubio tamen ex hoc nostro sermone n. 5. sumpta vides. Verumtamen qui ibidem multo uberior locus praecedit, et a nobis virgulis distinctus fuit, is cum arabica sermonis interpretatione, in Spicilegio nostro edita, evidentius adhuc atque adamussim congruit. Ceteroqui non est mirandum, si qui sermo ex greco in syriacum, ex hoc in arabicum, idioma transiit, paucas aliquot varietates in his transmutationibus passus sit. Quin adeo sermonis huius duae evidentur extitisse apud Alexandrinos sive apud orientales, editiones; quandoquidem in codice syr. vat. post integrum sermonem, aliud attexitur eiusdem fragmentum, non sine paucis variis lectionibus. Ut vero existimem, interpretationem arabicam ex secunda syriaca esse derivatam, utor hoc indicio, quod arabicum codicis 101. fragmentum cum illo posteriore syriaco magis congruit, quam cum priore. Itaque etiamsi decrecerem additamentum illud omittere, quia valde simile sermoni integro videbatur; uttamen quia postea comperi, parlem arabicam cum hac potius parte syriaca conspirare, ne mei argumenti vim ullatenus infirmarem, hanc quoque syriacum repetitionem minoribus saltem formis imprimentam curavi.

1) Idem hic codex habet fragmenta SS. Iulii et Silvestri pontificum romanorum, quae ego graece edidi Script. vet. T. VII. p. 134, et 169. col. 2. v. 1-15.

*Age vero edendi sermonis huius grata opportunitas adest, quia hoc tempore ex Anglorum typis prodeunt magni Athanasii festales epistole seu orationes (gracee perditae) in syriaco pariter codice inventae: quibus hic iure meritoque comes fiet Alexandri sermo. Fuit quippe Alexander Athanasii a pueris educator, quem familiarem semper, adolescentem senex, et carissimum habuit, mensae etiam quotidianae participem, et fidem librarum: eundem ipse diaconum ordinavit, secumque ad nicaenum concilium duxit, ut illic operam sibi navaret, συναποτελέσθεντα αὐτῷ εἴηται, ut diserte ait Socrates hist. lib. I. 15: quem denique moriens saepe nomine compellavit, atque ut sibi successor fieret, alexandrinum clerum enixe rogavit, quod reapse cum infinita rei christianae utilitate contigit: ita ut Athanasium talem tantumque episcopum, Alexandri curis acceptum referamus. Nam ut Alexander Athanasium adolescentem omni officio complexus est, ita idem Alexander antea iuvenis Petro episcopo martyri familiaris apprime fuerat, atque ab eo successor post Achillam eiusdem fratrem designatus. Namque ut legitur in Petri vita a nobis edita Spicil. T. III. p. 682, martyr inclitus in carcere positus, et iam pro fide plectendus, ambos illos alexandrinæ sedi post se destinavit episcopos dicens: « te quidem Achillam primum, Alexandrum vero secundum. Et mox: » osculantes Petri manus ac pedes Achillas atque Alexander, conversi in lacrymas singultu amarissimo quatabantur. »*

Alexandri graphicam imaginem Gelasius cyzicus nobis exhibet in sua nicaeni concilii historia lib. II. 1. « Υποδίχεται τὸν τὰς ιερωσύνας ἄρχοντας τὸν αὐτοῖς τὸν Ἀλεξανδρίου ἐκκλησίας Ἀλεξανδρος, ἀνὴρ τύπος ἐν πάσῃ ποντὶ τῷ τὰς ἐκκλησίας τάφῳ καὶ ἵψῃ, μεγαλοπρεπῆς, ὑμετέρων τοις, ἐπιτιθετος, φιλόθεους, φιλοπτωτος, ϕιλοπτωτος, ϕιλοπτωτος, πρεσβυτος, πρεσβυτος, εἰ περ τις ἔχεις » Suscepit sacerdotio principatum ibidem in alexandrino ecclésia Alexander, vir undeque reverabilis universo clero ac populo, magnificus, liberalis, facundus, aequus, religiosus, benignus, pauperum amator, bonus, lenis ad omnes, si quis alius. » Is autem etsi Arium lenitatem sua aliquamdiu studuit emendare, postea tamen pertinacia eius ac vafritia cognita, tribus eum concilii fortissime condemnavit, dioecesano alexandrini cleri, provinciali episcoporum Aegypti, tertio demum nicaeno oecumenico, cui primus post romanos legatos subscrispsit, ibique ob venerandam suam senectudem, dignitatem ac famam, visus est quoddammodo concutus totius dominator ac rector, ut ait synodus concilii epistola: « Λίξανθρος κύρος καὶ ποιωνός τῶν γεγενημένων τυγχάνων. Quamobrem a Theodoreto quoque hist. I. 2. dicitur evangelicorum dogmatum strenuus propugnator: « Λίξανθρος ο γενναῖος τῶν εὐαγγελιῶν διεγέρθεντος γενόμενος πρόσωπος. Reapere quiequit hactenus scriptorum Alexandri extabat, ab historicis ecclesiasticis conservatum, id Arium eiusque alumnos oppugnat; duas intellige epistolas, quarum prior prorsus insignis, tractatus plenissimi instar est, et omni laude maior. Atqui haec duae ex septuaginta supersunt; tot enim ab eo scriptas testatur Epiphanius haer. LXIX. 4: « Λίξανθρος ἐπίσκοπος γράψει ἐπιστολὰς ἐγκυρίους, αἱ τεσσαρεὶς πεντὲ γίγενονται ἐπί τοις τὸν ἀριθμὸν ἑπτάκοντα. Alexander episcopus scribit epistolas encyclicas, quae adhuc apud studiosos servantur, numero fere septuaginta. » Unius ex his fragmenta tenuia citantur a Maximo opp. T. II. p. 152. 155. Utinam haec in codicibus saltem syriacis conspiciendas se darent, quod nuper felicissime accidit athanasianis! Nunc in tanto scriptorum Alexandri naufragio, sermonem saltem unum in populi conceione habitum libenti animo excipiamus, in quo praeter cetera utilia, Christi divinitas passim praedicatur. Neque abest eloquentia (quam ei tribui a Gelasio diximus) nitida scilicet, popularis, et ore episcopali digna.

Sermonem hunc Alexandri suppeditavit codex syriacus val. membraneus, vetus, chaldaicus litteris duplice in laterculo exaratus. Habuit is sexaginta homilia (quarum nunc novem ob amissa folia desunt) patrum orthodoxorum Greg. nysseni, Greg. theologi, Basilii, Amphilochii, Ioh. chrysostomi, Procli, Isaaci (unum etiam Eusebii alex., nam mendum est in catalogo, alio nomine substituto, de die dominica.) Inter hos vigesimum locum tenet Alexandri hic sermo; quem auctor graece scripseral, Syri et Arabes, ut demonstravi, in linguis suas transtulerunt; de cuius sinceritate testimonia predicta codicum et auctorum dubitare nos nullo modo sinunt.

حَادِهَا وَحَدِيْهُ لَبِّيْهَا لَكَهِيْهَا لَكَهِيْهَا وَلَكَهِيْهَا فَمَا  
لَا تَعْفَعَا هَقِيْهَا مَنْيَا نَعْهَهُ بَهْهَ .

S. ALEXANDRI EPISCOPI (1) ALEXANDRIÆ  
SERMO DE ANIMA ET CORPORE  
DE QUE PASSIONE DOMINI.

**V**erbum , quod sine invidia de caelo demittitur , cordibus nostris irrigandis idoneum est , si nos virtuti eius parati fuerimus , non dicendo tantummodo verum etiam auscultando. Nam sicut imber sine terra fructus non gignit , neque terra sine imbre ; ita ne verbum quidem sine auditu fructificat neque auditus sine verbo. Porro verbum tunc fit fructuosum , cum id pronunciamus ; auditus pariter , cum auscultamus. Igitur cum verbum vim suam exprimit , vos quoque haud invide aurem praebete : et cum ad audiendum acceditis , omni vos invidia et incredulitate expurgate. Pessimae res invidia et incredulitas , quarum utraque iustitiae adversatur : etenim invidia caritati opponitur , fidei incredulitas : haud seclusa quam amaritudo duleedini , luci tenebrae , bono malum , vitae mors , veritati mendacium. Age vero quiunque his repugnantibus virtuti vi-  
tiis abundant , ii mortui quodammo-

<sup>11</sup> Ita in cod. *episcopi*, ut est etiam in magna eius epistola dogmatica, non *archiepiscopi*, ut deinde appellati fuerunt praesules alexandrini; vel potius hic titulus pro libito variat in eodd.

do sunt: namque invidi et increduli  
caritatem fidemque oderunt; quod  
qui faciunt, hostes Dei constitu-  
untur.

2. Quin vos itaque, fratres carissimi, homines invidos atque incredulos iustitiae hostes esse sciatis, ab his vide-licet cavete: fidem caritatemque amplectimini, quarum ope salutem consecuti sunt quotquot ab orbis initio usque ad hodiernam diem sancti homines extiterunt. Caritatis autem fructum haud verbis tantum exserite, verum etiam operibus, id est pia propter Deum patientia. Ecce enim Dominus ipse suam erga nos caritatem ostendit, non verbis tantummodo sed etiam opere, quoniam semet pro salute nostra pretium tradidit. Praeterea nos haud quemadmodum mundus reliquus, verbo creati fuimus, sed simul opere. Quippe mundum unius verbi vi Deus fecit existere; nos tamen verbi pariter operisque efficaciam produxit. Etenim Deo haud satis fuit dicere: faciamus hominem ad imaginem similitudinemque nostram, sed opera verbum statim subsecenta est: nam sumpto de humo pulvere, hominem ex eo formavit, imagini suae similitudinique conformem, in eumque inspiravit vitae spiracula, ut fieret Adam anima vivens.

3. Sed enim cum subinde homo errore suo se inelinasset ad mortem , necesse fuit ut illa forma denuo ad salutem ab eodem artifice suo reformaretur. Etenim forma quidem sub terra putris iacebat; verumtamen inspiratio illa, quae instar spiraeuli vitæ fuerat , corpore separata tene-

broso loco detinebatur , qui infernus vocitatur. Discidium ergo erat animae a corpore ; illa ad inferos relegata, hoc in pulverem resoluto : magnumque erat intervallum , quoniam minus invicem convenienter ; quia carne soluta , corpus corrumperit ; ligata anima , cessat eius actio. Sicut enim tradito in vineula rege , ruit civitas ; capto duce , dissipatur exercitus ; gubernatore depulso , mergitur navigium ; ita vineulis animae inieictis , corpus eius dilapsum est , ceu sine rege civitas ; membra eius dissoluta , veluti fit in exercitu duce amissio , atque in mortem demersa , quod navi usuvenit gubernatore destitutae. Anima igitur hominem dirigebat , quamdiu corpus supererat ; ceu rex urbem , dux exercitum , navim gubernator. Attamen ei regendo impotens fuit , ex quo ipsa immobiliter alligata fuit , atque in errorem demersa ; propterea quod a recta via declinavit , tentatores sectata est , fornicationi , idolorum cultui , cruentis caedibus , operam dedit : quibus facinoribus proprium destruxit hominem. Sed ipsa denum in infernum delata , illic ab improbo tentatore detenta fuit. Ceteroquin illa , ceu rex lapsam urbem restituit , dux dispersum exercitum colligit , nauta fractam navim reparat ; sic , inquam , anima corpori adhuc suppetias ferebat , ante quam illud in pulverem solveretur , nondum ipsa vineulis alligata. Sed postquam anima non materialibus vineulis , sed peccatis alligata fuit ,

كَحَاهَهُمَا نَدَا حَتَّىْهَا . حَلَّكَهُنَا  
فِي لَانِاصِهِ مَعْدُهُ لَهُنَا بِمُكْنَهِ  
كَبَ عَنَا حَلَّهُ . وَبِهِ كَبَ لَمْسَهِ  
كُعُّلَا . مَعْدُهُ مَعْدُهُ . حَلَّهُ

كَنْ دَنْ أَنْعَا لَمْأَهِ حَلَّهُنَّهُ .  
كَنْ أَنْعَا بَقَعَهُ قَبَوْصَا لَدَهُنَّهُ .  
أَنْهَا بَقْنَهُ وَحَدَّهُ لَمْأَهِ مَهْنَهُ .  
عَلَّلَهُهُ بَقَعَهُ وَتَتَهُ لَهَّهُ حَتَّىْهُ .  
مَلَهُمْ لَهُمْ أَحْبَهُمْ حَدَّهُ لَهُ لَهُنَّهُ .  
أَعْكَلَتْ . أَمَكْلَهُ بِاهَدْ تَعْسُهُهُ .  
أَمَلَهُ . أَمَلَهُ بَقَلَهُ لَهُنَّهُ .  
هَلَّهُ لَهُ حَدِبَنَهُ . وَلَهُنَّهُ لَهُ سَمَا حَدَّهُ .  
أَهَمَهُ . كَنْ سَبَا حَنَّهُ . حَصَنَهُ وَاهَهُ .  
أَنَّهَا فِي أَنْهَا فَنَّهَا . وَهَنَّهَا . دَنَّهَا فِي  
عَلَّلَهُمَا مَكْلَهُ حَدَّهُ . أَنَّهَا مَلَهُمْ  
أَحْبَهُمْ . أَنَّهَا فِي حَدَّلَهُمْ حَدَّهُ .  
أَنَّهَا فِي أَنَّهَا فِي حَبَّلَهُمْ أَنَّهَا فِي حَلَّهُ .  
حَلَّهُنَّهُ لَهُ لَهُ لَهُ . أَنَّهَا فِي حَادَهُ .  
أَنَّهَا فِي أَنَّهَا فِي حَنَّهُ . أَنَّهَا فِي حَلَّهُ .  
شَحَّهُ لَهُ لَهُ لَهُ شَفَّهُهُ وَهَدَهُ . حَلَّهُ  
كَنْ أَنْهَمَهُ مَهَّهُ لَهُ لَهُنَّهُ حَدَّهُ .  
كَنْ أَنْهَمَهُ مَهَّهُ لَهُ لَهُنَّهُ حَدَّهُ .  
وَهَهُهُ . دَنْ مَكْلَهُهُ قَسْكَلَهُ لَهُ  
كَلَّهُ . لَكَلَّهُ صَلَهُ حَقَّهُ . أَهَدْهُ وَهَهُهُ .  
كَلَّهُنَّهُ حَعْتُهُ حَهُهُ لَهُ حَمَّسَهُ .  
مَهَّهُهُ . أَنَّهَا مَصَنَّهُ لَهُنَّهُ حَنَّهُ .  
أَنْكَلَهُ . لَهُنَّهُ بِهِ حَنَّهُ لَهُ سَمَا . حَدَّهُ .  
بَحَنَّهُ . فِي حَدَّلَهُ دَفَّهُ لَهُ . حَسَّهُ .  
فَزَرَهُ حَعْنَهُ . أَعْصَلَهُ صَدَهُ . فَهُنَّهُ  
كَلَّهُ . صَهُهُ بَعْلَهُ . لَعَنَّهُ حَمَّنَهُ .  
حَتَّنَهُ وَمَدَّهُ . وَبَهُهُ لَهُ حَتَّهُ اَمْكَبَهُ .  
هَكَبَهُ . وَبِهِ بَهُهُ بَهُهُ لَهُ مَهَّهُ .  
حَافَّهُ . حَفَّهُ حَنَّهُ . تَهُبَّهُ حَدَّهُ .  
حَتَّهُ . حَلَّهُ مَهَّهُ . عَتَمَهُ بَهُهُ لَهُ .

ideoque ad agendum facta impotens ,  
tunc corpus suum in terra destitut ,  
atque in infernum depressa , scabel-  
lum mortis effecta est , et cunctis de-  
spicabilis .

4. Exivit de paradiso homo ad  
eam regionem , quae iniustiae , forni-  
cationis , adulteriorum , cruentarumque  
caedium sentina erat , ubi  
etiam exitium nactus est : etenim om-  
nia ad necem eius conspirarunt , et  
vix hue ingressum pessum dederunt .  
Carebat interim quolibet solatio ho-  
mo , omnique ope et quiete . Quan-  
donam enim bene homini fuit ? Num  
materno in utero ? Atqui ibi con-  
clusus , parum a mortuo differebat .  
An dum sinū lacte nutririatur ? Ne  
tum quidem gaudium ullum persen-  
sit . An potius dum adolesceret ? At-  
qui tunc maxime impendebant peri-  
cula , propter iuveniles cupiditates .  
Num denique dum senesceret ? Enim-  
vero tunc ingemiscere coepit , senii  
pondere pressus et mortis expecta-  
tione . Quid enim aliud senectus est ,  
nisi mortis expectatio ? Reapse terri-  
colae omnes moriuntur , iuvenes ac  
seniores , parvuli adultique : nulla  
enim corporum statura a morte exi-  
mit . Cur ergo maerore tanto angitur  
homo ? Nimirum mortis aspectus tri-  
stiam parit : spectamus enim in ho-  
mione extinto faciem mutatam , fi-  
guram emortuam , corpus macie con-  
strictum , os taciturnum , frigidam  
cutem , oculos depresso , artus im-  
motos , cadaver humili abiectum , car-  
nes dilapsas , gelidas venas , ossa

albida, articulos resolutos, omnia  
in pulverem redigi, hominem diu-  
tinus non existentem. Quid ergo homo  
est? Flos inquam temporarius, qui  
in materno sinu non apparet, iu-  
ventute vigescit, senio in mortem  
marcidus abit.

5. Age vero post hoc omne mortis servitium , et hominis corruptelam , visitavit Deus creaturam suam , quam ad imaginem similitudinemque propriam formaverat ; idque egit , ne haec perpetuum mortis ludibrium foret. Misit ergo Deus de caelo incorporeum filium suum , ut in virgineo sinu carnem sumeret ; atque ita aequum ac tu , homo factus est , ut hominem perditum salvificaret , eiusque omnia sparsa membra colligeret. Etenim Christus , dum hominem personae suae copulavit , id adunavit quod separatione corporis mors disperserat. Passus est Christus , ut nos aeternum vivamus. (1) « Seens enim » cur Christo moriendum erat? Num- « quid morte dignum commiserat ? » Cur carnem sibi induit , qui gloria « conuestiebatur ? Cumque Deus es- » set , cur homo est factus ? Et cum is « in caelo regnaret , cur in terram se- » demisit , et in virginis utero incar- « natus est ? « Quaenam , oro , ne- » cessitas Deum coegerit in terram » descendere , carnem adsumere .

۵۰ مسماٰ حَمِّلَه تَنْعَالاً لَّا بِمَلَدَه .  
۵۱ تَنْعَالاً مَلَدَه لَّا تَنْعَالاً . تَنْعَالاً  
۵۲ حَلَّا أَصْدَأ . حَمِّلَه لَّا مِهَدَه . حَكْلُه دَهَه  
۵۳ . حَمِّلَه لَّا مَلَدَه تَنْعَالاً .  
۵۴ مَلَدَه تَنْعَالاً .

1) *Sequentia*, quae uncis inclusimus, edita iam a nobis fuerant sub eiusdem Alexandri nomine in Spicilegii rom. tomo III. p. 699, inter excerpta patrum ex codice arabico vaticano 101, quo continetur opus celebre monophysiticum, cui est titulus *fides patrum*. Constat ergo sermonem hunc graecae ab Alexandro conscriptum, postea non in syriacam tantummodo sed etiam in arabicam linguam fuisse translatum. Porro hoc Alexandri, et aliis aliorum patrum similibus testimoniis abutebantur Monophysite, ut uniam Christi naturam adstruerent; quia videlicet idiomaticum (ut theologi loquuntur) communicationem ignorantibus vel negantes, res passiones humanas, divinae naturae proprias faciebant, quam ipsis solam in Christo agnoscabant, absorpta guttae instar, ut aiebant, humanitate ab oceano veluti deitatis.

» panniculis in praesepi involvi, la-  
» etante simu ali, baptismum a famulo  
» suscipere, in crucem tolli, terreno  
» sepulero infodi, a mortuis tertia die  
» resurgere? » Quaenam eum, in-  
quam, necessitas compellebat? Satis  
exploratum est, opprobria illum, ho-  
minis gratia esse perpessum, ut eum  
morte expediret, et ore veluti prophetae  
exclamasse dicentem: pertuli tam-  
quam parturiens\*. Re sane vera per-  
tulit pro nobis dolores, ignominiam,  
cruiciatus, necemque ipsam ac sepultu-  
ram. Sic enim ipsem per prophetam  
ait: descendere me fecit in profun-  
dum\*. Quis porro eum descendere fe-  
cit? impius nimirum populus. Aspie-  
te, o homines, aspicite quam fecerit  
Israhel remunerationem! Benefacto-  
rem suum interemis, malum pro bono  
reddens, pro gaudio afflictionem,  
pro vita necem! Ligno suffixum ne-  
caverunt eum qui illorum mortuos  
suscitaverat, claudos sanaverat, lepro-  
sos mundaverat, caecos illuminave-  
rat. Aspice, o homines, aspice omnes  
populi, prodigia nova! Ligno  
eum suspenderunt, qui terram expandit:  
(1) clavis eum confixerunt, qui  
mundi fundamenta stabilivit: circum-  
scripserunt eum qui caelum circum-  
scripsit: vinxerunt illum, qui peccato-  
res absolvit: acetum potaverunt illum,  
qui iustitiae potum praebuit; felle eum  
paverunt, qui vitae cibum obtulit:  
manus pedesque eius corruperunt,  
qui illorum manibus pedibusque me-  
delam fecit: illius oculos vi elauden-  
dos curarunt, qui visum ipsis resti-

(1) Huc pertinet fragmentum quod Mocaffaeus, ut in monito dixi, ex Alexandri hoc sermone excerpit.

tuerat : sepulcro eum tradiderunt ,  
qui mortuos tum ante suam passionem  
tum etiam in cruce pendens suscitavit .

6. Etenim quum Dominus noster in cruce pateretur, monumenta dirupta sunt, patuit infernus, animae prosilierunt, mortui ad vitam sunt regressi, multique ex his visi sunt Hierosolymis, dum crucis mysterium perficiebatur: quo tempore Dominus noster mortem calcavit, inimicitiam dissolvit, fortis alligavit, crucisque trophyum erexit, corpore suo in id sublato, ut corpus appareret sublime, mors autem sub carnis pede depressa. Tunc caelestes virtutes miratae sunt, angeli obstupuerunt, tremuerunt elementa, creatura omnis concussa est, dum mysterium novum spectaculumque terrificum in orbe editum cerneret. Plebs tamen universa mystrii inscia deridendo Christo exultabat; quamquam terra nutaret, querentur montes vallesque et pelagus, atque universa Dei creatura tumultu svereret. Caeli luminaria expaverunt, sol fugit, luna disparuit, sidera lumen suum substraxerunt, dies cessavit; templo excessit attonitus post velum discessum angelus, tenebrae telurem obruerunt in qua Dominus eius oculos clauserat. Interim infernus luce splenduit, quoniam illuc astrum descendit. Ad inferos Dominus haud equidem corpore sed spiritu venit. Is videlicet operabatur ubique: etenim dum corpore mortuos suscitabat, spiritu animas liberabat. Nam corpore Domini nostri suffixo, sepulcra ut diximus aperta sunt, re-

بِ تَقْعِدًا لَّا تَعْلَمُونَ . إِنَّهُمْ  
عَنْهُمْ لَغَافِلُونَ . وَمَوْعِدُهُمْ  
لَهُدُودٌ كُلُّهُمْ لَمْ يَرَوْهُ  
يَوْمًا . تَقْعِدًا فِي لَعْنَدِ  
هُنَّ عَنْهُمْ . تَسْدِلُ وَرْقًا لَّمْ يَرَهُ  
أَوْكَانًا .

clusus infernus , mortui vitam recc-  
perunt , animae in mundum sunt re-  
missae ; quia Dominus inferos vicerat ,  
mortem calcaverat , hostem pudore  
suffuderat ; ideoque animae ex infe-  
ris prodierunt , mortuique in terris  
apparuerunt .

7. Cernitis itaque quanta Christi mortis vis fuerit! siquidem neque creatura occasum eius aequo animo tulit, neque eiusdem passionem elementa, neque tellus eius corpus retinuit, neque infernus spiritum. Cuncta in Domini passione turbata fuerunt atque convulsa. Dominus, ut antea Lazaro, inclamavit: exite de vestris tumulis mortui vestrisque loculis: etenim ego Christus resurrectionem vobis communico. Tunc enimvero terra corpus Domini nostri sepultum diutius contineere non potuit; sed indulge, Domine mi, exclamavit iniquitatibus meis, irae me exime, maledicto absolve, quod iustorum sanguinem exceperim, nec non corpora humana, tuumque ipsum corpus obruerim. Quale demum hoc est mirum mysterium? Cur, Domine, in terram descendisti, nisi propter hominem ubique terrarum dispersum? quandoquidem omni loco pulera imago tua disseminata erat. Quod si tu vel una vocula imperasses, cuncta se illico corpora coram te stitissent. Nunc quia in terram venisti, figurantique tui membra quaesisti, hominem tuum suscipe, depositum recipe, imaginem tuam Adamumque tuum recuperata. Tunc Dominus tertia ab obitu die resurrexit, hominem ad Trinitatis cognitionem perducens.

Tunc omnes humani generis nationes per Christum saluae extiterunt. Unus iudicium subiit, millia plurima absoluta fuerunt. Ille autem homini quem salvaverat similis factus, in caeli eulmen conseendit, patri haud aurum argentumve aut pretiosos lapides, sed hominem oblaturus quem ad imaginem similitudinemque suam formaverat: atque hunc pater sua dextera extollens, sublimi solio collocavit, et populorum iudicem fecit, angelorum exercituum ducem, cherubinorum aurigam, verae Hierusalem filium, virginis sponsum, per omnia saecula saeculorum. Amen.

لَعْدَةٌ . لَمْ يَرِدْ فِي إِلَيْكُمْ  
لَكُمْ أَنْعَامٌ وَمَنْهُمْ لَكُمْ نَعْمًا مَلْعُونًا  
لَكُمْ دِيْنٌ وَمَعْصِيَةٌ . فَمَا حَفِظْتُمْ مِنْ وَحْشَةٍ  
دَاهِيَةٍ . لَكُمْ دِيْنُكُمْ فَلَا  
مُلْكٌ لِّلْأَقْوَافِ إِلَّا لَكُمْ . لَكُمْ  
أَنْعَامٌ وَلَكُمْ حَرَبٌ لِّلْمُجْرِمِينَ  
لَكُمْ دِيْنُكُمْ . لَكُمْ أَنْعَامٌ وَمَعْصِيَةٌ  
لَكُمْ دِيْنٌ وَمَنْهُمْ صَادِقُوهُنَّا وَهُنَّا  
لَكُمْ حَرَبٌ لِّلْمُجْرِمِينَ إِلَّا لَكُمْ . مَنْ أَنْتُمْ

ADDITIONALMENTUM IN CODICE CUM VARIA LECTIONE.

Igitur formam suam Deus visitare volens ,  
quam ad imaginem ac similitudinem suam fin-  
ixerat, postremis temporibus filium suum incor-  
poratum unicunque in orbem terrarum misit,  
qui in virgine sinu incarnatus , homo perfe-  
ctus nascetur , ut perditum hominem erige-  
ret, dispersa eius membra recolligens. Secus  
enim , cur Christo moriendum fuit? Num ipse  
ucus mortis era? Cumque Deus esset, cur factus  
est homo? Cur ad terram descendit, qui in caelo  
regnabat ? (1) « Quis Deum coegerit in terram se  
demittere, de sancta virgine carnem sumere,  
fascis in praesepi involvi, lacte nutritri , in  
Iordanem baptizari, a populo illudi, ligno con-  
figi, in terrae sinu sepeliri , tertioque die ex  
mortuis resurgere , redēptionis causa ani-  
mam dando pro anima , pro sanguine san-  
guinem, mortem pro morte obēndo ? Nam  
Christus moriens mortis debitum, cui homo  
erat obnoxius , dissolvit. O novum myste-  
rium atque ineffabile! iudex iudicatus est: is  
qui a peccatis absolvit, ligatus fuit: illusum  
ei fuit, qui mundum formaverat; extensus (in  
cruce) est, qui caelum extenderat : felle pa-

دَعْوَةُ عَدَمِهِ لِمَنْ لَمْ يَكُنْ حَاضِرًا وَمُنْتَهِيَّا  
وَبِحَالَةٍ : أَمْ وَلَدَنَا وَبَطَّنَاهُ . حَقْهُ كَعْسُونَاهُ  
حَدَّتْ بِلَا حَصَنَاهُ حَمَدَّهُ إِلَيْنَا . بَطَّهُ وَلَا يَعْلَمُ  
حَدَّهُ كَهَدَهُ . وَلَا لَدَنَاهُ إِلَيْنَا . أَنْفَهُ مَهَدَهُ  
وَبِحَالَةِ حَدَّهُ أَنْفَهُ وَأَنْفَهُ فِي مَنْتَهِيَّةِ  
حَدَّهُ وَمَنْ . وَلَا حَصَنَاهُ إِلَيْنَا مَهَسَّنَاهُ . حَدَّهُ حَمَّةَ  
وَبَطَّنَاهُ وَلَا حَصَنَاهُ إِلَيْنَا مَهَسَّنَاهُ . حَدَّهُ حَمَّةَ  
حَدَّهُ لَا يَلْمَسُهُ لَكُوْنُ . حَعْنَاهُ وَلَا يَسْتَهِنُ  
لَكُوْنُوكُ . حَدَّهُ حَمَّةَ لَا يَكْتُنُهُ لَكُوْنُ حَعْنَاهُ . حَدَّهُ  
حَمَّهُ لَكُوْنُوكُ وَلَدَنَا الْحَمَّا لَلَّا يَوْدُونَا . وَلَا يَعْلَمُ  
حَمَّهُ حَلَّهُ كَهَدَهُ . وَلَا يَأْتِي مَلْحَانَا  
حَدَّهُ كَهَدَهُ حَاهَهُ . وَلَا يَأْتِي مَلْحَانَا  
حَتَّىْهُ . وَلَا يَجْعَلُهُ حَمَوْيَهُ . وَلَا يَلْعَبُهُ  
حَكْنَاهُ . وَلَا يَكْلَمُهُ  
دَعْوَةُ كَعْسُونَاهُ مِنْ حَمَّهُ تَهَمَّهُ  
كَهَدَهُ كَعْسُونَاهُ . دَعْوَةُ كَعْسُونَاهُ تَهَمَّهُ  
سَهَّلَهُ تَهَفَّهُ . حَمَّهُ سَهَّلَهُ حَصَنَاهُ . وَلَدَنَاهُ سَهَّلَهُ  
وَلَدَنَاهُ . حَمَّهُ سَهَّلَهُ . حَمَّهُ حَمَّهُ وَسَهَّلَهُ  
تَهَفَّهُ . وَلَدَنَاهُ تَهَفَّهُ . وَلَدَنَاهُ حَهَهُ كَهَدَهُ . وَلَدَنَاهُ

(1) Totus hic, quem virgulis distinguimus, locus extat, ut in monito diximus, ex eiusdem Alexandri nominatum sermone in arabicam linguam translato, apud nos Spicil. rom. T. III. p. 699. Et quidem nunc patet unum esse fragmentum, non autem in duo divisum, ut perperam fieri videbatur in codice arabico.

stus ille est, qui manna cibi loco suppeditavit : sepulcro traditus, qui mortuos resuscitat. Obstupuer virtutes, mirati sunt angeli trepidarunt elementa, res creata universa concussa est, terra tremuit, eiusque fundamenta nutarunt : sol fugit, elementa subversa sunt, lux diurna recessit; quia Dominum suum crucifixum cernere non sustinuerunt. Creatura attonita dixit: quae est haec mysterii novitas? index iudicatur, et tacet; invisibilis cernitur, nec confunditur: capitur incomprehensibilis, nec indignatur: immensus mensura continetur, nec repugnat: impassibilis patitur, neque suam iniuriam uilescitur: moritur immortalis, neque conqueritur: caelestis sepeletur, id que aequo animo fert. Quale hoc, inquam, mysterium est? Certe creatura stupore defigitur. » Cum autem Dominus de morte surrexit eamque conculeavit, cum fortem alligavit, hominemque liberavit, tunc omnis creatura propter Adamum mirata est iudicatum iudicem, visum invisibilem, passum impassibilem, mortuum immortalem, caelestem terra sepultum. Nam Dominus factus homo; damnatus est, ut misericordiam impertiretur; ligatus, ut solveret; comprehensus, ut liberaret; passus, ut passiones nostras sanaret; mortuus, ut vitam nobis redderet; sepultus, ut nos susciret. Etenim paciente Domino, passa est eius humanitas, quam similem homini habebat; atque illius passiones, qui ei similis erat, dissolvit; et moriens, mortem perembit. Idecirco in terram descendit, ut mortem persequens, rebellum hominum interfectricem occideret. Unus quippe iudicium subiit, myriades liberatae fuerunt: unus sepultus, myriades resurrexerunt. Hic est inter Deum et homines mediator: hic est omnium resurrectio et salus: hic est errantibus dux, pastor hominum liberatorum, vita mortuorum, cherubinorum auriga, angelorum antesignanus, et rex regum; cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

*Timothei patriarchae alexandrini sermo quidam extat in codice arabico vat. CLXXII., ex gracco sine dubio translatus; quia numquam arabice Timotheus locutus est. Codicis descriptionem ex Assemani schedis sumptam habes in nostro volume IV. Script. vet. p. 312; non sine mendo tamen Timotheus ibi dicitur patriarcha alexandrinus XXII., cuiusmodi potius fuit Timotheus senior orthodoxus, cui successit Theophilus magni Cyrilli patruus. Iam vero quum in hoc sermone Timotheus Cyrrillum patriarcham memoret, immo se diserte Dioscori successorem adfirmet, sequitur ut is sine dubio Timotheus Aelurus sit, impius ille ac turbulentus, concilii chalcedonensis osor, ut etiam inventum eius ab Anglis scriptum demonstrat, qui sedem alexandrinam semel et iterum occupavit. Hunc ego sermonem quum merito aliquo historico commendari viderem, nolui negligere, praesertim quia et alibi (*Spicil. rom. T. III. p. 708.*) eiusdem Timothei oratiunculam edidi, quam partim Cosmas quoque indepleusta non indignam excerpto putaverat. Ceterum quia nonnulla in hoc sermone fabulosa propemodum videbantur, aut minutiora, quae mihi certe festinanti iniucunda erant, partes eius nonnullas levi ut reor dispedio praetermisi.*

## TIMOTHEI ALEXANDRINI

### SERMONE.

**S**ermo brevis quem dixit Timotheus Alexandriæ patriarcha, de tempore quo magnum indictum fuit sanctum concilium, de qua dedicatione magni monasterii sancti nostri patris Pachomii apud Fau, quod Dei voluntate, et Theodosio imperatore mandante aedificatum fuit a reverendo Poctore eremitarum praesule; quae dedicatio perfecta fuit die quinta mensis athyr.

Hodie nobis adesto, o prophetarum vocalissime, et seraphinorum spectator, qui olim clamasti dicens : « in die illa erit altare Domini in medio terrae Aegypti, et planta Domini iuxta terminum eius. » Recte prorsus, o propheta sancte, universo orbi nunciasti altare hoc Domini, supra quod animae nondum tum creatae attollendae erant atque offerendae. Cur tu cetera, quae primis mundi saeculis altaria extiterunt, non memorasti? Minime, inquit propheta, quia in illis bruta animalia immolabantur; verumtamen in hoc nostro verus Dei agnus offertur, qui mundi peccata tollit. Planta autem est monasterium hoc Domino aedificatum, propter famulum eius Pachomium, qui ibi adest, atque innumerabilium dicatarum Deo animarum turbam ibidem facit consistere. Is enim primus, iuxta apostolorum doctrinam com-

munis vitae genus, seu contubernium, instituit; primus ipse, planta fuit, via, rector, ac legislator monasteriorum quotquot in orbe sunt. Nam quod verbum dixit prophetæ Deus de hoc monasterio, idem patri nostro sancto Pachomio dictum fuit, nempe tibi fundamentum fore, et sine fine nomen gloriosum.

Nunc rem audite, carissimi, quam ego oculis vidi et manibus contrectavi. Quo tempore pater mens Cyrilus Alexandriæ patriarcha erat, sanctus autem Poctor eremitas apud Taphnaiam regebat, illustris denique propheta Scianuthes eremitis aequaliter in Athribi monte praererat; imperator Theodosius, hos ad concilium vocavit, quod insani Nestorii causa celebrandum curabat. Iam Poctor lectis, quas accepérat a sancto Cyrillo et ab Imperatore, litteris magnopere doluit, quia ante id tempus nulli ipse concilio interfuerat. Cunctis itaque convocatis fratribus ait: audite, fratres mei benedicti: vocat me ad concilium Imperator; vos interim institutum servate, in lege ac mandatis Domini ambulate, prout patres nostri iusserunt; et preces pro nobis fundite, ut nos Deus restituat vobis incolumes etc.

Quum vero ad patris nostri Scianuthæ

monasterium sanctus Ptoctor venisset, ab illis monachis receptus, eisdemque comitantibus nave insecusa, Alexandriam descendederunt; quo ingressi, adventum suum sancto Cyrillo patriarchae nunciarunt, qui magnopere visis illis laetus est, mutuisque osculis salutarunt. Porro et ipse negotiis expeditis, navim simul concendit, quam Deo favente intra paucos dies Constantinopolim appulerunt: urbemque ingressi, extra palatii portam substiterunt, quasi abiectae conditionis homines, nemine invento qui Imperatorem de ipsorum adventu certiorem faceret. Interim elato supercilio Imperatorem frequenter adibat Nestorius, opibus suis fidens: donec infimum quendam, qui Imperatorem adibat, cernens Ptoctor, rogavit ut sibi admissionem a principe impetraret: quo reapse rem significante, mandavit Imperator ad se homines introduci; quibus conspectis, de sella consurgens osculum dedit, iussisse que secum sedere; hique vicissim Imperatori regnoque eius benedixerunt.

Deinde Imperator introductis ad se sancto patriarcha Cyrillo et sancto Scianuthe, reverenter cum iis de fide verba fecit, atque se illos ad hoc concilium vocasse, ut Nestorii negotium atque dicta examinarent. Interim, venerandi patres, apud me esse sine reverendum Ptoctorem; vos vero, episcopi, cum Nestorio Ephesi congregate, qua ex urbe actiones vestras synodicas ac disputationes ad me mittetis, quarum mihi reverendus Ptoctor explanator erit. Tunc Ptoctori Imperator palatii partem tamquam eius suique monasterii propriam adsignavit. Sanctus vero Cyrillus cum Scianuthe ad concilium prout Imperator iusserat perrexerunt; ibique multis exantlati laboribus, Nestorium impium excommunicarunt Deo volente, faventibus sancti Ptoctoris precibus, Christi demum praecipuo auxilio. Tum sanctus Ptoctor operam dedit ut Imperator Nestorium exulm relegaret in Aegyptum in loco cui

nomen Sansalge; quem ille incoluit, donec ulceribus blasphemiae eius adversus Christum dominum vindicibus, horrenda morte periit.

Post haec postulavit ab Imperatore sanctus Ptoctor, ut sibi opem conferret ob aedificandam apud suum monasterium amplam ecclesiam, quae regni eius monumen-  
tum esset; quandoquidem aula, inquit, in qua fratres orantes conveniunt, angusta est. Item petiit arcem fieri adversus barbaros munimentum; agrum quoque sibi dari serendis oleribus, quia his unice fratres vescerentur; fossam denique circumduci, et in platea palaestram effici. Cui annuens Imperator etc. *Sequitur aedificationis descrip-  
tio; post quam sic pergit narratio.* Aedificio incepto, liminibusque superioribus positis atque columnis, mortuus est reli-  
giosus imperator Theodosius; cui Marcianus successit; eratque eo tempore magna fames, et in ecclesia perturbatio. Tunc in exilium pulso patriarcha (Dioscoro) apparuit sancto Ptoctori angelus Domini, monuitque ut sumpto pane, patriarcham inviseret, et moerentem cum filiis suis solaretur. Sine mora igitur ad exulis patriarchae stationem accessit; eoque salutato, poste de more venit ad metropolim: cui illuc demortuo datus est successor in monasterio Mardarius. Deinde vita excessit reverendissimus pater meus Dioscorus in exilio; cuius me successorem, meritis licet contrariis, in sede alexandrina crearunt. Exin obiit imperator Marcianus, regnavitque post eum Leo; moxque intra paucos dies ecclesiae tempestas quievit.

Sanctus autem senex Mardarius ecclesiae aedificium absolvit die xx. mensis thoth; neque Alexandriam tantummodo ve-  
nit, nobisque rem significavit, verum etiam Constantinopolim usque ad Imperatorem perrexit, quem ita adfatus est: en Deo tua-  
que maiestate favente, templo coronidem imposuimus, quod imp. Theodosii iussu, et sancti Ptoctoris cura coeptum fuerat.

Iubeat ergo dominus noster Imperator consecrari templum in nomine patris nostri ac prophetae Pachomii. Cui Imperator: redi, inquit, ad monasterium tuum, et dedicationi necessaria para; nam patriarchas ad illam peragendam ipse mittam etc. *Sequitur rei minuta narratio. Episcopi adfuisse dicuntur DCCCXXIV., quos inter ipse Timotheus; monachi sex mille, praeter alios monachos bis mille et trecentos,*

*quos Mardarius ex suis XXIV. monasteriis evocaverat; hique omnes sacram corporis Christi communionem biduo suscepisse dicuntur. Dedicatio denique cum missarum sollemniis die 25. mensis athyr peracta fuit. Quae diffusius in sermone dicta, partim etiam incredibilia (praesertim quia Timotheus haereticus monophysita angelorum et Christi colloquiis se honoratum iactat) a nobis omissa fuerunt.*

*Ex Anastasio presbytero apud nos Script. vet. T. VII. p. 35.*

1. Timotheus Aelurus, hostis ille veritatis, in epistola ad Leonem imp. scripta per Diomedem silentiarium ait. — Trinitatem enim agnosco perfectam, consubstantiam, gloria et aeternitate omnino inter se aqualem. Ita enim beati quoque cccxviii. patres apud Nicaeam congregati docuerunt: pariterque de ipsius domini ac servatoris nostri Iesu Christi incarnatione.

α'. Τιμόθεος Αἰλυρος, ὁ τὸν ἀληθέας ἔχθρος, ἐν τῇ γραφείσῃ παρ' αὐτῷ ἐπιτολῇ πρὸς Λέοντα τὸ βασιλέα διὰ τὸ σελενιαρίς Διομῆδες ἔφη. — Τριάδα γὰρ οἶδα τελέαν, ὄμοιόσιον, τῇ δόξῃ καὶ τῇ ἀιδιότητι ὡδὲν ἔσωταις πλέον ἢ ἔλαττον ἔχεσσαν· τέτο γὰρ καὶ ἐπὶ τοῖς Νικαίων οἱ μακαρεῖοι πατέρες τιν' ἐδίδαξαν ὥστε ἀμέντης καὶ περὶ τὸ σαρκωσεῖσαν τὴν κυρίαν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χειρός.

*Tum in epistola Iustiniani imp. tom. cit. p. 304. et 305. sic impie Timotheus loquitur.*

2. Timotheus octavo capitulo libri tertii, quem Chersonē scripsit. — Christi vero natura, sola deitas est, quamquam ille incarnatus est. Denuo Timotheus blasphemus in antirheticorum sermonum suorum secundo sic ait. — Non enim naturae rationem tenet, Dei Verbi incarnatio, sed oeconomiae supernaturalis a Deo patratae ex communi humanaque nostra natura seu substantia. Quam ob rem Christus et connaturalis et homogeneus et consubstantialis nobis dicitur secundum oeconomiae rationem, sive ex muliere nativitatem. Neque tamen natura vel substantia alicuius communis hominis appellatum fuit umquam immaculatum nobisque homogeneum Dei Verbi corpus.

3. Rursus Timotheus quarto suo dicti tertii libri capitulo haec ait. — Demonstrent nobis diphysitae duarum Christi naturarum differentiam, quam ipsi dicunt, si certe queunt.

β'. Τιμόθεος ἐν τῷ ὅγδοῳ κεφαλαίῳ τοῦ τρίτου βιβλίου, διπερ ἐν Χέρσωνι συνέχεια. — Φύσις ἡ Χριστοῦ μόνη Θεότης, εἰ καὶ σεσάρκωσε. Πάλιν Τιμόθεος ὁ βλασφημος ἐν τῷ δευτέρῳ τῷ μὲν ἀντίρρητικῶν αὐτοῦ λόγων, οὔτες λέγει. — Οὐ γάρ φύσεως ἔχει λόγον ἢ τὸ Θεοῦ λόγου σάρκωσις, ἀλλ' οἰκονομίας ὑπὲρ φύσιν πραττομένης ὑπὸ Θεοῦ ἐκ μὲν τῆς κοινῆς καὶ ἀνθρώπινης ήμῶν φύσεως ἵτοι οὐσίας· διὸ καὶ ὄμοφυής καὶ ὄμοιογύης καὶ ὄμοστοις ἡμῖν λέγεται κατὰ τὸν τὸν οἰκονομίας λόγον, ἵτοι τῶν ἡγεμονίας γένησιν· οὔτε δὲ φύσις οὔτε οὐσία κοινοῦ τινὸς ἀνθρώπου προσηγόρευται πώποτε τὸ ἄχραντον καὶ ὄμοιογύης ἡμῖν σῶμα τοῦ Θεοῦ λόγου.

γ'. Πάλιν Τιμόθεος καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ τὸ εἰρημένον τρίτον βιβλίον λέγει τάδε. — Δεῖχωσιν ήμῶν διφυσίται τὸ δύο φύσεων τὸ Χριστοῦ διάφορὸν, ὡς αὐτοὶ λέγεσσιν, εἰ δύνανται.

δ'. Καὶ πάλιν Τιμόθεοῦ ὁ αἱρετικὸς προβάλλεται προφητικὴν ῥῆσιν λέγουσαν οὕτως· “ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους Ἐχριστὸν αὐτῷ, ἡ κύριος ὁ Θεὸς παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ\*.” „Εἶτα κακῶς ταῦτα ἐξηγούμενος ἐπάγει. — Αὐτὸς οὖν δι’ ἑαυτοῦ ἀπάγγειλεν τοῖς ἀνθρώποις τοῦτον ἴδων ὃ λίος ἔδυ μεσημέρια: ἀλλ’ οὐκ ἐδέχετο τοῦτο δι’ ἀνθρώπων γένεσα, ἵνα διὰ φύσεως ἀνθρωπίνης ἡ γὰρ ἀν πάντα τε καὶ παντελῶς ἔλυεν τὸ παρθενίαν ἢ ἀνθρώπων φύσις· εἰ γὰρ ἦν ἀνθρωπῷ καὶ φύσιν ἡ νόμον ὃ μέλλων ἀποτελεῖσθαι ἀνθρωπῷ ἐν μήτρᾳ τὸ παρθένον, οὐκ ἀν ἐρέχθῳ ὃς αὐτῆς, εἰ μὴ πρώτον τὸ παρθενίας λυθείσης.

\* Amos IV. 13.

4. Adhuc Timotheus haereticus, propheticum hoc dictum recitat: « annuncians hominibus Christum suum, et dominus Deus omnipotens nomen illi. » Dein prave id explanans addit. — Ipse ergo per se met nunciavit hominibus. Hunc videns sol, in meridie occidit. Verumtamen id hominis causa, seu propter humanam naturam, non evenisset. Praeter quam quod virginitatem omnino violavisset hominis natura. Nam si homo naturaliter communi lege fuisset, qui in virginis utero homo formandus erat, profecto haud inde editus partu fuisset, nisi soluta antea virginitate.

*Ex Leontio apud nos Script. vet. T. VII. p. 138.*

ε'. Τιμόθεος τὸ αἰλούρικὸν τὸ αἱρετικὸν τὸ μονοφυσίτικον, ἐκ τὸ πρὸς τὸ ἀλεξανδρέα Καλάνυμον διζηλέζεως. — Κύριλλος ἐσὶν ὃ τὸ ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος. Εἴτε γὰρ διάφορος τὸ σοφὸν τὸ δογματοδοξίας διερθρώσας κύριγμα, παλιμβολος φανεῖς, τάναγτα δογματίσας ἐλέγχεται· ἐπεὶ μιαν φύσιν τὸ θεῖον λόγον σεσαρκωμένην γεννήν λέγειν ὑποθέμμορος, ἀναλύει τὸ θεῖον αὐτῷ δογματισθὲν, ἢ μόνον φύσις ἐπὶ Χριστοῦ πρεσβεύειν ἀλίσκεται (1). ἡγετὸς τοις οἰκείοις λόγοις γνώσμορος, τῷ γάρ πρατθεῖν τὸ ἐκκλησίας δυσδιάλλακτον μάχλιον ἐνέσπειρε, ἢ ὥστε τινα φλόγα λαβθοτάτην ἐξάψει, τὸ τοῦτο πίστεως λόγον ἐνέπροπτον εἰ μὴ Θεόθεν φανεῖς ὁ πατέραρχης Σεβῖπος (2) τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ συγχρέμμασιν ἰάσατο Κυρίλλος τὸ ἀστατον ἡ παλιμβολος, καθάπερ τις φιλοπάτως νιὸς λώβιν τὸ φύσαντος οἰκείοις ἐσθέμασιν ἀμφιάσας.

Timothei Aeluri haeretici monophysitae, ex eius cum alexandrinico Calonymo dialogo. — Cyrillus est Alexandrinorum episcopus. Hic dum multifariam orthodoxiae doctrinam explicans, inconstantem se praebet, contraria dogmata tradere coarguitur: qui postquam unam pronunciavit dici debere Dei Verbi incarnatam naturam, mox dogma suum dissolvit, ac duas in Christo naturas profiteri deprehenditur. Qui carne passum Dei Verbum declaraverat, postea contra ait, nullatenus illud exceptisse pro nobis passionem. Sic ergo dictis ipse suis contradicens, hanc grassantem in ecclesiis vixque placabilem pugnam sevit; vehementer veluti flamma, sanae fidei doctrinam incendens. Nisi demum divinitus apparens Severus patriarcha sacris scriptis suis inconstantiam volubilitatemque Cyilli sanavisset: ceu quidam amans filius, dedecus parentis sui veste propria contingens.

(1) Cyrillum duas saepe Christi naturas adfirmavisse, nos quoque ostendimus in nuper editis eius opusculis. Sed bene est, quod ipsi quoque Monophysitae hanc Cyilli sententiam in eiusdem scriptis agnoverint.

(2) Quoniam Severum patriarcham nominat Timotheus, hic quidem Aelurus, ut perperam in titulo dicitur, esse nequit, qui pluribus ante Severi patriarchatum annis obiit. Est ergo hic potius Timotheus III, aequo haereticus qui iuniori Dioscoro successit, habuitque hospitem vel familiarem Alexandriae Severum, et cuius etiam disputatio quaedam a Liberato cap. 19. memoratur.

## DE MARTYRIO PATRIARCHA ANTIOCHENO

## MONITUM.

*I*nter varios sancti Iohannis chrysostomi vitae scriptores, quidam est græcus Anonymus a Savilio in octavo editionis suae tomo vulgatus, quem tamen postremus Chrysostomi editor Montfauconius, quamquam stilo non invenustum, recudere noluit, quia nihil fere ab eo ad maiorem argumenti notitiam conferri putavit. Attamen hoc novum neque levis momenti in illo erat, notante etiam Montfauconio, quod nomina 'XIX' auctorum recilabat, a quibus res gestae Chrysostomi commendatae litteris fuerunt: atque hos inter antiochenum patriarcham Martyrium ponebat; ad quem Anonymi locum Bollandiani (die 14. septembris T. IV. p. 406. col. 2.) sic commentantur: « floruit Martyrius saeculo V. et consequenter satis propinquus erat temporibus Chrysostomi ad gesta ipsius recte enarranda; sed nihil scriptorum eius innotuit. » Ego vero meminera� me ante complures annos videi in Leonis Allati schedis vallicellianis scriptum breve Martyrii de vita Chrysostomi: nunc autem, ne rivulum omisso fonte consecrator, codicem mihi notum vaticanum inspexi (unde Allatius quoque ut puto exscripsit) antiquum, miscellium, ubi inter cetera hanc Martyrii pretiosum gemmulum reperi cum eo titulo quem in fronte editionis recito. Hoc ego viso titulo, statim agnovi, non historiam proprie seu biographiam Chrysostomi, sed panegyricum a Martyrio scriptum, quod acque nonnulli alii fecerunt ab illo Anonymo memorati, v. gr. Proclus, et Ioh. damascenus, qui orationibus, quas præ manibus habemus, Chrysostomum celebraverunt. Nilominus auctoritate Martyrii permotus, qui coœvus Chrysostomo fuit, et codicis etiam raritati timens, qui cum fortasse sit unicus, pereunte eo, Martyrius simul periret, nolui mihi prorsus elabi edendi hoc scriptum occasionem; etsi ut dicit titulus, atque ipse textus demonstrat, nonnisi pars postrema laudationis est.

Ad Martyrii aetatem quod adlinet, Boschius (Palr. antioch. n. XLIII.) aliique historici factum eum patriarcham observant circa annum 459, dececessisse autem anno 471. Ergo quia Chrysostomus haud ultra annum 407. vitam produxit, sequitur ut Martyrius adolescens admodum Chrysostomo obente fuerit. Atqui in laudatione n. 4. adhuc quodammodo Martyrius dubitat num reapse extinctus esset Chrysostomus, an alicubi a persecutoribus occultatus; ergo orationem hanc sine dubio longe ante episcopatum suum scripsit Martyrius; quamquam is in titulo et nunc et olim episcopi nomen gerit, ut auctoriis operum post adeptos honores passim accidit. Ceteroqui causa pubilandii de sancti viri obitu, non tam re aliqua probabili nitebatur, quam piorum amantium desiderio diutino sustentabatur, qui talem episcopum ac parentem, si fieri posset, obuisse nolebant, deque eorum rumores varios inani expectatione cerebant quasi in angulis seythicis adhuc viveret; veluti exempli causa gens Lusitana de Sebastiani regis in proelio africano occisione diutissime dubitavit. Illud serio animadverendum est, quod Martyrius quidam constantinopolitanus diaconus Romanum ad Innocentium pro Chrysostomi causa venit (Montf. vit. Chrys. p. 154.) Utrum tamen idem homo fuerit, qui antiochenam postea cathedralm occupavit, mihi non satis liquet.

Pars haec, quam nos comperimus, panegyrici extrema, versatur ut par erat in extremis sanctissimi viri rebus, eiusque veluti martyrium celebrat, propter iniustissimam improborum hominum persecutionem. Hominem nullum nominatim appellat auctor, ut de viventibus potentibusque fieri solet, sed eos tamen claris satis coloribus designat, praincipueque senem Arsacium et Atticum, Chrysostomi ambos contra canonicam regulam successores. Sed in Atticum gravissime invehitur, quem alioquin passim historiae denotant ambitiosum, versipelleum, vafrum, quemque Paladius in dialogo de vita Chrys. cap. XI. omnium adversus Chrysostomum molitionum dicit artificem. Et quia Atticus post adversarii sui obitum, nullum lapidem non movebat, praesertim adsentationibus et pecuniae diribitione, ut mortales omnes in suam partem traheret, ab hac Martyrius pace et communione valde alienum se dicit, ceterosque omnes deterret: in qua sane discordia diu consentientes habuit tun orientales tum etiam occidentales episcopos, nec non ipsam romanam sedem, quae non nisi aegre seroque Atticum ad communionem suam recepit.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΕΚ ΤΟΥ ΕΓΚΩΜΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΩΑΝΝΗΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΝ  
ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΗΟΛΕΩΣ ΤΟΝ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΝ.

SANCTI PATRIS NOSTRI MARTYRIS

EPISCOPI ANTIOCHIAE

EX LAUDATIONE IN SANCTUM PATREM NOSTRUM IOANNEM CHRYSOSTOMUM  
ARCHEPISCOPUM CONSTANTINOPOLEOS.

α'. Άλλ' ἐπὶ τὸ μαρτύριον ἡμᾶς ᾧ παρέδει ὁ καιρὸς καλεῖ· μέρτουσιν στέφανον μὲν ἢ πατέρα δι' αὐτὸν ἢ πράγματος ἢ φύσιν, ἀνακηρύττου ἢ Θεοῦ τὸ πάντοφόν τε καὶ εὐρύχανον καὶ δυνατὸν εἰς τὸ ἀρότρον τοῖς ἀδύροις εὔρειν· τὸ γὰρ εὐχεδεῖ μὲν ἢ ἄγιον καταξιωθῆναι ἢ τοιούτῳ σεφάνῳ, ἢ καιρὸν ἢ τοῦτο μὴ ἔχειν, τὸ μὲν ἀστείας ἀπεληλαμένης, τὸ εὐσεβείας ἢ ὅπτεταμένης καὶ πάσης τὸ οἰκεμένης. Ξόπον δέ τινα εὐεργέτηνα μέρτυρις τοιότον, ὃν περ ἀδέρεις αὐτῷ προβάτον ἀστειέλεροι δοξάς ἀκούντες ἀξένυσαν, πῶς οὐχὶ τὸ Θεοῦ σοφίας τὲ καὶ ἴσχύος εἴναι τέτο ἔργον, πιστύτερον ὁφείλει; πῶς οὖν αὐτῷ καὶ οὗτος ὁ σέφανος ἐπλάκη;

β'. Ἐν τούτοις οἷς ἔφη τῷ μαρτυράματων ἀσάντων, ὑπεξίσταται μὲν ὁ γέρεων (1) οἱ ζωῆς ἐκτάτερος· ἐν ταύτῃ μὲν, σκείνεν· σὺν ἐκείνῃ ἂν, ταῦτης. Σίγεται δέ μετ' ἐκείνον, οὐ δι' ἐκείνης τὰ ἐκείνων δοκοῦντα εἶναι πράττων ἀπατα· οἰόμεθα μὲν λανθάνειν, λεληθώς ἢ οὐδένειν. Οὗτον τοῖς ἀνόπτοις γλυκὺς τὲ ἦν καὶ πιθανὸς καὶ κολακείας γέμων, πειθών τε ἀπαντας, μηδὲν εἴραι ὡν ἐπωίσης τότε, θέον ὄμνύνται μηδὲν εἰδένειν ὡν ἐλάληστότε, οὐ ἀθηναῖοι δαίμονας, τῆς ἀττικῆς δαισιδαιμονίας τὸ σύμβολον (2). οὕτω

1. Sed iam tempus nos vocat ad patris martyrium; martyrium, inquam, quod patrem quidem ipsa rei natura coronat, Dei vero summam sapientiam potentiamque depraedat, qui utilitatem ex noxiis extundere novit. Etenim quum vir sanctus hac se corona dignum haberi perecuperet, neque id tamen tempora concederent, postquam impius cultus depulsus fuit, vera autem religio totum orbem occupavit; martyrii genus quoddam adinvenire, quod ei homines ovina pelle induiti, vellent nolent, inferrent, nonne divinae sapientiae potentiaeque opus credendum est? Quomodo igitur haec ei corona contexta fuit?

2. In hoc medio, ut dixi, rerum cursu, ex utraque vita decedit senex; is qui in hac vita illam amiserat; et una cum illa hanc amisit. Fitque post eum (episcopus) ille, qui per illum ea quae sibi placuerat cuncta fecerat; putans quidem latere, neminem tamen latens. Hic ergo stultis gratius, et blandus atque adsentatione redundans, eunctis persuadens nihil iam superesse eorum quae tunc fecerat; cum iurare opus esset nihil eorum scire quae tunc dicaret, atheniensis nempe daemon, atticae superstitionis symbolum; hic, inquam, du-

(1) Arsacius, ut reor, qui decrepita aetate datus fuerat Chrysostomo successor.

(2) Suspicor denotari hoc loco Atticum, qui Arsacio successit, vivente adhuc Chrysostomo; ideoque obtrusus contra fas erat. Attici artes, quibus ad Chrysostomii exitium connisus est, eiusque dissimulatio

plici fama audita percellebatur, primo de sancti viri factis egregiis, quae in deserto etiam constitutus patrabat, plurimas hominum animas ex barbarorum manibus redimens paucis illis ac pauperculis quae ei supererant facultatis; alias autem diaboli laqueis eripiens, ea quam sibi labore et Dei beneficio comparaverat eloquentia; partim denique fame et exilio adflictos sanctae viduae nutriens cibariis; monasteria quin etiam condens in regionibus caede et rapina vivere solitis; quae omnia, universam quoque Antiochiae civitatem ad eum transferebant. Deinde commovebatur iustissimo Romanorum iudicio, qui magna congregata episcoporum multitudine, volebant ilico omnes tanto numero grandique impensa Constantinopolim sine mora venire pacis studio impulsi; sed tamen paucis aliquot censuerunt antea commitendum negotium; et quinque electos decreto episcopos, duosque ex magna Roma presbyteros, una cum illis qui hinc ad Romanos profecti erant episcopis, miserunt; nihil aliud ab imperatore petiituros, quam synodi celebrandae decretique eo super negotio condendi facultatem, nec non synodi tempus ac modum.

3. Qum itaque se cerneret (Atticus) tamquam grandi fluctu his auditis utrumque obrui; et illum (Chrysostomum) quidem ad summum virtutis culmen gloriacque elatum, hos autem instantes, et synodum omnino necessariam dicentes, atque illa censem etiam imperatoris maiorem

et fallacia ex historicis satis constat. Dicere autem videtur Martyrius atheniensem paulo tectius, ne dicat Atticum, quem utpote praepotentem, et archiepiscopali dignitate sublimem nominare metuebat. Ceteroqui Atticus oriundus erat Sebaste urbe Armeniae, et ex clero constantinopolitanus adsumptus ad cathedralm. Maled itaque fortasse aliquis, me quidem haud contradicuo, intelligere Athenaide, sive Eudociam augustam, Leontii atheniensis philosophi filiam, deinde ex ethnica, Attico nostro erudente et baptizante christianam, anno 421, quo Theodosio imp. nupsit.

(1) Sozomenus lib. VIII. 27. aliisque narrant patrata in exilio a Chrysostomo egregia opera.

(2) Intellige Olympiadem ex Nebridio viduam, cuius opes ad manus sancti viri delatae, in pauperes et captivos redundabant.

(3) Antiochia praesertim civi suo favebat Chrysostomo, cuius uberrimae eloquentiae toties plauerat.

Ad Antiochenos prope innumeritas misit ab exilio sanctus vir epistolas, ut dicitur in eius vita.

(4) Intelligit concilium romanum sub Innocentio pro causa Chrysostomi.

(5) Horum nomina leguntur apud Palladium dialog. cap. IV.

διπλῆ απληγεὶς ἀκοῇ, τόῦτο μὲν, ὡς τὸν ἄγιου κατορθωμάτων ἦν εἰργάζετο, καὶ ἐν ἔργοις καθίημφος. Ψυχὰς μυρίας τὰς μὲν ἐπὶ ὅρῳ βαρβαρειῶν ὀξεωτύμφος χειρῶν (1), οἵς εἰχεὶς μικροῖς καὶ αενιζοῖς γέρμασι· τὰς δὲ ἐπὶ τῷ σφραγίδει τρέχων ἀναστῶν οἵς εἰχεὶς πλησίως πόνῳ καὶ χάριτι κτινθεῖσι λόγοις· ἔπειρους λιμῷ καὶ φυγῇ πολεμημένας τῇ σῇ ἀγίᾳ χήρᾳς (2) γέρζεψαν ἀλεύοις· μοναστηρίᾳ τε φυτεύων ἐν φόνοις καὶ ἀρταγαῖς σωκτραφέσταις χώραις, ἀπέρι ἀπαντα μικροῦ καὶ τῷ Ἀντιόχου ἀστίν ἀπασαν μετώκισεν ὡς αὐτέν (3). Τοῦτο δὲ καὶ τῆς Ρωμαίων ὁρθοτάτης κρίσεως οἱ σωαγαγόντες ἐπισκόπων πλῆθος (4), ἐβούλοντο μὲν ἄφων πάντες ἀλλοὶ τε ὄντες καὶ μεγάλων τῷ βίᾳ δραμεῖν ἐπὶ τῷ Κωνσταντίνου τῇ τῆς εἰρήνης ὑπαρχούμενα, βέλτιον εἶναι διλγοῖς ὥν θησαν πρότερον ἐπιζέψαι τὸ πρᾶγμα, καὶ πέντε ἐπισκόπων ὑπάλεκτους (5) ἐψισταμόντοις. Άλιον τέ πρεσβυτέρους ἐπὶ τῆς μεγάλης Ῥώμης, σὺν τοῖς ἐθέντες ὡς αὐτῶν πρεσβυτερούμενοις ἐπισκόποις ἐπέμπωνται, μηδὲν ἔτερον αἰτήσοντας (6) βασιλέα, ή σωόδου τὲ ὑπέρτροπὴν καὶ ὄρον ἐν τῷ πράγματι, καιρὸν τέ τῇ σωόδῳ καὶ ζόπον.

γ'. Ως δὲ εἶδεν ἔσυτὸν ὕστερον ὑπὸ ζητημάτων δέ \* ἐν ἑκατέροις ἀκοΐς φεύγει τλούμφον· καὶ (7) μὲν ἐπὶ μεῖζον ὑψῷ αἱρόμφον ἀρετῆς τὲ καὶ πλόξης, ὅστις δὲ ἐνισταμένους, καὶ πάσαν εἶναι φάσκοντας ἀνάγκην τοῦ θρέμματος σύνοδον· ταῦτα τε βεβελώμενον, καὶ τοῦ κρατοῦντος ἄνω

τὸν ἀδελφὸν (1) Φαῖτού, τί ποιεῖ; Φαῖτα κατὰ τῆς ἐκκλησίας, ὃν ἡρός βραχέως εἶπον, ὑπεισελθὼν στρατηγὸν (2), πέλθει τὸν μὲν ἐκπέμψαι σὺν ἀτιμαζώς ἄν διλοτρίας ἐπιβεβικότας ἀρχῆς τὸν δὲ ἐνθέντες τῆς αὐτῶν δειθέντας βονθείας, ὡς τὰς ἐνθάδες ὑβρισαμένες βασιλείαν τὲ καὶ κρίσιν, ἐπὶ τὰς ὑπερορίαν μεταστῆσαι (3). αὐτῷ δὲ τῷ ἀγίῳ τρόπον ἐπινοῆσαι τελετῆς χαλεπώτατον, ἢν οὐ σιδηρῷ ἐποίησεν, ἀλλ’ ἢ πολὺ Φαῖτον χαλεπωτέρα ἀπαγωγὴν τε μακρὰ καὶ νόσος οὐσεῖδυμένην φυσικῆς σώματος ἀσθενείᾳ· καὶ ταῦτα ὅμοι ἐβουλεύσαντο, καὶ τὸ ἔργον εἴσατο· καὶ τά τε τῷ τέλος ἀλλαγῆς, ὃν εἰπεῖν ὁ σκέπτεται οὐχεῖ τρόπον· καὶ τότε τῷ πάντοις κατεπατεῖτο νόμῳ οὐ περὶ τῆς ἀρέσθεων ιερέων, περὶ εἰρήνης τὲ ἐκκλησιαστικῆς καὶ ὄμοροίας κοινῆς πρεσβεομένων.

δ'. Καὶ αὖθις Φαῖτον ταχίστην ἐκπέμπουνται δήμοις θυμῷ τε καὶ λικίᾳ ζεόντες, ἔφωτί τε λίμνητος καιόρδοι, ὃν αὐτοῖς ὑπέδηντε τὸ Φαῖτον πρᾶγματος κέρδος, ἐπὶ τῷ Φαῖτον ἀγρεῖν ὃν ἣν Βούλοιντο ἔπον· οἱ δὲ ἐπανύθοντες, τὸν τελετῶν τὸ παζὸς ἀπαγγέλντες κατεμένυσαν, Φαῖτον ταῦτης τρόπου λέγοντες ἄλλος· ἡμᾶς τί περὶ αὐτῆς ἀκόλθεθον ἔνοσιν, οὐ τείχουσιν· ὡς ἄρα ἀνελόντες αὐτὸν ἐκβοῆσαι τὸ πρᾶγμα δεδοίκασιν, ἡ κατακρύψαντες αὐτὸν ἐπανύθοντο, τῇ περὶ Φαῖτον φύμῃ Φίλατρος περὶ αὐτὸν τὸ πλῆθος ἐκλύσοντες· εἰ μὲν οὖν ἔτι περίεστιν (4), ὁ Λόμεθα ποτὲ αὐτὸν ἀδελφοῖ, Φαῖτον τὸν Ιωσήφ ἐπὶ τὸ θερέτρον καθίμενον, τῇ σιτοδῶντα πάσι τὸ πνεύματικὸν ἔφην· εἰ δὲ ὅντος ἐπὶ τὸ ἀλιθινὸν μετέστη Ζεῦν, ηγῆς τὸ ποθούμνον ἐπανέδραμε Χειστὸν, ἔχομνον πρεσβεύοντα ὑπὲρ ἡμῶν μάρτυρα. Δεξάμηνος δὲ οὐτοσὶ (Ἄττικος, Φαῖτον τὸν ποθητὸν

fratrem; quid agit? illum adiens, quem paulo ante appellavi, inimicum ecclesiae ducem, suadet ei ut occidentales quidem episcopos, utpote in alienam ditionem ingressos, cum ignominia expellat; nostros autem qui Romanorum auxilium imploraverant, eeu qui imperium nostrum iudiciumque laesissent, in exilium mitteret; ipsi autem sancto viro mortis genus aspergium adinveniret, quam non ferrum inferret, sed ferro multo molestior in longinquam regionem abductio, et morbus physicae corporis imbecillitati coniunctus. Haec duo illi simul deliberarunt, et opera subsecuta est. Et quod quidem ad alios adtinet, res eum quem ille voluit exitum nacta est: tuncque primum legatorum escoporum ius conculcatum fuit, et quidem pacis ecclesiasticae causa et universalis cordiae missorum.

4. Ecce autem statim mittuntur carnicies iuvenili furore ardentes, et lucri amore inflammati, quod eis rei occasio spondebat, iustum virum ea qua vellent ratione occidendi. Hique postea reversi de patris obitu nuncium attulerunt, cuius modum alii aliter enarrabant. Nobis certe quid de illo obitu sentiendum sit, non persuadent; utrum illo interfecto, rem publice edicere timeant; an eo alicubi occultato redierint, fama de eius obitu didita, ut populi erga eum studium sedarent. Certe si ille adhuc superest, nos qui sumus eius fratres videbimus aliquando Iosephum in throno sedentem, et spiritalem alimoniam cunctis praebentem. Si in reapse ad veram vitam migravit, atque ad exoptatum Christum perrexit, habemus pro nobis intercessorem martyrem. Hoc accepto sibi grato nuncio (Atticus,) voluptate augens corporis tu-

(1) Dicit Honorius imp., cuius vehementes litterae ad fratrem Arcadium de tota illa tragedia in causa Chrysostomi extant etiam tomo III. operum p. 524.

(2) Erat hic Valerianus militaris dux, vel Optatus urbis praefectus, de quorum alterutro Martyrius in parte laudationis amissa dixerat. De his in vita Chrysostomi.

(3) Lege Palladium cap. XX, nec non citatas Honori imp. litteras.

(4) Vult adhuc dubitare Martyrius de Chrysostomi obitu. Certe supra dixit, suspicari se eum alicubi a custodibus fuisse occultatum. Sed de hac re iam dixi in praevio monito.

miditatem, induita benignitatis specie, coepit per omnes concursare; fovere ac de-lenire sermone, quos opere laniaverat; pecuniam indigentibus aut poscentibus dare, genibus eorum advolvi ac supplicare, quibus nihil aliud praebere se posse credebat; rogans nempe ut iustum adversus se odium omitterent, et iniqua secum amicitia coirent.

5. Ego vero ipsum sic libenter alloquerer: o tyranne, videris enim mihi, propter ea quae agis, hac appellatione gaudere; qua oculorum audacia medicinam adfers vulneribus quae ipse fecisti? vel quomodo pro tuo adulandi more, idcirco ante*ia iniurias fui*isti, ut deinde haberet in quo artem tuam exerceres? haud aliter quam si quis medicus plurimarum herbarum emplastrum sinistra gerens, dextera interim manu hominem clava percuteret: diceretque: bono animo esto, carissime; nam medela mihi in manibus est. At enim, recte admodum ille responderet: o pessime, cur mihi medelae necessitatem imponis? Cur autem tibi infirmi corporis curam committam, qui sanum cum inveneris, tam male adfecisti? Mihi ergo videntur illi homines, qui propter beati viri obitum, ad horum communionem accedunt, et eos pridem ad caudem impulisse; atque id posteros omnes docere, cuiusmodi in hac vita multos existere facile accidit, ut cum voluerint iustum hominem expellere, et cum calamitas aliquae oves disperserit, protinus illum interficiant, ut eodem excidio irretiant ovile. Quid ais, o homo? Non communicasti hactenus propter iniquitatem, nunc post caudem communicas, quasi caedes iniquitatem purgaverit? Num Iezabelē usque ad vincae rapiṇam odisti, postquam autem illa Nabu-them interfecit, quasi hic viveret, odium**

ἀκοῦν, καὶ προσθεῖς ἡδονὴν τῷ θύμωματος δόγμῳ, φιλανθρωπίᾳ ἐνδὺς, ἥρξατο φειτέρχειν ἀπαντας, ἀλείφων τέ καὶ θεραπεύειν λόγιοις, οἷς κατέτεμψη ἤργοις, ἀργύριον τε τοῖς δεομένοις διδάσαι, γονάτων τέ ἀπτεθεῖς καὶ περοκυλινδεῖσθαι, οἷς οὐδὲν ἔτερον ἔχειν ἐπέκειστο παρέχων ἀξιῶν λόσια μὲν καὶ πρὸς αὐτὸν ἔχθραν δικαιαίαν, τὸ δὲ ἀδέμιτον ὄκείνων ὑπεισελθεῖν φιλίαν (1).

ε'. Ἐγὼ δὲ ἡδεώς ἀν εἰδῶν πρὸς αὐτὸν, διτι ὁ τύραννε, φαίνη γάρ μοι δι' ἄντα ἐγγείεις ἡδεῖαν τῇ τοιαύτῃ προσηγορίᾳ, ποίοις ὁφθαλμοῖς προσφέρεις φάρμακα τραύμασιν οἷς εἰργάσω; ή κολακεύειν εἰδὼς, διὰ τοῦτο ἐλύπιας πρότερον, ἵνα ἔχης ὅπες χρήσην τῇ τέχνῃ; ταυτὸν ποιῶν οἶον ἀν εἴ τις ιατρὸς βοτάνας σωματιγὸν μυρίας, ή καταδύσας ράκιώ, τοῦτο μὲν ἐν τῇ εὐωνύμῳ φέρει χαριν, τῇ δεξιᾷ δὲ ἀγκίστρα βοσάλῳ παιών, λέγει πρὸς αὐτόν· ὁ φίλτατε, Θάρσῳ· η γάρ μη κεῖρας ἔχω τὸ θεραπεύαν· ἀλλ' εἶπεν ἀν ὄκείνων δικαιώσις ὁ πάντες, τί δὲ κατασκευάζεις τῷ φαρμάκῳ τὸ χείλιαν; πῶς δέ σοι τὸ ιατρείαν ἐμπιστεύσω σώματος ἡσθενίκότθ, ὁπερ ὥγιες λαβών, οὔτως ἀθλίας διέθηκας; ἐμοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν οἱ διὰ τὸ κοιμητὸν τὸ μακαρίον τῆς κοινωνίας προσιόντες τῇ τούτῳ, πάλαι (2) αὐτοῦ ἐπὶ τὸ φόνον ὠθεῖν, διδάσκειν τέ τούτου μητάντας ἀπαντας, εἰκὸς δὲ πολλοὺς ὡς ἐν τοιούτῳ βίῳ, διηθήσεθαι τοιούτους, ἵνα ἔται Θέλωσιν ἀπελάσαι δικαιοιν, η λυπῆσαι τὸ πρᾶττον (3) διεσπείρην τὰ πρόσωπα, ταχίστως αὐτὸν ἀνέλωσιν, ὃσες τῇ ἀνάργεσι συναχθῆναι τὰ ποίμνια. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; οὐκ ἔποιντας διὰ τὸ δίδυλιν, η κοινωνεῖς μητὸν τὸ φόνον, ὥστε τὸ φόνον ἀποστρίζαντος ὄκείνων; ή καὶ τὸ Ιεζάβελ μέχει τὸ Ναβαθέ διμπελῶνος ἀρπαγῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσεις, οὐδὲ τὸ αὐτὸν ἀνεῖλε, τῇ ζωῇ ὄκείνων τὸ πρὸς ταῦτα συγκατέλυσας μίσος; τί

(1) Agit Martyrius de artificiis Attici, qui conciliandis favoribus, gratiaque captanda, episcopatum sibi confirmare satagebat. Tyrannum vocat, id est alieni throni usurpatorem, quia praecipius Chrysostomi evensor Atticus fuit. Pallad. cap. XI. Atticum gravissime accusat Tillemontius monum. hist. eccl. T. XII. p. 416. et seqq. Defendere nituntur Bosilius loc. cit. et Bollandiani ad diem 8. Ianuarii.

(2) An fortasse pro πολαι; Tune dicas: et eos rursus ad caudem impellere.

(3) Num pro λυπήσαντες ποιμένα, διασπείρειν etc.?

οῦν ἔχομεν, φησὶ, ποιῆσαι, τὸν ἀνδρὸς ἀποθανόντος; τὸν ἀπὸ τὸν Χριστὸν δικαίων κρίσιν φέμεναι πάντως ὃ ἔσται, καὶ μηδεὶς ἀμφιβαλέτω· οὐ γὰρ ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπων ζωῇ, καὶ τὸ τῶν πραγμάτων τέλος φέμενον εἴωθεν ὁ δεσπότης τούναντίον ὃ μᾶλλον ἀπὸ τῆς τριείας αὐτῶν ἀποικίσεως φιλεῖ τοιούτων τὰ προσίμια ποιεῖθαι· καὶ τούτων ἀπὸ τῆς θείων χρεφάνων τὸ μαρτυρίαν παρέχουμεν.

5'. Κατέφαγε ποτὲ τὸν Ιωσὴφ Θησέον πωνηρὸν, τῷ τὸν ἀδελφὸν παρὰ τῷ πατρὶ λάγῳ. Σέν τὸ μὲν εἰπόντας, τὸ ὃ ἐργασαμένες, ὑποχειρίες εἶχε, καὶ προσκυνοῦντας ἔωρα, τὸ σύγκριμα τὸ παλαιὸν δεχομένες ἐνυπνίῳ· καὶ μὴ τὸν πιστοῦντα παρὰ τῷ πατρὶ τελετὴν, βασιλικοῖς ὄχήμασι τῷ πενθήσαντι συγνόντα πάλιν αὐτὸς ἔδει ἀποθανὼν Ιωσὴφ, τὸ συγγένειαν ἀπασαν εἰς πολυάνθρωπον ἐκπαθεῖσαν ἀριθμὸν, δελένειν δελεῖαν χαλεπῶν Αἰγυπτίοις εἴσασεν· ἀλλ' ὅμως διὰ τὸ σκέπνευ τελευτὴν. οὐδεὶς ἴσχαλιτης γέγονεν αἰγύπτιος, ἀλλὰ μιχρὸν \* ὑπομέναντες ἐν τῇ δελείᾳ χρέον, διὰ τὸ Μωϋσέως εἰς ἀσφανεστάτην ἐλεύθερίαν ἀνέδραμον· καὶ οἵσι οὐδὲ ἀναπνεῦν πρότερον ἀπὸ τὸ μόχθων ἐξῆν, ὑπερον ἀπασαν κτίσις ἐδούλευε· τὸ φιλανθρώπικόν θεοῦ βαδίζεισι μὲν αὐτοῖς τὸ θάλασσαν ἡπειρόσαντος διψήσι τὸ ἐρυμένον τε τὸν ἀνδρὸν πελαγίσαντος· ξοφῆς ὃ ὀρεγομένοις, ἄρτον οὐρανογεφρούτον ὑστερούσι· τούτων αὐθίς οὐ πόλιν, ἐκ δύορῶν, οὐκ οἰκήματα ἔχόντων, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἐρύμανθον πολλῆς ἀγελάζομένων, διημαγγωγές Μωϋσῆς προσίθεται πρὸς τὸν πατέρας αὐτοῦ· τοι οὖν ἔδει ποιεῖν Σέν δι' αὐτοῦ τῷ τὸν ἐπαγγελίας προσδοκῶντας ἀπολήψεις κληρονομίαν; πάλιν εἰς Αἴγυπτον ἀναδραμεῖν ἀπογόντας, εἰπέ μοι; ἀλλ' ἐγέλασεν ἀν αὐτῶν τὸ ἄνοιαν Ιησοῦς ὃ τὸν Μωϋσέως ἐκδεξάμφυτο ἐργον, καὶ τὰς τὴν ἀλλοφύλων τειχήρεις πόλεις αἱρῶν, νῦν μὲν σαλπίγγων ἥχω, νῦν ὃ τὴν προσδοκίαν τῆς παρουσίας μόνη, ἐνίους δὲ ὄρῶν καὶ σοφισμάτων δενθέντας \* πρὸς τὸν αὐτοδύλειας ὑπεισελθεῖν τὸν Συγγόνον.

scelestae feminae remisisti? Quid ergo agemus, aiunt, mortuo iam homine? Expectare, inquam, oportet iustum Christi iudicium, quod quidem sine dubio eventurum, nemo ambigat: etenim haud humanae vitae terminis, rerum quoque finem concludere Dominus solet: contra potius ab ipsa rerum desperatione initium sumere; id quod divinarum scripturarum testimonio confirmabo.

6. Devoraverat olim Iosephum mala fera, prout fratum apud patrem adfirmabat oratio. Iam vero hos qui aliter dixerant, aliter egerant, subditos habuit Iosephus, seque adorantes conspergit, et somniorum veterum interpretationem expertos. Ipse autem post creditam a patre necem, regiis curribus lugenti occurrit. Mox hic idem Iosephus moriens, universam suam cognitionem, magno numero iam auctam, durum Aegyptiū servitium servitum reliquit. Neque tamen propter eius obitum quisquam israhelita factus est aegyptius, sed aliquanto perferentes servitium tempore, Moysis opera in splendidissimam libertatem vindicati fuerunt: et qui antea ne respirare quidem sub laboribus poterant, deinde eis universa creatura servivit: dum videlicet benignus Deus gressibus eorum mare tamquam terram exhibit: sitiensibus, deserta et inaquosa loca pelagus effecit: cibi cupidis, panem in caelis elaboratum depluit. His porro neque urbem, neque forum neque domos adhuc habentibus, sed in vasta eremo gregis instar adhuc versantibus, dux populi Moyses ad patres suos apponitur. Quid ergo his agendum erat, qui per Moysem promissam expectabant capere hereditatem? Num in Aegyptum, dic mihi, desperatione redeundum? At certe illorum stultitiam risisset Moysis in munere successor Iosue, qui alienigenarum urbes moenibus communitas cepit, modo tubarum sonitu, modo expectatione tantummodo vel praesentia: denique et nonnullos vidit artificiosa fraude utentes, ut spontaneae servitutis iugum subirent.

\* Gabacitetas dicit.

7. Elias aliquando aiebat, solum se relictum (qui Deo serviret), moxque reperit centum prophetas in speluncis viventes: audivitque Dominum sibi dicentem: reliqua mihi feci sex milia hominum, qui genu Baali non flexerunt. Postremo ipse curru illo consenso, igneisque alis in caelum volans, Elisaeum habuit, qui in se Eliam representavit, immo maior interdum visus est, prout ipse optavit. Sine dubio nunc quoque latet alicubi Elisaeus, qui patris melotem sustulit. Quid, oro, si tu illa aetate vixisses, qua Servator apparuit; atque ita cum apostolis versans, illum quidem crucifixum vidisses, crucifixores autem te invitantes audisses et assentando dicentes, omnia morte necessario finiri; num ad apostolos, dic sodes, accedens hortatus eos essem, ut Caipham convenirent, actam rem laudarent, dexteram illum christicidam oscularentur? Sine dubio hoc illis non persuasissest: tu vero hoc facto Spiritus dono temet privasses, et innumeris illis bonis, quae nec oculus vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt, quea videlicet crucifixi donavit nobis benignitas.

8. Quae quum ita sint, ne nunc quidem desperare licet, fratres, de Dei auxilio. Sed necessario dicenda nobis sunt verba prisorum adolescentium illorum, videlicet: brevi tempore viceissitudinem patiatur, quia est Deus in celis, qui iniquos punire valet, nostrum autem gregem protegere. Profecto si nihil aliud, certe cunctis hominibus exploratum esto, nullam fore interfictis hominibus cum interfectoribus communionem. Et ne illi quidem sacrificio adstare patiemur, quod eor peragit eae nostrae adhuc inhians, lingua item et manus quae iusti viri et filiorum eius sanguine rubet. Sed tu interim, admirande pater, intende, et prospere procede; ac regna, et in regalem Christi aulam concende.

(1) II. Machab. VII. 14. ετελλασσοντα, pro quo fortasse heic dicitur ὑπελλάξαντες.

(2) Intelligit communionem in divinis, id est in sacra liturgia, cum adversariis Chrysostomii.

7'. Ήλίας ἔλεγε μὲν ποτὶ καταλελεῖ-  
φθαι μόνος, πύρικε ἡ προφήτας ἐν τοῖς  
σπηλαίοις ἐκατὸν τρεφομένας· καὶ τὸ δεωρό-  
τε ἡ λέβηντος ἤκουεν, ὅτι κατέλιπον ἐμαυτῷ  
ἐπτακισχιλίους ἄιδης, οἵτινες οὐκ ἔκλιναν  
γόρυν τῷ Βάαλ. \* ὑπερούντης ἡ δημιὰς αὐτὸς τὸ  
ζεύγης ὀψέντα, καὶ πυρὸς πτεροῦς πρὸς τὸ οὐ-  
ρανὸν ὁρμώντων, τὸ Ἐλισαῖον εἶχε δεινόντα  
ἐν αὐτῷ τὸν Ἡλίαν, καὶ τις καὶ πλέον· \*

τετοῦ γὰρ ἐπεθύμει· πάντως πᾶς καὶ νῦν Ἐλισ-  
σαῖος κρύπτεται, τὸ τὸ πατέρος μηλωτὴν ὀψ-  
δεχόμενος τί ἦ, εἰπέ μοι, εἰ καὶ τὸ καρόν  
τὸ τὸ σωτῆρος παροιάς ἐλεγύνεις, εἴτα τοῖς  
ἀποσόλοις συνὼν, καὶ μὲν ἔωρας σαυρούμε-  
νον, τέσσερας ἡ τοῦτον πήχαντας, καλέντας τέ  
εἰχε, καὶ κολακεύοντων ἤκουες, λεγόντων τέ  
ὅτι μὲν Θάρατον ἀπαντα ἀνάγκην λελάθα-  
τὰ πράματα, ἀρά ἀν προσῳθῶν τοῖς ἀπο-  
σόλοις, εἰπέ μοι. πειθεῖν ἐπεχείρεις προσ-  
δραμεῖν τέ τῷ Καΐάφᾳ ἐπαινεῖσθαι τὸ ἔρον,  
καὶ τιλῆσαι δεῖχναν τὸ χριστοτόνος ὀψέντων;  
ἄλλος ὀψέντες μὲν ὁδημῶς ἀν ἐπεισας· σαυ-  
τὸν ἦ, τοῦτο ποιήσας, καὶ τε τὸ πιεύματος  
ἀπεσέρευς χορηγίας, καὶ τὸ μυρίων ἀγαθῶν  
ἀοφθαλμος ἐν εἴδε, καὶ ἐς ἐκ ἤκουες, καὶ ἐπὶ  
καρδίαν ἀνθέψας ἐκ ἀνέβη· ἀπεροῦ τὸ τετ-  
ραθέντρον οὐκοῦν ἐχαρίσατο σιλανθρωπία.

8'. Ωρες καὶ νῦν ἀπογιώσκει μὲν οὐ-  
δημῆς δύσιν, ἀδελφοῖς, τὸ θεοῦ τὸ ἀντίλι-  
ψιν ἐπιλέγειν ἡ αὐτοῖς ἀναγκαῖον τὰ ῥί-  
ματα τὸ παλαιῶν παιδῶν ὀψέντων μικρὸν  
ὑπελλάξαντες (1), ὅτι ἐστὶ θεος ἐν οὐρα-  
νοῖς, ἐς δεινὸν ἵκανὸς τιμωρὸς μὲν θράση-  
τοῖς ἀδίκοις, προσάτης ἡ δὲ ημετέρας ἀξί-  
λης ἡ ἐὰν μὴ γνωστὸν ἐστι πᾶσιν αἱ Θρώ-  
ποις, ἐτοιούσαις οὐδεμίᾳ κοινωνίᾳ φορευθεῖ-  
σιν ἀνθρώποις μὲν τὸ ἀνελότων· οὐδὲ ἀνε-  
ξημεθα προσιέγει θυσία (2), ἢν ἐποίησε  
καρδία μὲν ἐτι καθ' αὐτῷ φονῶσα, γλώττα  
ἡ ἡ χειρ τὰ τὸ δικαίος τέ καὶ τὸ ὀψέντες παι-  
δῶν αἰμάτι πεφονιγμένη· ἀλλοὶ δὲ θαυ-  
μάσιες πάτερ, ἔντινε καὶ κατευοδού καὶ βα-  
σιλευε \*. καὶ τὸ βασιλικῶν αὐλῶν ἐπίβατε  
τὸ Χριστοῦ.

<sup>cod. ms. 227  
μεγαλ.</sup>

\* Ps. XLIV. 7.

\* III. Reg. XIX.  
18.

\* IV. Reg. II.

Quaerenti mihi in vaticanis codicibus, numquid praeterea reliquiarum Martyrii extaret, nihil aliud interim occurrit, nisi breve sed non contennendum fragmentum in chronico inedito Georgii Hamartoli cod. vat. f. 176. forte fortuna relatum; quod idem accedit insigni S. Cyrilli contra eunuchos invectioni, in hoc nuper volume p. 494-497. typis commendatae. Libenter itaque hanc item Martyrii de re gravi et morali particularam lectoribus meis obiiciam; eius argumenti homiliam quandam habemus etiam inter cyrillanas opp. T. V. part. 2. p. 404.

## EUSDEM MARTYRII PATRIARCHAE ANTIOCHENI FRAGMENTUM DE ANIMAЕ EXITU.

---

**M**αρτύριον Ἀντιοχείας ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ (1) φησίν. Επειδὴ γένιον τὸ ψυχῆς ἀπὸ τῶν σώματος χωριζόμενον μᾶλλον ἢ ἐντεῦθεν ἀσταλλαγὴν, εὐθὺς προσαπαντῶσιν αὐτὴν καὶ ἀγγελικαὶ δινάμεις ἀρχαῖαι, καὶ διμούρων σίφος πονηρότατον, ἵνα πρὸς τὸ ποιότητα τὸ ἔργων ὃν ἐπράξει πονηρῶν τε οὐδὲντες, ἐπὶ τούτῳ τόπεις οὐδὲν, ἢ ἐκεῖνοι ταύτην ἀποκορύτωσι, φυλαχθωσόντες τὸν τελεσταῖς μέρεσας<sup>(2)</sup>, καθ' οὓς εἰς κέρτουν τὸ διασπορέθα πάντες, οὐδὲν εἰς αἰώνιον ζωντες οὐδέπαυσιν, οὐδὲν τὸ ἀπέραντον φλέγα τὸ πυρὸς ἀπαγθινόμενα διά τε οὐδὲν θεός βιβλορύθμος ὑποδεῖχαι διά τινος τύπου σωματικόν, παρεπεινέσθεν ἐν τῇ τοῦ Μωϋσέως τελεστῇ φανῆναι τὸ ἀρχάγγελον Μιχαὴλ διεκρινόμενον περὶ τῶν σώματος αὐτοῦ οὐδὲν τὸ ποιηρὸν ἀντιπράττοντα δαιμόνα, καὶ τούτῳ τῷ Μιχαὴλ διαβόλῳ ἀγγελοῖς δύντα προσαπαντῆσαι καὶ ἀποστολῆσαι· οὐδὲν τὸν ἔχειν τασσικῶς ἐπιτιμῆσαι, ἀλλὰ τῷ κυρίῳ τὸ δόλων τοῦ διάγωροῦ σται διαταραχήσειν τοις κρίσεως ὅπως διά τέτταν μάθωμέν, οὐδὲν τις ἀγωνία τὸ ψυχαῖς μᾶλλον ἐξεργάζειν τὸ διάγειλικῆς ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν συμμαχίας, τὸ δαιμόνων καθ' οὐδὲν ὁπλιζόντων φθονερῶς οὐ πικρῶς εἰς ἄπαν.

Martyrius Antiochiae patriarcha in eadem epistola ait. Etenim cum a corpore separatur anima, in exitu ab hac vita, illico fiunt obviam ei tum angelicae bonae protestates, tum etiam daemonum pessimus globus, ut pro operum quae egit qualitate, sive malorum sive bonorum ad dignas sedes vel hi vel illi eam deducant, custodiendam illic usque ad extremum diem, quo ad iudicium cuncti praesentabimur, ut vel in aeternam vitam ac re-quietum, vel in incessabilem ignis flammarum abducamus. Quam rem Deus volens corporaliter aliqua figura ostendere, dedit operam ut in Moysis obitu archangelus Michael cerneretur alterans de illius corpore, malo daemone contra nitente; quem bonus angelus Michael repugnans dispelleret: neque tamen imperative obiurgaret, sed omnium Domino iudicium eius reservaret. Nempe ut hinc cognoscamus, quamdam accidere animabus luctam, post excessum; atque oportere bonis operibus nosmet comparare ad angelicum auxilium impetrandum, invide et acerbissime frequentibus eo tempore contra nos daemonibus.

(1) Praeedit in codice testimonium ex epistola Iudee v. 9. Num ergo Martyrius ad eam epistolam commentatur? Tunc sane melius scriberetur εἰς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴν. An vero potius pars est alieuius epistole Martyrii ipsius fragmentum hoc?

(2) Donec scilicet suscitatum corpus cum anima iudicetur. Alioqui vides a Martyrio statim post obitum adsignari animae diversas pro diversitate operum sedes. Et quidem in praecedentis panegyrici clausula idem Martyrius noster Ioh. chrysostomum post obitum sine mora in caelos subiectum auguratur et censem. Quod aedepol Graecorum multorum, praesertim hodiernorum, vulgarem errorem castigat, de praemio poenave animarum usque ad generalem resurrectionem differendis.

## MONITUM.

*D*ogmaticum de Christi baptismo sermonem, nomine Gregorii antiocheni presbyteri (et deinde patriarchae ab anno Christi 570, usque ad 593, sedente Romae Gregorio PP. magno) verissime inscriptum vidi his annis in vetusto codice vat. ottob. 85, gracieque edidi, ut suo denique auctori praeclarum scriptum vindicarem, quod alius codex ex Gracia in Angliam inventus Chrysostomo attribuerat, repugnante apprise el. Montfauconio, cui fuit Chrysostomum edenti oblatus, neque tamen verum auctorem ullatenus divinante. Porro re nunc demum comperta, alius insuper mihi occurrit eiusdem Gregorii sermo, praedicti optimus et veracissimus testis, de eodem arguento, sed in latina tantummodo retore interpretatione. Scilicet graeci sermonis initio dicit Gregorius se praecedente die dominico alium habuisse ad populum sermonem de Christi baptismate, quo opere peracto, illa aeterni patris verba auditu caelitus fuerunt: hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Verumtamen dicta illa parte sermonis, quae erat de baptismo, horum concionis desitam retulisse narrat, quominus longius progrederetur, idcoque de ambone, imperfecto quasi arguento, descendisse: sed nunc demum nova habita concione, ad rem propositam absolvendam accedere. Hinc ergo mihi exploratum sibi, extitisse priorem quoque illum Gregorii sermonem, quem cum in gracie bibliothecae vaticanae codicibus non reperisse, in latinis nuper insperato nactus sum, nempe in vat. codice homiliarum perpetuo litteris langobardicis scripto, sub num. 4222, p. 92. b. cum praefixo titulo sermo sancti Gregorii presbyteri Antiochiae. Latini tamen interpres nomen non appetat, quamquam leviter suspicor Anastasium esse bibliothecarium, tum quia oratio humilis et iniucunda illius calamum redolet, tum quia scriptis gracieci huius generis ad latinam linguam transferendis multam dedit operam Anastasium scimus. Certe qui gracieum Sophronium ab Anastasio translatum legerit apud nos Spicil. rom. T. III, is interpretem haud minus rustice gracissimum conperiet. Libenter ego tamen latinum hunc sermonem ex codice descripsi; gracieum autem alterum merito subiungendum iudicari, cum interpretatione mea: nam quod olim dixi, extare eius veterem translationem in codicibus vall., paulo alteri esse compiri, nempe non huic, sed prioris sermonis latinum ibi latere interpretem, quem nunc luce donamus. In Gregorii antiocheni patriarchae mortuali anno conclusit historiam suam Evagrius. Denique sermonem illius in mulieres unguentiferas ad Christi tumulum edidit Combesius in Auctario T. I.

### S. GREGORII PRESBYTERI ANTIODCHAE DE BAPTISMO DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI SERMO EX ANTIQUO INTERPRETE.

1. *V*iri amatores Christi, dilectorum fratrum atque hospitalitatis vice, meam suscipe linguam, et hodie aures vestras, seu ianuas aperientes, in eas meum reconditae sermonem. Unusquisque mentibus salubrem praedicationem reponite. Pro eo quod in Iordanem mersus est salvator noster Christus, diligamus eum quantum nobis condescendit, epulemurque ei avidis animabus. Bona enim est in salutaribus negotiis aviditas. Et venite omnes: a Galilaea in Iudeam comitemur Christum; beatus enim est qui comitur cum via vitae. Venite mentis vestrae pedibus, et baptizandum Dominum videamus, qui baptismo

non indiget, ut baptismi nobis gratiam condonet. Venite conspiciamus nostrae regenerationis imaginem depictam in illis latibus. *Tunc venit Iesus a Galilaea in Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo*.<sup>1</sup> O quanta Domini humilitas! o quanta condescensio! Rex caelorum ad Iohannem suum praecursorem currebat. Non commovens angelorum exercitum, nec praecursores praemittens incorporeas virtutes, sed simplex sic militari habitu ad snum militem advenit. Et sicut unus ex multis, cum multis eum adiit: connumerat se iudex cum reis: aggregat se perditis ovibus pastor bonus, qui proprie errantem ovem e cae-

<sup>1</sup> ita cod.<sup>1</sup> Matth. III. 13.

lis descendens, caelos non dereliquit. Conmiscuit se zizaniis caelesti triticum.

2. Videns igitur eum Iohannes baptista, et agnoscens eum quem ex utero suae matris agnoverat, adoravit. Et diligenter intelligens eum illum esse, pro quo in utero superveniente tripudiabat, cognoscens ordinem naturae, contraxit intus diploidis dexteram, et suum caput inclinans, sicut servus dilectus domini sui, his autem utebatur vocibus: *Ego opus habeo a te baptizari, et tu venis ad me?* Quid facis, o Domine? Quid servi immutas ordines? Quid cum servis a servis ea quae servi sunt expetis? Quid vis, quod non indiges accipere? Quid per multam condescensionem grava sis me tuum proprium? Ego opus habeo [a] te baptizari, tu autem non indiges a me baptizari. Inferior a meliore aedificatur, non melior ab inferiore sanctificatur: lucerna a sole obumbratur, non sol ab stupris radiatur: lumen a figulo perficitur, non figura a luto configitur: aedificium ab opifice renovatur, non opifex ab aedificio emendatur: aegrotus a medico sanatur, non medicus ab aegroto medetur: egenus a divite feneratur, non dives ab inope mutuantur. *Ego opus habeo a te baptizari.* Numquid ignoro quis es, et ex qua resulisti, vel unde advenisti? Numquid quoniam propter me factus es quod ego sum, magnalia abngeo tuae deitatis? Numquid quia tantum mihi condescendisti, ut etiam propinquares corpori, ut totum me ferres in te, ut salvares totum hominem, despicio quod est in te invisible? Numquid quoniam propter meam salutem induisti meam cutem, ignoro te qui amictus es luce sicut vestimento? Numquid quoniam mea cognita carne indutus es, ut appareres hominibus, quantum ipsi conspicere praevalent, latet me radius tuae coruscationis? Numquid quoniam meam in te cerno formam, despicio tuam substantiam divinam, quae est invisibilis atque inconprehensibilis? Scio Domine, et scis quoniam scio te: scio

te diligenter: scio te Domine a te edactus; nullus enim te intellegere poterat, nisi perfruarit amore tuae splendidissimae caritatis. Scio te, Domine, bene; vidi enim te spiritualiter prius quam vidisem hoc lumen. Tu quidem existens in incorporeis sinibus patris, in illius tuae ancillae et matris utero includi voluisti. Ego autem in utero Helisabeth sicut in carcere naturali coartatus et conpeditus existens insolubilibus vinculis coeni, exultabam et laetabar tuam praecedens praelibans nativitatem. Qui ergo ante partum, tuum adventum praedicavi, post partum tuae praesentiae desistam? Qui ab infanthia tuae potestatis magister extiti, adolescens inveniar ad tuam perfectam intellegentiam? Non possum te non colere, qui adoraris ab omni creatura: non possum [non] praedicare eum, quem caelum per stellam monstravit, et terra per magos nuntiavit, et angelorum chori laetantes caelitus laudaverunt, et pastores vigilantes sicut ducem pastorum et rationabilium ovium glorificaverunt. Non possum te praesentem silere: vox enim sum, vox clamantis in deserto, parate viam Domino. *Ego opus habeo a te baptizari.* Ego natus parentis sterilitatem solvi, et infans existens adhuc, patri meo sine voce cum esset, medicus effectus sum, a te accipiens gratiam huius miraculi. Tu autem de virginie matre natus es, ut voluisti; et tu solus scis qualiter natus sis: non solvisti virginitatem eius, sed et hanc conservasti, et matris ei vocabulum condonasti: et nec virginitas tuum partum vetavit, nec partus [virginitatem.] Contrariae res, id est partus et virginitas, ad unam concordiam, eo quod tibi visum est factori naturae. Ego enim homo sum, tantum divinae gloriae particeps, tu autem Deus et homo idem ipse, quia misericors ipse existis. Tu paternae gloriae claritas: tu perfecta imago perfecti patris: tu verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum. Tu qui in mundo existens, ve-

\* puto ex gr.  
ἀξεπιθώσ

\* pro intra di-  
ploidem.

\* puto ex gr.  
σίκσιον.

nisti ubi eras: tu Verbum qui factus es caro, sed non in carnem mutatus: tu qui inhabitasti in nobis, et apparuisti tuis servis in servi forma: tu qui caeli terraeque acuum fecisti meatum per sanctum tuum nomen: tu venisti ad me tantus ad talem, rex ad praecursorem, dominus ad servum. Sed licet tu in humilibus mensuris humanis effici non erubuisti, ego tamen mensuram naturae meae transgredi nequeo. Scio quanta sit differentia pulveris et factoris: scio quanta melioratio sit solis et iustitiae. Licit mundani nube corporis amictus sis, intellego tuum dominium, confitore meam servitutem, praedico meam exigitatem. Non sum dignus solvere corrigiam calcimenti tui, et quomodo contingam sanctum tuum caput? quomodo extendam dexteram super te, qui extendis caelum sicut pellem? quomodo expandam serviles meos digitos divino tuo vertici? quomodo lavem immaculatum et sine peccato dominum? quomodo illuminem lumen? qualem faciam orationem super te, qui suscips et ignorantium obsecraciones? Alios baptizo in nomine tuo, ut credant in te, qui post me venis; te baptizans, cuius memor ero, in cuius nomine te baptizem? In patris? sed totum patrem in te habes, et totus existis in patre. In filii? sed non est alius praeter te naturalis filius Dei. In Spiritus sancti? sed tecum est semper sicut consubstantialis seu omnipotens, simul et tecum suscipit omnium orationes. Baptiza iam me, si tu vis Domine, baptiza baptistam, regenera quem nasci fecisti, exime terribilem tuam dexteram, quam tu tibimet perfecisti, et corona palmiss meum caput, ut ante tuum currens regnum, sicut praecursor solis te evangelizem peccatoribus, clamans eis et dicens: ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iordanis fluvius comitare mecum, et simul exulta et commove vigilanter vertigines quemadmodum exultationes: tuus enim opifex assistet tibi cum corpore. Vi-

disti Israhel per te transeuntem et [di]videntem tuas aquas, et stetisti populi expectans transitum: nunc autem effundere validius et fluere et circumsepare immaculatis membris eius. Et tunc Hebraeus transfretavit. Montes et colles, vallesque et torrentes, mare et flumina benedicite Dominum, qui ascendit fluvium: ipse enim herus laticis supermittit sanctitatem his aquis.

3. *Respondens Iesus dixit ad eum: si-ne modo, sic enim oportet nos implere om-nem iustitiam.* Sine modo; concede, baptista, temporis meae dispensationis silentium. Discé id quod ego volo, discé obtem-perare ad ea quae cogor, et non inquire-re quae ego cogito. Sine modo, nondum meam praedices deitatem, nondum decan-tes labiis meum regnum, ut non sentiens tyranus effugiat; sed mecum cupit com-mittere bellum. Dimitte diabolum ad praes-sens mihi adire et bellare et accipere le-nissimam plagam. Dimitte implere inten-tum, pro quo adveni super terram. My-sterium hoc quod hodie in Iordane fini-tur<sup>\*</sup>, secretum mihi et meis mysterium est: non meum opus adimplens, sed sa-nationem vulneratis adhibens. Mysterium magni mysterii mei lavacri praecursor et auspicium est mysterium. In his aquis per-scribens hominum regenerationes caelestis laticis. Sine modo. Quando me videris Deo decibiliter<sup>\*</sup> in meis facturis quod milii placet operantem, tunc in facturis hymnos compagina: quando me videris leprosos mundantem, tunc me creatorem naturae commemora: quando me videris claudos cursores perficientem, tunc commoventium pedum<sup>\*</sup>, et tu ad me, claude lingua, ar-ticulose commoveto<sup>\*</sup>: quando me videris mortuos a sepulchris resuscitare, tunc me cum surgentibus glorifica sicut vitae tri-butorem. Quando me videris sedentem a dextris patris, tunc me Deum voca, sicut synthonrum et coaeternum patri. *Sine modo, sic enim oportet nos adimplere om-*

\* puto ex gr.  
τελεσθεῖται.

\* puto ex gr.  
Σιαπηπώς.

\* ita cod. men-dose.  
cod. commovi-tu.

*nem iustitiam.* Legislator sum, et legislatoris filius, et oportet me primum omnium per constitutionem venire, et tunc praepone eis onus praecepti. Oportet me adimplere legem, et tunc donare gratiam. Oportet me umbras imaginem repellere, et tunc offerre veritatem. Oportet me facere requiescere vetus testamentum, et tunc novum dictare, et in hominom cordibus scribere etiam meo sanguine, et signare Spiritu. Oportet me in crucem ascendere, et clavis configi, et pati, et vulnera sanare, et per lignum emere eam, quae per ligni transgressionem hominis facta est, plagam. Oportet me descendere in ipsum profundum inferni, ubi tu debes me annuntiare propter eos qui ibidem tenentur mortui. Oportet me tertia die defunctione carnis meae destruere longaevae mortis potentiam. Oportet me corporis mei lucernam accendere his qui in tenebris et umbra mortis sedent. Oportet me ascendere carne ubi sum deitate. Oportet me offerre patri Adam in me regnante. Oportet me haec omnia perficere, pro hoc enim meis astiti facturis. Oportet me baptizari nunc hoc baptismu, et postmodum cum consubstantiale Trinitate baptismum omnibus donare hominibus. Fenera ad presentem tuam dexteram dispensationem, sicut mihi mutuavit ad nativitatem vulvam mater. Demerge me iordanicis fluentis his, quemadmodum quae me genuit infantibus involvit pannis. Da mihi baptismum, sicut virgo lac. Tene meum caput, quem colunt Seraphim: tene digito (a) dexteruae: tene eum qui retinere permisit: tene eum qui pro huiusmodi factus est, et habet Spiritum: tene meum caput, quem si quis pie tenerit, numquam patitur naufragium. Baptiza me, qui futurus sum

<sup>cod. patris.</sup><sup>cod. ita cod.</sup><sup>cod. puto ex gr.  
μελλόντα.</sup>

baptizare credentes in aqua et Spiritu et igni; aqua valente purgare peccatorum sordes, Spiritu valente terrenos efflere <sup>\* cod. offici.</sup> spiritales, igni incendere iniquitatis rhamnos <sup>\* cod. ranos.</sup>

4. Hunc audiens Baptista sermonem, praebens mentem et cavens mysterium quod accepit, ministrait divino praecepto. Erat enim religiosus simul et clemens; et suam dexteram extendens simul contremitem, Deum baptizavit. Praesentium vero Iudeorum procul positis cogitantum in se ipsis et ad invicem dicentium: numquid vane opinati sumus Iohannem maiores esse Iesu? numquid vane putabamus illum meliorem hoc esse? nonne ipse baptismus meliorationem baptistarum significat? nonne iste quidem baptizat sicut supereminentes, ille vero baptizatur sicut deterior? Talia susurrantium qui ignorabant dispensationis mysterium, solus dominus et natura pater unigeniti <sup>\* cod. unigenitus.</sup>, quem solus scit diligenter, qui solus genuit impassive <sup>\* cod. in passione.</sup>, emendans errantium Iudeorum opinaciones, patefecit portas caeli, et misit Spiritum sanctum in specie columbae, digito ostendens novum Noē et Noë creatorem. Et ipse caelitus clamabat nimis <sup>\* cod. puto ex gr. C. 222225.</sup>: *hic est filius meus dilectus, in quo complacui.* Iste non ille; Iesus, non Iohannes; qui baptizatus est, non qui baptizavit; qui de me natus est ante omne temporis spatium, non qui de Zacharia primum effloruit; qui de Maria natus est secundum carnem, non qui de Helisabeth apparuit sine spe; qui de insolubile virginitate absque labore fructus, non soluta sterilitatis ramus; qui nobiscum nutritus est, non qui in deserto est enutritus; qui simul tecum superne et ipsum misit Spiritum sanctum: iterum quem misit, in se (b) suscepit Spiritum. Cui honor et gloria in sacula saeculorum. Amen.

(a) Cod. mendose cogata. Scripsi dubitanter *digito*. Recole p. 555. col. 1. — (b) Cod. mendose *hoc misit re suscepit*, quae corriguntur infra in graeco sermone, unde etiam cognoscimus hoc loco fuisse graece ταῦτα, ubi interpres habet *iterum*, quod melius hec expressisset *item aut vicissim*.

# ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ (1)

## ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΕΙΣ ΤΟ, ΟΤΟΣ ΕΣΤΙΝ Ο ΤΙΟΣ ΜΟΥ Ο ΑΓΑΠΗΤΟΣ ΕΝ ΩΣ ΕΤΔΟΚΗΣΑ.

## GREGORII

### PRESBYTERI ANTIOCHENI

INILLA VERBA: HIC EST FILIUS MEUS DILECTUS, IN QUO MIHI BENE COMPLACUI.

1. **H**ic amans filiorum pater, propter eam quam habet erga nos caritatem, suum mihi ut verba faciam, natum significavit, et plausum quem vos ei ore meo fecistis, praesenti concione remuneratur, proprium lucrum existimans filiorum suorum utilitatem. Ego vero laetus hortamentum eius excepti, lubensque denuo inter vos vocem extollo, et anteriorum sermonum seriem, prout vultis, alacriter persequar. Nam superiore die dominico ostendi vobis Christum in servorum suorum globo ad baptismum accedentem. Deinde Baptistam, agnito Domino, recusantem baptismi auctori baptismum impertiri, ad extremum tamen economiae ministerio prout Servator voluit defunctum. Postea subieci, patrem domini nostri Iesu Christi de caelo clamantem: *hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Cumque ad hoc usque testimonium pervenisset, de ambone descendи, hora scilicet sermonis cursum abrumpente. Hodie itaque resumere volo, quod temporis angustiis tunc fui coactus omittere, atque orationis meae catenam connectere decrevi, ut vos hanc arripientes, ad illum per eam ascendatis qui faber eiusdem fuit.

a'. **Ο**μὲν φιλόσοργος ἔζητ πατήρ (2), διὰ τὸ πεῖρι ἡμᾶς σοργὴν, ἐπέμψεν μοι τὸ λόγου τὸ σύνθετα, καὶ τὸ γενθυμένῳ διέμεταξ ὑμῶν εἰς αὐτὸν εὐθυμίαν ἡμεῖς· λατο τῇ παροστή δημηγορίᾳ, κερδὸς οἰκεῖον ἥγουθνος τὸ αὐτοῦ τέκνων τὸ ὄφελος: ἐγὼ γάρ τοι χαίρων ἐδεξάμην τὸ προΐστον, καὶ Θαρρῶν πάλιν ἐν ὑμῖν ἀφίημι τὸ φῶτην, καὶ ἀρόθυμος εἰμὶ τὸ προτέρων λόγων ἀποδούνται τὸ πιστέζειν ἐν βούλεσθε. ὑπέδειξα γὰρ ὑμῖν τὴν προτερα κυριακὴν τὸ Χριστὸν μᾶς τὸ δόνων αὐτῷ προσερχόμενον τῷ βαπτίσματι: εἴτα τὸ βαπτιστὴν ἐπιγνόντα τὸ προσελθόντα δεσπότην, καὶ τὸ θεμιτούμενον δοῦναι τὸ βάπτισμα τῷ δεδωκότι τὸ βάπτισμα. ὑπερον δὲ τὸ δικαιολόγον τὸ οἰκονομίας αἰληρώσαντα διὰ τὸ τὸ σωτῆρος ἐπίταγμα: ὑπέγραψα τὸ Θεὸν μὲν πατέρα τὸ κυρίον ἡμῶν Ἰησὸν Χριστὸν οὐρανόθεν ἐπιβοῶντα, οὗτός εἶναι δὲ νῦν με τὸ ἀγαπητὸς εὐ ωνδόκησα. καὶ μέχει ταύτης τὸ μέρτυρίας φωτιζόμενος, κατέβησεν ἀπὸ τοῦ βίβλου, τὸ ἄρα σκηνοφάσσης τὸ λόγος τὸ δρόμον. Βούλομαι οὖν σήμερον ἀναλαβεῖν διεπερ τότε διὰ τὸ σενοχωρίαν ἴνα γκάσθην καταλιπεῖν, καὶ Θέλω συνάψαι τῷ λόγῳ τὸ ἄλυσιν, ἵνα ταῦτην κατατίσσαντες, ἀνέλθητε δι' αὐτῆς πρὸς ταῦτην χαλκεύσαντα.

(1) In latino codice titulus *sancti* datur Gregorio; in graeco, quantum memini, non item; deque hoc titulo agunt Combeffisius in adn. ad illius sermonem in mul. unguent., et Boschius in patr. antioch. p. 99. col. 1.

(2) Dicit Anastasium patriarcham, cui deinde expulso successit ipse Gregorius, qui nunc adhuc presbyter, iubente episcopo suo, concionatur.

β'. Οὐτός ἐστιν ὁ νιός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα· οὗτός ἐστιν ὁ σὸν ἔμοὶ πάριτος τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ πάλιν ὅπερ ἔπειτα φέρει, ὑποδέξαμεν πνεῦμα· οὗτός ἐστιν ὁ ἀρὴ πάντων τῆς αἰώνων ὡς ἔμοι γνωνθεῖς· γνωνθεῖς, οὐ κτισθεῖς· γνωνθεῖς, οὐ καρποτονθεῖς, νιός γνωνθεῖς ὡς ἔμοι μόνου· μονογενής, μονογενῶς· ὡς οἶδα μόνος ἐγὼ, καὶ ὡς αὐτὸς μόνος ἐπίσταται· οὗτός ἐστιν ὁ ἐφ' ἔμοις τελεόπτης τέλεων χαρακτήρ· οὗτός ἐστιν ὁ ἐφ' ἔμοι γένετητα χαρακτηρίζων ἐν ἑαυτῷ· οὗτός ἐστιν ὁ πώλ ἐμοὶν υπόστασιν ἔξαντον γνωνθεῖς· νιός ἐστιν ἔμος, οὐκ ἀλλοτριός· νιός ἐστιν ἔμος γνήσιος, οὐκ ἐπειστατος· νιός ἐστιν ἔμος, ὃν τὸ ἐμῆνις οὐδίας ἀσωμάτως, ἀρεύσως, ἀχρόνως ἀκλάμψας, οὐκ ὡς ἔτερας υποσάστως ἀνακύψας· νιός ἐστιν ἔμος φύσης, οὐχ χάριτος· νιός ἐστιν ἔμος, συναίδιος μοι, οὐ νεοτερος, οὐ διέτερος, οὐχ ὕστερον προσγινόμενος· νιός ἐστιν ἔμος, ὅμοούσιος μοι, οὐκ ἀλλοούσιος· ὅμοούσιος μοι ὡς φῶς ὡς φωτὸς, ὡς ζωὴ ὡς ζωῆς, ὡς πηγὴ ὡς πηγῆς, ὡς ἀληθεία ὡς ἀληθείας, ὡς δύναμις ὡς δυνάμεως, ὡς θεὸς ὡς θεοῦ· ἐγὼ ἐγέννησα, οὐκτέλειται· ἐμοῦ ἦτη τούτη, μέσον οὐδὲν· ἐγὼ ἐγέννησα ὡς ἐπεξεπέντε μοι γνωνθεῖται πεφυντέι θεῷ· οὐδὲν γεγέννηται ὡς ἐπερεπεντεύεται αὐτῷ γνωνθεῖται· θεῶν λόγῳ τυγχάνοντι· ἀνθρώπινον τὸ γνωνθεῶς ὄνομα, ἀλλὰ μυστικὸν τὸ ὑπερχρόνιον γένηνμα· χρόνος οὐκ οἶδεν τὸ ἐμῆνις γνωνθεῶς τὸ μυστήριον· οὐπώ γάρ ην· ἀγγελοι ταύτην οὐκ ἴστασιν, ὕστερον γάρ αὐτῆς γεγονασιν.

γ'. Τὰ χερεβίμιν καὶ τὰ σεραφίμιν τὰ πολυόμματα καὶ πολυπάτριστα τὸ πτέρυξιν ὡς χερσὶν τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα καλέωτοντα, ἀπαύσις βοᾷ, ἀλίσ, ἀγίος, ἀγιος, κύριος σαβαὼθ· οὐ λέγουσιν ἀγιος, ἀγιότερος, ἀγιώτατος, οὐ κατασκεύαζοντιν υποβέβηκτιαν, καὶ μικρὸν ἀναβεβηκτιαν, καὶ πάλιν ὑπερτέραν βαθμίδα θεότητος (1)· οὐ τέμνοσιν τὸ μίαν οὐσίαν εἰς ἀνίσης ἀρχάς· οὐ

**Q**uo ego tempore dogmaticam Photii ad Armeniorum patriarcham epistolam, mihi a doctis PP. Mechitaristis traditam, edidi (*Spicil. rom. T. X.*) memini me adnotare in praevio monito p. 442, sanctum Germanum I, qui Constantinopoleo patriarche anno Christi 715. processit, et anno 730. ea dignitate se abdicavit, litteras pariter de fide orthodoxa ad Armenios dedit, quae in libris editis non apparent. Etenim eius rei testimonia, ut cit. loco dixi, Galanus protuleral in suo de conciliacione ecclesiac armenae cum romana opere *T. III. p. 77*, ex Armeniorum menologio; cuius verba, etsi aliquantum prolixia, nunc recitare necesse est. Stephanus siuniensis episcopus ad Gracchos pro-  
» fectus, altulit inde secum tres libros, qui fidei veritatem explicabant. Porro sanctus Germanus  
» Constantinopoleo patriarcha epistolam Armenii destinavit, per quam ita eos monebat: quare vos  
» non adseritis duas in Christo naturas, nec chalcedonense concilium recipitis? Haec quidem scri-  
» psit, et per Stephanum misit ad Armenios. Ut vero pervenit Stephanus ad Papchenem Armenio-  
» rum patriarcham, ostendit ei Germani litteras; quibus lectis, praecepit ipsi Stephano dominus  
» Papchen, ut Germani litteris responderet, et scripsit vir eruditissimus Stephanus, compositione ac  
» ordine quidem peregrio, plurimas sacrarum scripturarum et sanctorum patrum sententias con-  
» firmandi causa allegans: quae omnia ubi legerunt Graecorum sapientes, hisce scriptis consentien-  
» tes, veram reclamque Armeniorum fidem haeresisque immancem laudaverunt. »

Pergit p. 79. dicere Galanus, teste gravissimo utens Nersete lamproniensi, religiosam eo tem-  
pore pacem sub praedictis Graecorum et Armeniorum patriarchis inter duas ecclesias coaluisse.  
Papchenem tamen patriarcham, pro Iohanne Ozniensi, in menologio temere fuisse scriptum, longe  
facilius ego crediderim, quam de duplice, qui numquam auditus est, Papchen cum Galano suspicer.  
Re quidem vera Iohannem ozniensem, non Papchenem, contemporalem cum Germano patriarcha-  
tum gessisse, fasti Armeniorum certissimi docent. (*Serposius compend. hist. T. II. p. 41.*) Sed enim  
quolibet demum modo hic anachronismus in menologii narrationem irreperitur, culpa quidem urgebit  
auctorem: verum enim vero Germani epistola, quam prae manibus nunc habemus, revocari in dubium  
nequit. Ecce enim apud eundem Galanum p. 341. ex Armeniorum concilio tarensi novum testi-  
monium accedit. Quippe ibi Armenii Graecos sic alloquuntur: « patres vestri ac nostri singulis  
» temporibus ad pacem conciliandam impenso labore incubuerunt; ut venerabilis, strenuus, ac pro-  
» bus patriarcha vester Germanus, qui litteras ad Armenios misit, spiritali caritate ac fide ortho-  
» doxa plenas. » Quod autem in praedicto Armeniorum menologio Stephani quoque responsum lau-  
detur, patriarchae sui iussu exaratum, quod tamen ex relatibus a Galano partibus pessima haeresi  
redundans appareat; id posteriorum interpolatione haereticorum factum esse cl. Sukias Mechitarista-  
rum abbas et archiepiscopus (*prospect. litt. armén. p. 48.*) cum Iohanne Vanagano narrat: sive  
ea fraus menologio obtrusa fuerit, insertis laudibus auctoris haereticus, ut vult Galanus; sive ipsa  
potius Stephani epistola violata sit, ut Sukias credit. Denique Stephanum hunc siuniensem inter illu-  
stres Armenios ponit etiam Samuel antiensis in chronico ad annum 772, paulo tamen ut videtur  
serius, nisi forte extrellum vitae Stephani annum designat chronographus.

Sed ut ad Germanum redeam, equidem dum illud in Spicilegio monitum scriberem, illa tan-  
tum quae apud Galanum sunt testimonia noveram de Germani ad Armenios epistola. Postea vero  
feliciter mihi contigit, ut in adnotationibus, quas edito a se Iohannis ozniensis contra phantasticos  
sermoni exterrit vir cl. I. B. Aucherus, Mechitaristarum familiae decus, bene inquam mihi evenit,  
ut breve lemma ex supradicta Germani inedita epistola citatum legerem; ex quo statim specimine  
iudicavi, scriptum hoc Germani apud venetos Mechitaristas, qui pervetus iste egregiusque codicibus  
abundant, armeniae saltem servari; ideoque cupiditate incensus sum, ut vel id plenius cognoscerem,  
vel etiam largientibus dominis, cum cruditorum coetu in his meis voluminibus communicarem.

*Hoc vero negotium mihi benigne expedivit, pro suo eximio erga omne litterarum genus amore ill. ac rev. archiepiscopus siracensis Odoardus Hurmutius, qui acceptum a sodalibus suis epistolac exemplar fidelissime mihi interpretatus est, atque ut latinis litteris typisque consignarem perlitter annuit.*

Tertium itaque venerandi Germani scriptum in lucem effero; videlicet post luculentam eius de vitae termino disputationem, quam ex vetusto codice vaticano sumptam, inter Photii amphilochianas quæstiones edidi (*Script. vet. T. I. ed. 2.*); postque egregium illud de haeresibus synodisque opusculum, quod item ex vetusto codice columnensi vat. eratum, septimo Spicilegii rom. volumini inserui, diversum plane ab illo paris ferme tituli, quod sub falso Germani nomine Moynius vulgaverat. Atque haec ego memoro, haud aedepol ut meas reculas recinam, sed ut eruditos tempestive admoneam, sigundo Germani scripta colligere volent, et eum paucis eiusdem epistolis copulare, quae ante secundam nicaenam synodum ab editoribus conciliorum ponunt solent. Utinam vero et ille liber Germani emerget, de futurae vitæ retributioне, quem a stilo et recto dogmate generatimque ab optimo scribendi genere Photius dilaudat cod. 233! Certe haec sunt genuina Germani I. scripta, ut illa etiam a nobis edita: nam disputationem de vitae termino habebat idem Photius, et cum amphilochianis suis collocabat: opus de haeresibus atque synodis narrat ipse Germanus se sub primordiis Iconoclastarum composuisse: denique epistolam ad Armenios monumenta vetera priori huic Germano dant, non iuniori: etenim tarsense saeculi XII. concilium in quo illa commenoratur, ante iuniorum Germanium fuit, qui saeculo XIII. vixit, id est quinque post priorem saeculū. Nihilominus et Labbeus et Konigius, et alii interdum bibliographi, scripta secundi Germani, quae levioris profecto frugis sunt, priori incaute adscripserunt; quod ne diutius, invita veritate fiat, docti homines postea cavebunt. (*Postremo optandum superest, ut alicunde se exaserat magni etiam Cyrilli ad Armenios epistola, quam Photius in sua ad eosdem memorat cap. 13, Spec. rom. T. X. p. 456, quae in libris editis hoc certo titulo inscripta non occurrit!*) Germani hanc epistolam versari totam in refutando eutychiano Armeniorum errore, per se patet: quamobrem nullum eius a nobis fieri summarium oportuit (\*). Utiliter vero conferetur cum Thomae patriarchae hierosolymitani ad eosdem Armenios dogmatica item epistola, quae extat in Tomo XV. operum Iacobi Gretseri inter Abucarac opuscula n. IV.

(\*) De argumento eodem placet heic epimeftron quoddam attexere in vacuo paginæ spatio, ne res a me in codicibus observata pereat. In vaticano igitur lat. codice 1267. f. 51. b. et seq. (itemque in codice 1195.) legebam sermonem quandam contra haereses eutychianam ac nestorianam inscriptum S. Cyrillo (at in cod. 1195. inscriptum S. Augustino) cuius sermonis priorem partem reapse compperi sumptam ex epistola Cyrilli tercia ad Nestorium (ed. Aubert. T. V. part. 2. p. 22. et seq.) nempe illud excerptum quod post S. Leonis epistolam 165. (ed. Baller. T. I. col. 1397.) legitur inter dogmatica testimonia. Codex tamen vat. bonas habet varietas v. gr. 1. ed. *lumen de lumine*, at cod. *lumen verum de lumine vero*. 2. ed. *ad unitatem*, cod. *et unitatem*. 3. ed. *Christum unum et dominum confitemur*, at cod. *Christum unum et Deum confitemur*. 4. ed. *necessere est enim discernere, et dicere hominem separatum fuisse*, at cod. *nec enim fuis est discernere, et dicere hominem separatum fuisse*. 5. ed. *participationem*, at cod. *participatum*, substantive. Tum fragmentum in codice concluditur his, quae desiderantur in editione Leonis, verbis, neque tamen graece desunt. *Haec igitur pro caritate in Christo scribo, quaerens tamquam fratrem et contestans coram Christo et electis angelis, ut ecclesiarum pax salva servetur, et concordiae caritatisque vinculum indissolubile maneat sacerdotibus Dei.* Utinam vero Aubertus Cyrilli editor hoc apud Leonem excerptum novisset! ita enim latinam suam interpretationem fecisset meliorem.

PRO DECRETIS CONCILII CHALCEDONENSIS

EPISTOLA GRAECORUM AD ARMENIOS

QUAM CONSTANTINOPOLI DETULIT STEPHANUS SIUNENSIS EPISCOPUS  
ANTE SUAM AD EPISCOPATUM ADSUMPTIONEM.

¶ Ephes. II. 14. 1. « Christus est pax nostra, qui fe-  
» cit ultraque unum, et medium parietem  
» maceriae solvens, inimicitias in carne  
» sua ». ¶ Visum nobis est ab hoc aposto-  
lico effato nostram hanc epistolam exor-  
diri, quam ad vestram pietatem mittimus:  
nostra quippe omnis voluntas, et ipsius  
epistolaec argumentum, ad pacis adeptio-  
nem tendit; pacis eius videlicet, quae de  
hoc mundo non est, prout Dominus dixit<sup>1</sup>,  
nec visibilibus rebus consentanea; pacis in-  
quam illius, quam ipse de caelo detulit,  
quamque suis discipulis discedens largitus  
est; quam denique a nobis erga omnipot-  
tentem patrem servari vult, prout ipse in  
sua ad patrem prece dicebat<sup>2</sup>: « non pro  
» his autem rogo tantum, sed et pro eis  
» qui credituri sunt per verbum illorum  
» in me: ut omnes unum sint, sicut tu  
» pater in me, et ego in te; ut et ipsi in  
» nobis unum sint: ut credat mundus,  
» quia tu me misisti. » Exemplar se fide-  
libus suis proponit, ut eum imitantes, co-  
dem pacis tenore invicem copulemur. Sane  
illi qui cius documenta pensi habuerunt,  
nihil pacis bono antetulerunt; nihil vici-  
sim aspernati magis sunt, quam ea quae  
paci adversantur, et verborum opinionum-  
que dissensum pariunt: pro certo haben-  
tes, nihil omnino prodesse vel miracula  
edere, vel sinceram virtutem cum corpo-  
ris castigatione coniunctam, vel proprii pa-  
trimonii largitionem, vel denique ipsum  
martyrium, absque caritate<sup>(1)</sup>. Porro ca-  
ritas, prout eam egregie describit divus

apostolus<sup>3</sup> « non gaudet super iniuitate,  
» congaudet autem veritati, non cogitat  
» malum » de proximo, nedium de Deo,  
quia id adversari virtuti iudicat.  
¶ Ioh. XIII. 6.

2. Nos itaque a Domino petimus, ut  
divinam in nobis germinare caritatem fa-  
ciat, atque ut pravarum praeiudicia opini-  
onum avertat . . . (2) verba apud ves-  
tram pietatem facimus, insinuare conantes  
post Christi discipulorum exempla piam  
persuasionem, aequam spem, atque in Chri-  
sto fidem. Quod si nos propheta monet<sup>4</sup>  
ut fratrem appellemus atque reputemus  
eum qui nos odio prosequitur, quanto ma-  
gis in fratribus loco habendi sunt illi spi-  
ritualique amore diligendi, qui hostili ad-  
versus nos animo nequaquam sunt? Deo  
autem confidimus, cui nostri omnes actus  
cogitationesque patent, fore ut quandoquidem  
hunc sermonem, et laudata in eo tes-  
timonia nonnisi mutuae monitionis causa  
scribimus, ea vobis grata accident: neque  
enim gloriam nostram sed ipsius Domini  
quaerimus.  
¶ Ps. XXXIV. 11.

3. Quicumque spiritalis mercedis cau-  
sa se in ecclesia laboribus occuparunt, rei  
cuilibet orthodoxam fidem preeferendam  
putarunt; quam quidem veram sapientiam  
divina scriptura lignum vitae appellat<sup>5</sup>.  
Reapse quaenam maior sapientia est, quam  
recta circa Deum ac res divinas sententia?  
ita ut absque errore de creatis rebus opini-  
nemur, ex sanctae scripturae regula; nam-  
que ea vera scientia est in paradisi medio  
a Deo plantata; ubi quamquam obrependo  
¶ Prov. III. 18.

(1) Ita etiam S. Ioh. chrysostomus homil. I. in S. Romanum M. edit. Maurin. T. II. p. 612. Item  
S. Augustinus de bapt. contra Donat. lib. IV. 17.

(2) Heic unus versiculus in codice legi nequit.

callidus serpens noxiū venenum suū vomere satagat, fraudemque sub pietatis specie inspirare, prout primis parentibus fecit, quos Deo similes fore spondebat; is nihilominus ab eo qui flammeum ibi gladium rotat, depelletur. Quippe hoc a Deo beneficium ministris suis conceditur, cuius ope calliditas serpentis infringitur, atque impedimentum tollitur, si quis eius fructus gustandi cupidus fuerit, qui fidelibus reservatur ut eo copiose fruantur; modo manum ei intendere velint, id est sincere et enixe veram scientiam quaerere, quam quisquis adsequitur, salvus fit.

4. Nos itaque dum Deo preces offerre non desinimus, sub huius mysticae arboris umbra iacere curamus (1), eiusque semper fructus colligere, ut eos non praesentibus tantum, verum etiam absentibus suppeditemus; sicut vestrae quoque pietati non sine iustis causis porrigendos putamus. Etenim religiosus sacerdos Stephanus in hanc regiam a Deo custoditam urbem delatus... (2). Qui non confitetur Dei Verbum passum ac mortuum, factumque primogenitum mortuorum, quamvis idem, quatenus Deus, vita ac viviscans sit, anathema esto (3).

5. Profecto quaelibet clandestina nestorianae malitiae insinuatio hisce anathematismis, ante quam radices agat, evelliatur: atque his prepositionibus, quas nos illi obiciimus a vera doctrina dictatis, scandalum praecavetur cunctorum fidei orthodoxae amatorum, ne quis temere attemptet inconsutilem Christi vestem dispergere, id est sanam fidei eius doctrinam. Nam contra hanc Nestorius... (4) haud potuit heterodoxus fraude sua praevalere, dum omni studio quaereret, quominus verita-

tem fateri victus cogeretur. Atqui si haec catholicæ professionis vocabula usurpare voluisset, nequaquam ex Dei ecclesia pulsus fuisset; sed eum beatus Cyrillus veluti collegam et coepiscopum exceperisset; prout in sacris ruis epistolis scriptum reliquit (5).

6. Quamobrem nos horum vim articulorum quasi sacrum fundamentum praeiacientes, et omnia legitimi sensus vocabula producentes, his super aedificare nitimur: « (6) Nam duas confitentes naturas » in unigenito Dei filio, domino ac ser- » vatore nostro Iesu Christo, simili nobis » per omnia facto, excepto peccato, nihil » aliud dicimus aut intelligimus, nisi quod » ipse Deus quum esset, et patri consub- » stantialis, homo factus est, vereque ho- » minibus consubstantialis » mediator inter Deum et homines, naturam sibi humanaam una cum deitate copulans, haud sublata ne post unionem quidem distinctione naturarum, sed una conservata semper persona atque hypostasi divinae veritatis incarnatae, quae perfecte homo facta est. Etenim ante unionem, id est ante quam unigenitum Dei Verbum naturae nostrae copularetur, profitemur unam fuisse eius naturam, id est divinam, utpote patri et spiritui sancto consubstantialem: duas autem eius naturas dicimus, postquam nostram adscivit substantiam: ita ut eum perfectum in deitate, itemque perfectum in humanitate et sciamus et proclamemus: ve- lut etiam unum filium agnoscimus Iesum Christum ex duabus iisdem naturis; adeoque unum Verbum divinum incarnatum, iuxta illius (Cyrilli) sensum admittimus ac profitemur. Nec vero cum incarnatum dicimus, substantiam aliam intelligimus, quam

(1) Utuntur haec eadem locutione Graeci in alia epistola ad Armenios, cuius nos excerpta protulimus in Spicil. rom. T. X. p. 446.

(2) Heic deest folium in codice.

(3) Est duodecimus Cyrilli anathematismus in calce epistolae ad Nestorium, Opp. T. V. part. 2. p. 77.

(4) Heic duo versieuli sunt in codice obliterati.

(5) Epist. III. ad Nestorium opp. T. V. part. 2. p. 25.

(6) Quem tractum virgulis distinguimus eum laudavit ex ms. el. Aucherus in adnot. ad Iohannis Oznensis sermonem p. 33.

Dei Verbi naturam a Cyrillo adsertam (1): etenim haud duas dicimus incarnatas naturas, sed unam, id est illam divini Verbi incarnatam, corpore adsumpto et anima a mente. Tum utriusque simul naturae proprietates profitentes, nihil aliud intelligimus, nisi quod adsumptum a divino Verbo corpus, in naturam divinam haud transiit, corporis natura dimissa; neque deitas adsumpto corpore spirituque et anima rationali, hisque ad personam suam adplicitis, in corporis naturam conversa est, nec de sua gloria quicquam amisit aut demutavit. Ita nos opinari ac profiteri sancti patres erudiant, atque in primis sapiens Cyrillus in suo de ambarum naturarum, divinae nempe et humanae, unione tractatu (2), in quo demonstrat nullam esse factam unionis causa alterationem, quia unaquaque natura suas incolumes retinuit proprietates. Sic videlicet magister Cyrillus magnusque doctor Athanasius, eadem hac locutione utentes docent, quorum testimonia postea proferemus.

7. Ergo duas intelligimus credimusque in unigenito Dei Verbo, domino nostro Iesu Christo, naturas; eo sensu, quo concilii

chalcidonensis patres **DCXXXVI**, intellexerunt ac professi sunt: sic adamussim, inquam, confitemur eundem nostrum Servatorem, dominum atque Deum, perfectum in deitate, et perfectum in humanitate; quia unum ex duabus naturis profitemur, ex divina scilicet et humana. Huic nostrae fidei testimonium dat quintum sanctum concilium, quod post supradictum, in hac regia nostra a Deo custodita urbe congregatum fuit: cuius in decretis scriptum compemus (3), quod « si quis naturas duas » profitendo, haud intelligat unum dominum Iesum Christum, Deum et hominem; neque praedictis verbis denotare velit naturarum differentiam, quarum inconfusa et ineffabilis unio peracta fuit, Verbo haud ad carnis naturam translato, neque carne vicissim ad Verbi naturam (etenim ambae naturae in substantia sua permanentes, personaliter tantum cohaerent); et quod causa praedictae locationis usurpanda nulla fuerit alia, quam mysterii numerique agnoscendi nataturum, quae in eodem unico Verbo incarnato domino nostro Iesu Christo subsistunt; neque mente (4) tantummodo,

(1) Quomodo intelligenda sit Cyrilli ad Sucensem locutio *una Verbi incarnata natura*, exponit accurate prae ceteris S. Maximus Opp. T. II. pp. 273. 286. 335. Videsis etiam Photium Bibl. p. 801.

(2) Utrum hic sit deperditi operis cyrilliani titulus, an potius notus ille v. gr. *de incarnatione*, haud satis mihi constat.

(3) Est canon septimus concilii II. constantinopolitani, seu quinti oecumenici; qui canon videtur mihi paulo clarior in hoc Germani nostri contextu, quam in greco proprio apud Concil. Zattae T. IX. p. 382.

(4) Magnopere animadvertis est haec dogmatici canonis constantinopolitani locutio, quae negat intelligendas Christi naturas post unionem, mentis tantum phantasia seu theoria. Ecce enim apud Theoriani disputationem a nobis Script. vet. T. VI. editam in Armeniorum epistola p. 320. legitur: ἔμενεν ἀπόθετος καὶ ἀπέργος τὸν φύσιν ἡ φύσις τοι, πλὴν μόνη τῷ θεωρούμενῳ: mansit non mutata neque conversa naturarum manifestatio (vel *apparitia*), sed tamen mente tantum spectabilis. Quod Armeniorum dictum refutat Michaël patriarcha constantinopolitanus tom. cit. p. 332, volens omnino dici manere duas naturas, non autem mente spectari, ut dogma tutius pronuncietur. Videant, oro, lectores totum hunc Michaëlis locum, qui dignus profecto cognitum est. Item syrus patriarcha monophysita tom. cit. p. 392. scripsit: τὰς φύσεις τησιστοῦ ἐν γράψει, naturas (Christi post unionem) conservari, mentis nostrae vi spectatas. Porro his locutionibus ἐν γράψει vel διηγήσει, vel ἐπινοίᾳ adversatur docte etiam Leontius cum scholio (apud nos Script. vet. T. VII. p. 57.) quia neimē Monophysitae σώζεται την διαιρέσιν λέγουσα κατ' ἐπίνοιαν, ἀλλ' αὐτάς τὰς φύσεις μόνη τῇ ἐπινοίᾳ ψολῆ θεωρούσας διτοχυεῖσθαι: haud iam distinctionem dicunt fieri cogitatione, sed ipsas naturas cogitatione tantummodo spectari contendunt. Sic fere etiam Monophysitarum adversarius Ephraemius apud Photium cod. 229. p. 786. Summa rei est, ut ait praedictus Michaël graecus patriarcha, oportere duas Christi naturas simpliciter dicere, non autem ambigua peripheria loqui. Idem Ephraemius apud Photium cod. 229. p. 820: οὐ μίαν εἰ πατέτεις ἡμῶν ἐπὶ Χριστῷ, ἀλλὰ ἑστὸν φύσεις ἐν ταῖς ὑπέστασιν ἴνωσι κηρύζεσσι: non unam patres nostri in Christo, sed duas naturas in hypostatica unione praedicant.

» unitarum naturarum distinctionem esse  
» intelligendam quae nihil ob unionem  
» amiserunt, quia unus est ex duabus (1),  
» et duae in uno; si quis, inquam, plu-  
» rali hoc numero abutitur, ut naturas di-  
» visas suadeat, vel singulas in propria per-  
» sona distinctas, hic anathema sit. »

8. Quum nos itaque duas in Christo Iesu naturas iuxta catholicum congregatorum Chalcedone patrum sensum profiteamur, persuadere nobis haud possumus, quin ii a Deo sint condemnandi qui contradicunt, neque admittunt et sine haesitatione profitentur dictam locutionem. Nam sancti patres haud simpliciter dixerunt, se duas agnoscere in Christo Iesu naturas, sed omnem aditum Nestorio obstruxerunt: atque ita nos profiteri docuerunt unigenitum Dei Verbum, ut nemo secundum illius impietatem dicere auderet Iesum Christum dominum per homonymiam tantum ac dignitatem Deo Verbo aequalem, ceteroqui seorsum ab eo qui de Davidis stirpe est. Qua credita ab eo unigeniti Verbi divini in duo divisione, quam illius heterodoxa sententia revelata fuisset, patres ut se contra eundem munirent, diserte in primis professi sunt natum de patre secundum deitatem ante omnia saecula; de virginie autem deipara secundum humanitatem; quod ille deiparae vocabulum, ceu suae opinioni contrarium, ne audire quidem sustinuit, sed aures obturavit magis quam ii qui sanctum Stephanum interimendi causa circumsistebant; immo magis quam serpens aures obstruct ne periti cantatoris vocem auscultet; id est salutarem traditionem, quam vir beatus in prima sua ad Nestorium epistola scriperat,

pro Iesu Christi divinitate, deiparam simul appellans sanctam virginem . . . (2).

9. Item in sua ad orientales epistola idem beatus Cyrillus sic ait: haud oportuit eos ignorare decretum, quod nempe omni ad synodus nostram venturo, fatendum foret sanctam virginem esse deiparam (3). Quod si duarum naturarum locutio scandalo multis est, propterea quod ea Nestorius prave usus fuit, hi velim scient, dictam locutionem a sanctis quoque patribus fuisse usurpatam (4): neque orthodoxa vocabula pie iam adhibita, esse reiicienda, postquam illis alii abusi sunt. Namque et Ariani, male ob suam credendi rationem, nonnullas sacrae scripturae voices interpretantes, ita conati sunt sanam sanctissimae Trinitatis fidem corrumpere: neque idcirco post eos quisquam iis vocalibus usurpandis abstinuit.

10. Admirabilis praeterea Cyrillus eidem Nestorio in ephesino concilio contradicens, in quo nonnulli locutionem illius tamquam veterem doctrinam defendebant, testimonia magni theologi Gregorii in medium adulit, quae sunt huiusmodi (5): « qui duos filios introducit, unum de Deo patre, alterum de Maria, non vero unicum solumque, is ab adoptione exclusus detur, quam Deus fidelibus orthodoxis promisit. Naturaee duae sunt, quia Deus et homo, veluti anima et corpus se habent: non autem filii duo, nec dii duo: neque pariter duo homines, quamquam a Paulo interior exteriorque homo appetiellantur. » Idem denuo Cyrillus in sua priore ad Succensum epistola duas in Christo Iesu naturas professus est dicendo (6): « quantum cogitatione adsequi possumus,

(1) Ita locutum est ephesinum concilium: *unus ex ambabus naturis Christus*. Leo papa in celebri epistola adhuc evidentius *unus Christus in naturis duabus*, cui dicto chaledonenses patres adprobantes suclamaverunt.

(2) Tres deinceps versiculi legi nequeunt in codice.

(3) Hoc dicit in primo anathemate opp. T. VI. p. 159.

(4) Idem ait Cyrillus etiam lib. I. adv. Nestorium p. 6.

(5) Concil. ephes. act. I. col. 1192. ed. Zattae T. IV.

(6) Opp. T. V. part. 2. p. 133.

» et intellectuali oculo rationem incarnationis subiicere, duas dicimus unitas naturas, unum nihilominus Christum et filium ac dominum, hominem factum, » vinumque Verbum incarnatum. » Neque tamen aliud hac locutione docere volumus, nisi quantum a quinto concilio didicimus, nempe ut duarum unitarum tantummodo naturarum distinctionem profiteamur. Quam rem idem Cyrillus in sua quoque ad Eulogium epistola dicit (1): « Nestorius dum duas carnis ac deitatis distinctas naturas profitetur, quatenus alia est divini Verbi, alia carnis natura, haud tamen nobiscum illarum unionem confitetur. » Tum adhuc enucleatus subdit: « nos vero eas confitemur unitas, unum filium, unum dominum, unum Christum, uti patres nostri dixerunt, unam vero Verbi incarnatam naturam (2). » Igitur extra omnem controversiam patet, haud sublatam fuisse ab unione distinctionem; quô fit ut duas naturas dicamus; unam vero Verbi divini, quia eadem Unigeniti natura, secum sub sua persona coniunctam habet naturam humani corporis animati et intellectualis.

11. Multa alia hac super re dici possent ad orthodoxae nostrae et immaculatae fidei confirmationem, corumque refutationem, qui haud sano sed pessimo consilio conantur invehere schisma in ecclesiam Dei. Verum sufficientia que hactenus dicta sunt, ut multiloquium vitemus, a Salomone edocit qui ait \*: « da sapienti occasio, et addetur ei sapientia. »

(1) Tom. V. part. 2. p. 137.

(2) Recole de hac celebri Cyrilli locutione quae diximus n. 6. adn. 1. Praeterea de concilii chalcedonensis doctrina, et contrario errore multa bona dicit Germanus noster etiam in tractatu, quem videsis, de haeresibus ac synodis a nobis edito Specil. rom. T. VII.

(3) De duplice quoque operatione et voluntate Germanus op. cit. n. 45.

(4) Ita S. Leo PP. in sermone miscello, cuius partem ego legebam in eod. vat. 1267. f. 51. b. Extat autem sermo in append. n. 1. ed. Baller. T. I. Porro ubi in ed. col. 404. cap. 11. legitur: *quamvis etc. Verbi et carnis una persona sit, et ultraque essentia communes habeat actiones, intelligendae tamen etc.* qui Leonis locus ad litteram sumitur ex serm. 13. de pass. cap. 4, et ex ep. 124. cap. 5, et denique ex ep. 163. cap. 6; et tamen in nostro vat. cod. plenior meliorque legitur sic: *licet etc. Verbi et carnis una persona sit, quae inseparabiliter atque indivise communes habeat actiones, intelligendae tamen etc.*

(5) Consonat cum Nysseno Basilius v. gr. epist. 161, aliquie passim patres.

12. Deinceps vero oportet ut de operationibus quoque et voluntatibus (Christi) dicamus (3); spiritale nimirum talentum mensae vestrae argentariae tradentes, ut postea Dominus sortem suam a vobis cum usura possit recipere, neque nos ceu pigrum illum servum condemnem. Duas ergo dicimus in Christo Iesu operationes fuisse; nempe ipsum et qua Deum et qua hominem egisse intelligimus: qua Deum, res divinas; qua hominem, res humanas; sed tamen ambas operationes perfecisse coniunctim, non seorsum separatimque (4); atque ita factis se confirmasse, cuiusmodi reapse erat, Deum verum et hominem verum, non specie tenus. Neque nobis licet cum Hebreis ei dicere: « quia tu homo quum sis, facis te ipsum Deum ». Et enim ille supernaturalia sua demonstravit divina opera, atque \*: « si non facio opera patris mei, nolite credere; si autem facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et creditis quia pater in me est, et ego in patre. » Adversus autem haereticos illos, qui postea ad contempendum incarnationis mysterium exorturi erant, veritatem is prae munivit, cum naturae suae, quotiescumque sibi libuit, permisit (velut ait etiam sanctus Nyssae episcopus Gregorius (5)) carnis illas affectiones experiri, quae reprehensione carbant, nec non cruciatus; ut invite confirmaret, se esse primogenitum in multis fratribus, nobisque corpore ac sanguine similem. Hinc etiam post re

\* Ioh. X. 33.

\* Ioh. X. 38.

surrectionem, ut naturae suae veritatem rursus demonstraret, velut ait magnus sanctus Basilius (1), cibum quoque gustare dignatus est.

13. Iam vero aeternus Deus, qui universum mundi orbem complectitur, ut ait Isaias<sup>12</sup>, nec famem experiri nec sitim potest: nihilo tamen minus is in corpore suo esurivit atque sitivit: cumque homo esset, tamquam Deus simul operabatur cum naturae divinae viribus. Id nos docet etiam sapiens Cyrillus in suo thesauro dicens:

« unum nobis praedicant Christum divini nae scripturae: namque unus est Deus pater, unusque et solus dominus Iesus Christus, qui uti Deus agnoscitur, quia id egit quod solius Dei proprium est. » Quia vero semet fecerat hominem, secundum scripturam, opus fuit ut se hominem esse comprobaret; neque talis videri poterat absque innoxii corporis affectibus, rebusque aliis corpori sentaneis. Operabatur scilicet et loquebatur quantum homini congruit, ut se hominem factum demonstraret (2). » Tum paucis interiectis. « Quia Deus verus erat cum carne, caroque vera cum deitate, operabatur ut Deus, quatenus opus erat ut Deus esse cognosceretur. Vicissimque agebat et loquebatur, quatenus oportebat ut se verum hominem esse ostenderet; mysterii sic veritatem prudente oeconomia administrans. »

14. Nemo igitur ausit nos reprehendere, id est Dei ecclesiam, propterea quod his vocabulis utimur in catholicae fidei confessione. Cogitent potius fore se malitia Arianorum consonos, qui ad suos errores orthodoxam patrum Nicaeae congrega-

gatorum dictionem distorquebant; qui, prout magnus ait Athanasius (3) post multam conquistationem vocabulum ὑμούσιος stabiliverunt, quod numquam Ariani pervertere potuerunt. Cum autem distorsit Nestorius nostrae fidei tesseram, in ecclesia Dei semper adhibitam, Cyrillus admirabilis personae unitatem illi opposuit.

15. Item cum senex malignus Euthyches semet extulit, dicens Deum quidem corpus nostro simile adsumpsisse, ceteroqui unam esse naturam post unionem delirans (4), patres ii qui Chalcedone convererunt, Romaeque antistes beatus Leo, coacti sunt, ut illius insaniam refellerent, duas docere esse naturas in unigenito Verbo Dei; quae quin iuxta suas proprietates simul agerent, ambae quod proprium sibi erat tenebant; ut sic ex actuum distinctione, naturarum distinctio agnosceretur unius domini nostri Iesu Christi: et enim ex actibus natura cognoscitur, velut etiam beati Cyrillus et nyssenus Gregorius in scriptis suis tradiderunt.

16. Sed enim ne ad voluntatem quidem quod adtinet, veritas non est declaranda. Haud enim inconsiderate vel absque examine, duarum voluntatum locutionem admisisimus (5), quum hac de re temporibus nostris commota quaestio fuisset; neque ecclesiae Dei praesidibus tacere liceret, neque inepte Dei potentis corpus rescindere huius dictionis divulgatione. Revera haud alienum a trita patrum via est, duas voluntates dicere; et deinde adfirmare unum id est primum atque praecipuum humandum actum in intellectu ac voluntate fieri. Iam quum nostram naturam divinum Verbum adsumpserit, ut eam sanitati restitue-

(1) Num intelligit Germanus locum epistolae Basili ad Urbicum, quam primi nos, ex codice veneto exscriptam edidimus post Cyrilli commentarios in psalmos? Ibi nimis agitur de Christo post resurrectionem comedente.

(2) Plura his certe similia dicit Cyrillus in thesauro assert. XXIV.

(3) Prolixe de hoc vocabulo Athanasius in libro de synodis.

(4) Concil. chaled. p. 1079. ed. venet. Coleti anni 1728. T. IV.

(5) Hinc rursus vides quam falso accusatus olim fuerit de monothelismo Germanus noster; qua ceteroqui criminatione satis eum iam purgaverat Henschenius bollandianus ad diem XII. maii.

ret atque instauraret, necesse fuit ut prae ceteris illam partem adsumeret, quae prima peccati vitio infecta universum hominem pessum dedit. Etenim Deus quidem initio Adamum naturaliter innocentem creaverat et libera cum voluntate. Quapropter in clytus Athanasius dixit (1), naturas duas ab ipsa voluntate in uno domino nostro Iesu Christo denotari. Etsi enim is voluntatem secundum humanum intellectum adsumperat, ipsam tamen haud habuit contrariam, sed Deo prorsus conformem, et ad peccatum nullatenus pronam, quia numquam divina voluntas abs naturali aberat; immo haec talis prorsus apparebat, quam in illo fore dixit propheta (2): « ante quam puer malum bonumve sciat, maiorum respect, bonumque eliget. » Ecce enim salutis nostrae causa sponte ad necem accessit, quamquam ei naturale erat nolle mori, quia vi congenita repugnat mortali natura, prout creator initio constituit.

(1) Dixi, nos hanc locutionem adscivisse a patribus nobis traditam; neque tamen ullam praeterea volo in mysterium invehere contrarietatem; absit. Nam etsi is moestus fuit, ignoravit (2), et passioni repugnantiam prae se tulit, haec tamen omnia cum Verbi consensu ac beneplacito in carne habitantis, et ob illius voluntatem, corpori accidebant: quia Verbum quatenus sibi libitum erat, corpori concedebat ut naturaliter ageret, sicut scriptum invenimus.

Quippe natura comparatum est, ut homo mori nolit: et Adamum Deus ab initio naturaliter mortis metuentem fecit: alioquin haud ei profecto mortem esset interminatus dicens: quacumque die de arbore comederitis, cuius gustum vobis interdixi, siue dubio morte moriemini; nisi antea mortis horrorem illi indidisset. Iam vero Domini quoque anima a morte abhorrebat, sed ob oeconomiae rationem, id quoque spontaneum erat ac liberum. Hinc discipulis suis aiebat: desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum ante quam patiar (3). Et alibi (4): calicem habeo quem oportet me bibere; quid autem volo praeter quam illum bibere? Et, baptismum habeo, quo me oportet baptizari; et quomodo angor usque dum perficiatur (5)? Ex his ergo discimus, ut doctus Cyrillus opinatur (3), quod Iesu Christi natura nostrae similis, naturalem repugnantiam sibi spontaneam fecerit, prout Deo conveniebat.

18. Atque ut sumمام praedictorum faciamus, paucisque rem concludamus, dicimus Deum factum esse hominem, non autem adsumptum ab eo hominem, ut Nestorius creditit (4). Etenim dictum fuit: et Verbum caro factum est (5), et habitavit in nobis; haud sane apparenter, neque tamquam umbram se exhibens, sed vere ac materialiter factus homo, ut hoc fructu universum hominum genus mundaretur. Eaque omnia possedit, quae pro nobis ob-

(1) Idcirco Eutyches in concilio chalcedonensi tomo praedicto p. 1019. citabat pro se non Cyrillum tantummodo sed etiam Athanasium.

(2) De scientia Christi, et de celebri loco quod ne filii quidem diem horamque iudicii futuri sciret, adi egregias explicationes Cyrilli apud nos in excerptis eius ad Matth. p. 482. Rursus eundem Cyrillum in comm. ad Lucam II. 52. Item nostrum Neeiphorum antirrh. I. 50, et praesertim in apologetico maiore cap. 76. Denique Eulogium patriarcham alex. apud Photium cod. 230. p. 882.

(3) Hoc cum alibi, tum diserte dicit Cyrillus apud nos in comm. et Lue. p. 427. et in excerptis item apud nos p. 483.

(4) Recte ait, ut Nestorius creditit, qui pravum ei dicto sensum subiiciebat. Ceterum locutionem hanc, quod Verbum sibi adsumpsert hominem, impune dictam reperiens in sensu orthodoxo apud veteres, puta apud S. Augustinum de vera relig. cap. XVI. apud S. Leonem PP. serm. 54; et quidem inter graecos etiam apud Athanasium, in fragmentis quae super edidimus p. 582.

(5) Pulcre Proclus constantinopolitanus in epistola dogmatica ad Armenios (Galland. Bib. T. IX. p. 687.) ait locutione *Verbum caro factum est*, nihil aliud significari quam τὸ ἀληθιότον τῆς ἀκρασίας ἐργάτεως, summae unionis inseparabilitatem. Et hoc contra Monophysitas.

\* Hebr. VIII. 2.

tulit, ut magnus inquit apostolus \*. Idcirco quum Deus esset impassibilis, non recusavit fieri passibilis, ut idem et passus esset et non passus: passus carne, quam de sanctae virginis deiparae utero sumpsit, simulque expertus quidquid inculpabilium affectionum habet natura, nec non cruciatus quos passionis tempore a crucifixibus pertulit. Non passus autem, quatenus nihil divina natura patiebatur, dum eius non sine sponte propria corpus discriabatur. Sic etiam corporaliter pendebat in cruce, in quam se propria potestate contulerat, ut ipse Dominus dixit \*. Obiit corpore, a neutra tamen humanitatis eius parte discessit deitas, quae tota inerat corpori exanimi in monumento iacenti, totaque simul perseverabat in eius anima ad inferas terrae partes descendente, ubi et iis qui in carcere erant spiritibus veniens praedicavit, ut apostolorum principes narrat \*.

\* I. Petr. III. 12.

19. Nemo igitur scandalum nostri causa patiatur, dum peccatis suis quaerit excusationes: neque is qui in peccato persistit, ecclesiam Dei vituperet, quasi ea divisionem in Christi mysterio doceat. Nemo nonnullas perperam intelligens patrum auctoritates, vel eas distorquens, perverse aliquid adversus veritatem concludat: idque iis praecepue dicitur, qui beatum Leonem romanum antistitem eiusque verba temere et inique scandalō habent (1). Epistolae eius testimonia deinceps recitatibimus (2), rectam eorum exponentes sententiam, ut evidenter demonstremus orthodoxam illius fidem, atque ut eos pudore adficiamus,

qui Leonem Nestorio favere praesumunt. Quod si forte vos (in Christo Iesu dico) contrarium aliquid intellectui vestro in nostro scripto deprehenderitis, ne queso id significare cunctemini, quidquid nempe vobis libuerit, magisque accuratam dubiorum vestrorum solutionem exquirite. Namque et magnus Athanasius aequum esse iudicavit, eos non repellere, qui quod dicunt, recto sensu explicant. Sic enim ipse docet in sua ad Eusebium, Luciniānum, et socios (3) epistola: « vos ergo, qui haec omnia profitemini, ne queso illos qui eadem profitentur damnetis; sed voca bula ab illis adhibita explicate; neque his inconsideratis, auctores repellatis; immo vero eos exorate, iisque suadete, ut conciliare sententias velint. »

20. Quum ergo exploratum sit, coram tremendo Christi tribunali, ubi actus nostri omnes, verba, et cogitationes iudicabuntur, quidquid hactenus audientibus diximus prolatum iri, date operam, venerabiles Fratres, ut vinculum perfectionis pacisque concordiam teneatis, quō unum corpus esse possitis et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae: atque ut in uno Domino, una fide, uno baptismo glorificare Deum possimmo patrem domini nostri Iesu Christi, eiusque unigenitum Verbum, et sanctum Spiritum, qui ex illorum substantia est; in eodem inquam ovili, in superna ecclesia primogenitorum in caelis conscriptorum; ubi habitant omnes qui eodem fruuntur domino nostro Iesu Christo, cui honor in aeternum. Amen.

\* Coloss. III. 14.

(1) Reapse adhuc Armenii eutychiani, id est monophysismi adseclae, cogunt levitas ordinandos iure in formulam, qua detestantur concilium chalcedonense et Leonem romanum. Vides Le-Brunium expl. Miss. T. III. p. 16. Nec immerito. Etenim nemo saepius aut validius Leone Eutychem arguit in sermonibus atque epistolis.

(2) Desunt nunc (omissa ab amanuensibus) in calce praesentis epistolae haec testimonia sive auctoritates, quibus dogmatica scripta communiri solebant. Idem accidit epistolae Leonis PP. ad Flavianum, cui desunt testimonia (in codd. et in edd.) ab eo promissa. Item desunt testimonia in fine actionis IX. Leontii de sectis, quae nos tamen in vat. codice nuper invenimus.

(3) Non videbam huius tituli epistolam inter edita Athanasii scripta.

DE DOGMATICA PANOPlia  
MONITUM.

*Chalcedonense concilium, definito contra Eutychianos aliosque haereticos duarum unitarum in Christo naturarum dogmate, contumacibus plurimis ansam obtulit discidium ab ecclesiae unitate faciendo; ideoque totus paene oriens cum Aegypto religiosis his turbis convulsus fuit. Rem prae certis lucide narrat chaldaeus Ebediesus in suo de veritate christiana religionis opere (quod nos edidimus Script. vet. T. X.) tract. III. cap. 4, ubi agitur de sectarum divisione, qui locus non sine fructu a studiosis legetur. Exinde enim extiterunt 1. Orthodoxi, qui duas unitas Christi naturas, unamque personam; 2. Iacobitae qui naturam unam unamque personam; 3. Nestoriani, qui duas seorsum Christi naturas, duasque personas credunt. Porro ut multi rectam chalcedonensis concilii doctrinam oppugnare tunc coepierunt, ita non segnius orthodoxi scriptores ad illius defensionem certatim incubuerunt. Atque inter primos prodiens in aciem Ephraemus patriarcha antiochenus, pluribus editis scriptis, quorum ampla excerpta dat Photius codd. 228. et 229, chalcedonensem definitionem, atque epistolam Leonis romani fortiter defendit. Deinde Eulogius patriarcha alexandrinus non uno pariter scripto apologiam synodi et Leonis romani plenissimam fecit (1); cuius item copiosa excerpta Photius codd. 225. 226. et 230, nobis conservavit. Tertiam sacculo sexto defensionem praedicti concilii scripsit Leontius byzantinus, quae inter edita eius opuscula superest. Quartum pro eadem synodo tractatum saeculo item sexto Iohannis caesariensis habemus in codice vaticano syriaco 140, sumptum videlicet ex graeco auctoris textu qui perii. Ex hoc nos Iohannis caesariensis opere permulta excerpsumus S. Cyrilli ab eo citati fragmenta inedita, quae latine in hoc ipso volumine conteximus. Quintum video pro concilio chalcedonensi opuseulum Nicetae byzantini sacculo nono scriptum, in Allatii Graeciae orthodoxae priore tomo.*

Ego vero ante hos annos videram in codice vat. latino 7153, qui ex miscellis scriptis conficitur, graecum insertum chartarum octo bombycinarum fragmentum, grandioris moduli, binis digestum laterculis; veruntamen non capite tantum, sed fine quoque truncatum. Etenim tres complectebatur questiones a XVI. ad XVIII, quae desinebat in multilam Gelasii papae epistolam. Iamque ergo fragmentum hoc spatiōsum, cum interpretatione mea latina scholiisque, prelo supponebam, cum ecce bibliothecae vaticanae gracos aliquos codices nuper lustrans, praedicti tractatus partem ceteram, innam et multo maiorem, eadem plane manu scriptam in codice graeco vat. 1904. mirabundus nactus sum; nec nisi supino bibliopegi errore factum cognovi, ut quaternio ille a reliquo corpore avulsus inter latinos tam longe codices sub numero 7153. transferratur. Ergo rursus compositis huius Absyrti membris, tum operis titulum legi, tum etiam simul comprei quinque adhuc questiones in media operis lacuna desiderari, id est XI. XII. XIII. XIV. XV., quae ut aliquando pari casus felicitate emergant, optandum est. Et titulus quidem operis bis circa finem legitur δογματικὴ πανοπλία, ut suis locis adnotabimus: partes autem in medio scripto ut dixi adhuc hiant, in postremo tamen volumine coalescent: namque et Gelassii epistola ab inventis postea foliis completetur.

Age vero dogmaticas panoplias in impressis libris duas habemus, primam Euthymii Zygabeni; alteram titulo aliquantum variantem, sed re parem, Nicetae nimirum choniatae thesaurum orthodoxae fidei, cuius quinque libros priores latine tantum gallus Morellius edidit, nos vero posteriorum librorum lautas partes in romano Spicilegio T. IV. gracie protulimus. Attamen neutrum opus, sive Euthymii sive Nicetae, cum hac de qua loquimur panoplia conspirat. Iam quisnam fuerit huius

(1) Graviter erat Schottus Photii interpres in cod. 226. Dicit Photius Eulogium posuisse initio sui apologetici (vel sibi scopus fecisse) tomum (id est epistolam) Leonis PP., quem columnis Accephali appetebant: περὶ τοῦ ἐν ἀγίοις πάτερ Λέοντος ὁ τόμος ἐπηρεζόμενος μὲν καὶ αυτοφαντούμενος ὑπὸ Λυσαχᾶν. Schottus autem hermeneuticae simul et chronologiae immemor (fuit enim Eulogius saeculo et amplius iunior Leone) sic perverse reddit: inscripti vero librum primum pontifici Leoni, accusatus ac reprehensus ab Accephali. Mitto alias ibi falsissimas interpretationes, veluti ἀδύωσις τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, absolutio a chalcedonensi synodo, pro defensio chale. synodi. Et Εὐλόγιος μονῆς ἡγήσατο τῆς παναγίας θεοτίκου: Eulogius solus deiparac Virginis cultu adductus, pro Eulogius monasterii præcesses fuerat sanctissimae Deiparac. Mitto inquam cetera, ne extra meum propositum vager.

panopliae adversus Eutychianos auctor, quis facile divinet? *Incipit in codice opus acephalum ab actione IV. cap. 6. operis Leontii, de sectis. In calce autem nonae scribuntur Patrum testimonia, quac in editione Leontii pronuntiatur quidem sed tamen suppressa fuerunt. Nempe in codice nostro hanc sunt.* I. Τοῦ ὡρίου Ἀθωνίου ἐν τῷ κατά Ἀρειού σ' ἔργῳ. II. Τοῦ ἥγιου Γραγορίου τοῦ Σεολόγου ἐν τῷ εἰς τὰ ἐπιφάνια λόγῳ. III. Τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ νισι β' λόγῳ. IV. Γραγορίου Νύστου ἐν τῷ κατά Ἀπολευτίου συντάγματος. V. Ἀγριππίου ἐπισκόπου Μεδιολάνων ἐν τῷ πρὸς Γρατιανὸν τῷ βασιλέᾳ. VI. Τοῦ αὐτοῦ ἐν τῇ; τῷ πρὸς Σαβηνίων λόγῳ ὑποδίστεως. *Hoc quidem ita se habet: οὐκοῦν ἐν τῷ τελείῳ τῷ; θεοτοκοῦ διν, ἐπένωσεν ἐμπόνον καὶ ἔλαβε τὸ τέλεον τῆς πατεῖ τὸν ἀνθρώπων γόνων; θεολόγους ἡς εὖς οὐδὲν ἀλλιπεῖ τῷ πατεῖ, οὐτος οὐδὲ τῷ κατεργατῷ τῷ κατὰ ἀνθρώπου, ἵνα τέλος ἐν κατέχῃ γίνεται τούτῳ.* *Huius gracie fragmenti sex tantum postrema vocabula dederamus nos ex Leontio, Script. vet. T. VII. p. 135., nunc vero totus locus appareret. Et quidem is sumitur ex Ambrosii epistola in maur. editione XLVI. 6. (quae ad Sabinum non ad Sabinianum scribitur) ubi disertis verbis sic Ambrosius: ergo cum esset in plenitudine divinitatis, eximaniavit se, et accepit plenitudinem naturae et perfectionis humanae: sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, ut esset perfectus in utraque forma. VII. Τοῦ αὐτοῦ ἐμπνεύσοντος τὴν ἐννοιαν τοῦ θείου συνθρόνου. Hunc nos item adamussim Ambrosii locum iam protulinus ex Anastasio presbytero, Script. vet. T. VII. p. 7. VIII. Αὐγουστίνου. *Ἐπίγραψε διπλήν γόνιον τοῦ Χριστοῦ τὸν Σειν δὲ λέγον τὸν συνυπάρχοντα τῷ πατρὶ, καὶ τὸν ἀνθρώπινην, τὸ μείζων εἶτιν ὁ πατέρε πλὴν ἐπαγγέλμα ἕρετον καὶ οὐδέν, ἀλλὰ τὸ Χριστόν, ἵνα ρή τοράς εἴη, ἀλλὰ τρίας ὁ θεός.* Nimirum Augustinus in loh. tract. 79. 3: agnoscamus geminam substantiam Christi, divinam scilicet qua aequalis est patri, humanam qua maior est pater. Utrumque autem simul, non duo, sed unus est Christus, ne sit quadruplicitas, non Trinitas Deus. *Huius nos gracie fragmenti partem tantum priorem recitaveramus ex Leontio tom. cit. p. 135. IX. Τοῦ μαρτυρίου Κυρίλλου ἐν τῷ βιβλίῳ τῷ; ἐν συνέπειται λατρείᾳ. X. Τοῦ αὐτοῦ ἐν τῇ; πρὸς Οὐαλερίων ἐπιστόλῃ. XI. Τοῦ αὐτοῦ ἐν τῇ; πρὸς τοὺς ἰαννιτούντος. Sequitur tota in codice actio Leontii decima usque ad fol. 31. b., quae nos omnia, ut iamdiu edita, omisimus.**

